TRACTATVS

DE OFFICIO, ATQVE AVCTORITATE LEGATI DE LATERE,

PER R. PETRVM ANDREAM GAMBARVM Bononiensem, Iurisconsultum celeberrimum, Romanæ Rotæ Auditorem, Episcopumquè Fauentinum conscriptus, & in decem libros digestus,

IN QVO, PRAETER ALIA COMPLVRA, QVAE AD ipsius legationis officij munus pertinent; casus omnes Pontifici Maximo reseruati, Beneficiorum Permutationes, Pensiones, Coadiutoriæ, atquè Dispensationes, ita luculenter, & doctè pertractantur, ut nusquam ab alio, uel melius fuerint hactenus expositæ, uel clarius enodatæ.

AB AVGVSTINO FERENTILLO I. V. D. summo studio, summaquè diligentia recognitus.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS. Apud Vincentium Valgrisium. M. D.LXXII.

ILLVSTRISS.^{MO} AC REVERENDISS.^{MO}

D. IO. FRANCISCO GAMBARAE

TIT. S. PRISCAE S. R. E. CARDINALI
PATRONO SVO AMPLISSIMO.

Carolus Gambarinus.

S. P. D.

PETRVS Andreas Gambarus patruus meus, uir cùm multarum rerum experientia præditus, tùm in primis iuris prudentia optimè doctus, dum Pannonicam legationem obiret, nactus ocium, quo illi antea frui per Rotales occupationes non licuerat (erat enim Duodecimuir litium iudicandarum) rem quam agebat meditans, librum de officio, atque auctoritate Legati de latere conscripsit: in quo quidem tantam adhibuit diligentiam, ut, cum rem ipsam à paucis tunc tractatam, à nemine tamen satis explicatam haberemus, hic ipse & tractasse maxime, & declarasse solus uideri possit. Quamobrem, cum eius libri perlegendi grauissimis uiris copiam ego, & frater meus Petrus Andreas fecissemus, admoniti rem nos omnibus perutilem facturos esse, si illum ederemus, neque priuari homines tanto comodo, neque lucubrationem ipsam, ac patrui nostri monumenta passi sumus in tenebris iacere diutius. Itaquè de libro edendo consilium cœpimus, qui cum clarissimo alicui uiro de more nuncupandus esset, occurristi tu ipse facilè multis de causis: uel quod scripta de iure ad te maximum Iurisperitum mittere oportuit: uel quod in tua ipsi clientela iam sumus: uel quod deniquè præclarissimi: atque amplissimi Cardinalis dignitate commendandus erat liber; ergo nomini illum tuo dicatum esse uoluimus. Cœterum tantum abest, vt de te hoc nomine benè nos mereri arbitremur, vt potius subuereamur, ne amplitudinem tuam aut exigui fortasse muneris, aut nostri pœniteat, quos tamen satis tibi acceptos fore confidimus, quod tuæ humanitatis opinione, non meritis nostris nisi, & librum, & nostra omnia tibi, nosque ipsos libentissimè deuouemus. Vale. Dat. Romæ, Kal. Octobr.

M. D. LXXI.

ILLVSTRISS.^MO^ AC REVERENDISS.^MO^

D. IO. FRANCISCO GAMBARAE TIT. S. PRISCAE S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Auguſtinus Ferentillus.

S. P. D.

ETſi eos ſemper admirari conſueui, qui ſeſe literis addixerunt, illos tamen præcipuè admirari ſoleo, qui præclari facinoris nomen, operumque egregiorum poſteris fœtum utilem reliquere. Inter quos, Petrum Andream Gambarum iuriſprudentiæ conſultisſimum non exiguam laudem conſecutum eſſe uideo: qui præter alia opera, quæ Carolus eius ex fratre nepos propediem in lucem dabit; hunc de officio, atquè auctoritate Legati de latere tractatum in decem libros digeſtum conſcripſit, quem iuſſu Reuerendisſimi Neocaſtrenſis Epiſcopi, apud uictricem hanc Rempublicam internuncij, Alemanius Finus eius familiaris mihi corrigendum obtulit. Hunc ego cum percurriſſem, excellens Auctoris ingenium, ſingularemque peritiam, non potui non uehementer comprobare: quippe qui opus contexit, omnibus legum profeſſoribus non mediocriter profuturum. Nemo enim uel accuratius, uel luculentius ea omnia expoſuit, quæ ad officium, atque auctoritatem Legati de latere ſpectant. Quò fiebat, ut cum eius lectione mirificè delectarer, meam omnem induſtriam, omnem curam, omnes deniquè in hoc opere illuſtrando cogitationes libenti animo collocaſſem. Verum, duo me præcipuè deterrebant: officium ſcilicet, quod in hac legum ſcientia negocijs Reuerendisſimi Vincentiæ epiſcopi, à quo totus pendeo, & in quo mei ſpes ocij ſita omnis eſt, præſtare tenebar. Deindè opus ipſum adeò labefactatum, ut quibuſdam in locis ne uerbum quidem percipi poſſet. Quamobrem cum ocium mihi non ſuppeteret, inuitus cogebar me hoc onere liberare. Cœterum, cum ad Reuerendisſimi Vincentiæ Epiſcopi aures perueniſſet, librum hunc tuo ſub clariſſimo nomine in lucem proditurum; uoluit, cœteris poſthabitis omni-

bus, me totum huic muneri addictum esse. Cum igitur, tanto uiro non obtemperare, nefas esse ducerem, hac in re omnem præstiti operam, quousque ad exitum hanc emendationem perduxerim. Nunc uerò id me fecisse, lætor maximè: tum quia tractatum hunc tibi dicari uideo, inter Cardinales amplissimo: qui cum generis nobilitate, atque uirtutum splendore plurimos antecellas, nihil unquam agis, quod non cum ea, quam sustines persona, idest cum religione uerè Christiana, ac Sedis Apostolicæ dignitate consentiat: tum etiam quia Reuerendissimis, & Neocastrensi, & Vicentino Episcopis, qui te obseruant plurimum, laborem hunc meum tui causa pergratum fore, certo scio. Reliquum est, ut his uigilijs tua beneuolentia, quasi propitium numen adsit. Sic enim fiet, ut nullo unquam in scopulo, Auctoris hæreat industria; uerum in tutissimum portum, secundo cursu (tuæ benignitatis aura prosequente) facilè prouehetur. Vale. Datum Venetijs. Nonis Octobris. M. D. L X X I.

ELENCHVS
RVBRICARVM OMNIVM,
quæ in hoc opere continentur.

REPERTORIVM

REPERTORIVM
Rerum singularium,

Quæ in præsenti Tractatu, de officio, atque auctoritate legati de latere continentur,

AB AVGVSTINO FERENTILLO I.V.D.
Fœlici ordine dispositum.

Index alphabeticus.

rum

Index alphabeticus.

Canoni-

b Commen-

Com-

Cura

Dispen-

E

Aequitatis

Episco-

Exceptio-

grani

Hipothe-

I

Illegiti-

ter

In

Iurisdictio

Legato

Morte

Quòd

P

Distinctio

f 3 pensio-

Pen-

pres-

proui-

Quòdque

Rigorem

Suspi-

Tex-

fructus

TRACTATVS

FINIS.

TRACTATVS DE OFFICIO, ATQVE AVCTORITATE LEGATI DE LATERE,

PER REVERENDVM J. V. D. DOMINVM Petrum Andream Gambarum, Sacri Palatij Apostolici Auditorem,

ET CLEMENTIS SEPTIMI, SVMMI Pontificis Vicarium.

Liber primus.

SVMMARIVM.

1 *LEGATI nomen quid significet, & de quo potissimum prædicari intelligatur.*

2 *Nuncij ad nos ab hostibus destinati, legati dicuntur: & qua pœna afficiantur qui eosdem uiolandos duxerint.*

3 *Episcopos & legationis munere fungi dicimus.*

4 *Sacerdotes, si quis persequatur & insectetur, quòd Christum seruatorem iniuria afficiat.*

5 *Auctoris institutum quale subesse intelligatur in tractatu, qui præ oculis uersatur, & de qua legatorum specie pertractare intendat.*

6 *Legati ob excellentiam hi proprie dicuntur, qui Cardinales cum sint, à Sede Apostolica destinantur ad Principes, uel ut præsint Regimini alicuius Prouinciæ.*

7 *Legatorum, qui à sede apostolica deputari consueuerunt, tres species esse.*

8 *Legati, quidam nati, quidam mißi, quidam uerò de latere nominantur.*

9 *Legati, nati, qui dicantur.*

10 *Nominum indagatio & disputatio quòd Grammaticis relinquenda sit.*

11 *Legatorum deputatio à Pontifice non minus quàm à sede apostolica fieri consueuit, & in eorum facultate taliter exprimitur.*

12 *Legatus de latere communiter deputatur, si Cardinalis is sit.*

13 *Vicarius destinatus in Prouinciam quòd non dicatur legatus, nec habeat auctoritatem legati de latere.*

14 *Vicarius quòd non poßit conferre beneficia, etiamsi sit Vicarius Papæ in Vrbe.*

15 *Vicarius Papæ quòd intelligatur habere facultatem ordinariam, sicut cæteri.*

16 *Vicarius Papæ, quòd sit Iudex ordinarius in omnes clericos exemptos, & non exemptos Vrbis: & etiam in clericos & subditos titulorum Cardinalium.*

17 *Cardinales sede uacãte, quòd poßint cogere Episcopos & alios inferiores ad subeundum legationis munus, non autem aliquem ex ipsis Cardinalibus, nolentem & inuitum, nisi quando neceßitas urgeat.*

18 *Papa cogit legatum ad subeundum munus legationis.*

19 *Legatus excusatur ab onere legationis, si quando probabili impedimento impeditus existat, uel aliàs eadem legatione functus sit.*

20 *Legati in prouinciam quale intelligatur esse munus & officium.*

21 *Legationem si quis impediat, quòd profectum multorum auertere dicatur.*

22 *Legatorum semper & ubique sancta fuit & inuiolabilis auctoritas, & infra. num. 29. lib. 2.*

23 *Legati quòd hodie succedant Proconsulum loco, & iura loquentia de Proconsulibus, aptentur ad legatos.*

24 *Legatus quòd præesse poßit non minus uni Prouinciæ, quàm & pluribus.*

25 *Legatus alicuius Prouinciæ, quòd intelligatur etiam legatus insularum adiacentium, etiam si nouiter repertæ sint.*

26 *Legatus Bononiæ, & Romandiolæ, an intelligatur esse legatus Parmæ, Placentiæ, Mutinæ, & Regij.*

27 *Gubernator datus cum potestate legati de latere, an beneficia conferre possit & ualeat.*

28 *Certum dicimus, quod per relationem ad aliud certificari potest.*

29 *Relatum dicitur inesse referenti cum omnibus qualitatibus suis: & qualiter procedat. nu. 35.*

30 *Legatum posse ea omnia, quæ Proconsul ipse poterat propter adæquatam potestatem.*

31 *Priuilegium Principis latissimè interpretandum fore & esse.*

32 *Concessio generalis quòd aliter non trahatur ad extraordinaria, & ad ea, quæ speciali nota digna sunt.*

33 *Facultas legati in conferendo beneficia, quòd extraordinaria sit.*

34 *Adæquatio, quòd non trahatur ad extraordinaria, nec ad ea, quæ sine magna causa aliter concedi non consueuerunt.*

36 *Iuramentum non intelligitur repetitum in secũdo contractu, cuius uigore quis obligatus existat, nisi expresse dictum appareat, cũm iuramentum specificam mentionem requirat, ad hoc ut repetitum intelligatur.*

37 *Legati facultas attributa à Papa, considerabilis est aliquando in genere & aliquando in specie, & qualiter procedat.*

38 *Locumtenens generalis legati an possit ea, quæ specialiter legato demandata sunt.*

39 *Legatus, quando dicere debeat, auctoritate suæ legationis, uel aliàs auctoritate apostolica: & qualis sit effectus. 42.*

40 *Dispensatio legati si dicatur emanare à sede apostolica.*

41 *Facultas legatis de latere tantummodo cõcessa est conferendi beneficia, cæteris non idem.*

43 *Factum à legato quòd dicatur factum sedis apostolicæ, interpretatiue tamen.*

44 *Papæ appellatione, quòd nunquam ueniat legatus & quid si in facultate eiusdem sit adiecta dictio taxatina.*

45 *Dictio taxatiua, quòd aliter non excludat legatũ si quando sumus in materia non reseruata.*

46 *Verba, immediate subiectus sedi apostolicæ, quid importent.*

47 *Acta sedis Apostolicæ, uel legati diuersimode specificari, & unius appellatione alterum non uenire.*

48 *Factum legati, uel factum sedis apostolicæ, quòd regulariter diuersa intelligantur & sint.*

Exordium libri.

TRACTATVRVS materiã potestatis legatorũ de latere, ex qua infinita ꝑpemodũ dubia oriri solent, ideoque sine multarũ rerum scitu dignarũ cognitione explicari nequit; operepreciũ

Diuisio operis.

esse duxi, materiam totam in libros decem partiri, vt facilius quæ dicenda sunt, memoriæ mandari possint: cuiuslibet enim libri initium, breuiter, quid in eo libro contineatur, habebit. Hoc autem primo libro (vt ordines suo singula tradantur) rei, de qua agitur, diffinitionem habebimus: subditis multis, quæ ex diffinitione ipsa eliciuntur. q. De Referendarijs pauca quædam non iniucunda: mox pleraque ad legati officium, moresq; pertinentia breuiter exponam. venio igitur ad primum, & quæro.

Quæ in primo libro cõtineantur.

1 Quid sit Legatus? Respon. legati † nomen latè sumptum, prædicari de omni homine ab alio misso. c. Presbyterum. 50. dist. l. 1. & 2. ff.

Legati diffinitio.

2 de legat. † quare & nuncij ad nos missi ab hostibus, legati dicuntur: quorum causa sancta est: & siquis eos violauerit, hostibus, quorum legatus erat, tradendus est, vt illorum seruus efficiatur. l. fin. ff. eod.

3 Item & Epi dicuntur legatione fungi † im-

4 mo & sacerdotes † quos qui persequitur, dicitur Christum iniuria afficere. c. omnis. 7. q. 1. c. fin. In nono. 21. dist. c. habet hoc propriũ. 2. quæst. 4. item & aliàs multipliciter.

Episcopi sunt legati.

5 Nostri vero instituti † est, non de omni legatorum genere tractare, sed de his tantum, qui ab Apostolica Sede mittuntur. Sed neque

6 etiam de his vniuersaliter. † Verum de his tantum, qui Cardinalatus titulo illustres à Rom. Pont. destinantur: quos ego ob excellentiam, legatos appellare soleo. §. Sed ius quidem. Instit. de iure nat. gent. & ci. in his enim omnis aliorum legatorum vis atque potestas concluditur: sicut aliàs in via minorum seruitutum commoditates. l. qui vsumfruct. ff. de verb. oblig. §. via. Institut. de seruit. rusti. pd.

Intentio auctoris.

Non ignorandum tamen tria esse eorum, qui ab Apostolica Sede mittuntur, legatorũ genera, secundum triplicem nominum distin-

7 ctionem. † Quidam enim nati. † Quidam,

8 missi. Quidam de latere, simpliciter nominantur.

Legatorum tria genera. Nati. Missi. De latere.

9 Nati, dicuntur † habentes dignitatem: cui annexus est perpetuus legationis honor, vt videmus in archiepiscopis Cantuarien. & Eboracen. qui cum primum Archiepiscopi facti sunt, etiam legati esse dicuntur. c. 1. hoc titulo. Quæ legatio, dicitur realis & perpetua, quòd dignitati inhæreat: quæ perpetua est. c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & ideo morte legati non expirat, & minus morte Papæ. no. 1. cap. præsenti. §. finitur. hoc titulo in 6.

Nati.

Missi vero, qui à Sede Apostolica specialiter mittuntur, & Cardinalatus tamen dignitate non fulgent.

Missi.

De latere autem dicuntur Cardinales facti legati à Sede Apostolica: qui similiter dicuntur missi: sed specialiter de latere, quia, sunt

De Latere.

sunt pars domini Papæ, & faciunt senatum. c. Ecclesia senatum habet. 16. q. 1. c. per venerabilem. Qui filij sint legit. De istis tribus generibus est gl. c. j. cap. fina. hoc titulo, in antiquis. & in c. j. hoc titul. in 6. Spec. eo. tit. §. sequitur videre, quamuis secundum eum, ista
10 nomina confundi possent. † Sed nominum disputatio est relinquenda grammaticis ut per eundem. De ijs qui alieno. nom. in iudit. interu.

Diffinitio legati de latere.

Diffinitur ergo quod tractare intendimus. legatus de latere est Cardinalis missus à Sede Ap. cum legationis munere ad certam prouinciam, uel patriam gubernandam.

Contra diffinitionem opponitur. quòd immo mittitur à Papa. sed respondetur, quòd licet mittatur à Papa: tamen mittitur nomine
11 Apostolicæ sedis. † hinc est quòd in literis facultatum semper dicitur, nostrum & Apostolicæ sedis legatum facimus.

In quantũ ergo in diffinitione dicitur Car
12 dinalis † est, quia communiter non sunt tales nisi Cardinales. c. j. hoc titulo in vj. & in ant.
13 Cum legationis munere: † quia si Papa cõstitueret aliquem simpliciter Vicarium in aliqua prouincia, non diceretur legatus, nec haberet auctoritatem legati de latere, nec posset conferre beneficia. Bal. in l. Aliquando. q. 14. ff. de offi. proc. & leg.
14 Quare idem dicendum de Vicario † Papæ in urbe Romæ: quoniam licet esset Cardinalis, tamen non conferet beneficia, sicut nec alij Vicarij Episcoporum. Io. An. in c. 1. de offi. Vic. in 6. c. cum ex officij. de præscrip. ubi Doct. & Ludo. in consi. 343. ex proposito thematc. ubi colligere potes, an Papa in dubio cẽseatur ponere Vicarium ut Papa, uel ut Patriar
15 cha, † habet tamen Vicarius hmõdi ordinariã sicut cæteri. Innoc. & Host. in c. tua de his quę
16 fi. à præl. si. con. cap. † & est ordinarius iudex in omnes clericos exemptos, & nõ exemptos urbis Romæ, & etiam in clericos, & subditos titulorum Reuerẽdissimorum Cardinalium, ut est communior opin. in cle. ne Romani: de elect.

Missus à se. ap. intellige à Papa sedis. ap. capite, & præside, qui non mittit sine consensu Cardinalium, saltem quando negotia sunt ardua. l. fi. & per to. C. de leg. li. x. Spec. in §. sequitur hoc tit. ui. tex. in c. uolentes. hoc tit.
17 At dubitatur † an uacante sede Cardinales possint creare legatum de latere? sol. Cardinales uacante sede possunt cogere Episcopos, & alios inferiores ad legationis munus acceptandum, Cardinales autem minime. Card. in cle. ne Romani uer. irritum de elect. quia par in parem &c. ex quo constat quòd Cardinalem uolentem, possunt legatum facere, sed an Cardinalis hmõdi possit beneficia conferre. iurisdict. exercere: dicemus infra de potestate legati, uacante sede. q. x.

Quod uero dixi, Cardinalem non posse cogi, intellige, nisi subesset tanta necessitas, ꝙ aliter ecclesiæ rebus consuli non posset: tunc enim plena est apud Reuerendissimos Dominos in omnes auctoritas. d. ca. ubi periculum. ergo & cogere possunt. c. præterea de offi. dele. l. ad rem mobileꝫm. de procur. hoc ex mente Inno. in d. cle. ne Romani. & tenet Gondis. in tracta. de potestate Card. q. vj. col. ij. Quod tamen difficile practicaretur.
18 Papa tamen † cogit Cardinalem suscipere
19 munus legationis † nisi legitimè se excusaret: ut quia impeditus, uel aliàs functus eadem legatione. l. paulus. ff. de legat. l. legato. ff. de uacat. mun. l. extimationem. §. fi. ff. de mun. & hono. Item quia tres liberos habet: quod non cõtingit in Cardinale, nisi prius uxorem habuerit, ut Reuerendissimus Campegius, qui coniugium & celibatum fœlici sorte expertus est.

Ad certam prouinciam, uel patriam gub.
20 quoniam dantur legati † ut patriam, & prouincias pacatas teneant: malos, atque facinorosos homines expellant, & puniant. l. 3. l. congruit. ff. de offi. præsi. *Legati quare dantur.*

Constituuntur enim ut euellant uicia: dissipent malos: ædificent uirtutes, & plantent bonos, testante ꝓpheta. ut in c. l. elegatos, hoc tit. in vj. & c. solicite de maio. & obed. facit text. in c. si ergo. 8. q. 1. & ideo in ex. Io. xxij. q. Inc. super gentes. dicitur ꝙ legati hmõdi supplent uices Rom. Pont. errata corrigunt, aspera in plana conuertunt, unde dicit tex. in ca. si quis
21 94. dist. † ꝙ qui legationem impedit, profe
22 ctum multorum auertit † & legatorum semper fuit sancta, atque inuiolabilis auctoritas. cap. iusgentium. 1. dist. ecclesiarum etiam patroni dicuntur. c. 1. 94. dist.
23 Succeduntq; hodie legati in locum † proconsulum, qui olim cum ampla potestate ab imperatoribus ad prouincias regendas mittebantur, ut in titulo de offic. proconf. & leg & in ca. legatos, hoc tit. in 6. quare doctores, qui de legatis loquuntur, passim citant iura loquentia de proconsulibus: & late Speculator hoc tit. & gl. in d. c. legatos. *Legati in locum proconsulum.*
24 Et potest unus dari legatus † non solum ad unã, sed ad multas prouincias. c. nouit, hoc tit.

Dubitari tamen solet, an legatus prouinciæ
25 sit legatus † insularum adiacentium? Respó. legationem extendi ad insulas adiacentes, etiã nouiter repertas. l. insulæ ubi Ang. ff. de iudit: quare legatus Hispaniæ, erit legatus insularum, quas Hispani nouiter inuenerunt, nisi illis insulis esset uicinior alia prouincia, in qua degerent Christiani.

Et quid si Papa facit aliquem legatum Bo-
26 noniæ,& Romandiolæ, † an erit legatus Par-
mæ,& Placentiæ,Mutinæ, Regij: quæ sunt ho
die Ciuitates Lombardiæ? Respon. illas urbes
includi,tum quia consueta includi.c.quod trás
lationem hoc titulo.l. quod si nolit.§. qui assi-
due.ff.de edilit.edic.tum quia una est omniũ
prouincia,Emilia uocatur, ad quam datur le-
gatus: & mutatio nominum, ac diuisio facta
per seculares potestates, non nocet ecclesiæ
Rom.& legatis eius.c.lege.x.dist. tamen quia
aliquæ ex illis erãt sub ducatu Mediolan. quid
si ducatus haberet legatum proprium? de his
uide quæ late scribit Gõdisaluus in suo tract.
q.4.ubi in hac materia multũ diffusa loquitur.

Circa diffinitionem inquantum dixi, quòd
erat Cardinalis missus, Quæritur, quid si Pa-
pa faciat Episcopum, uel alium inferiorem, le-
27 gatum uel gubernatorem in prouincia † cum
potestate legati de latere, an iste possit confer
re beneficia,& alia facere sicut legati Cardina
les in c.1.hoc titulo in 6.

Et uidetur dicendum, posse: quia cum adæ-
quatio sit facta legato de latere, perinde est, ac
si expressa essent omnia, quæ ipse legatus po-
test.l.ubi autem §.illud.ff.de uerb.obligationi
28 bus.l.fi.C.de sen.quæ.si cer.quan.† Inquantũ
probant illud dici certum,quod per relationẽ
ad aliud certificari potest.per relationẽ ad au-
ctoritate legati de latere,q̃ certa est,certificari
põt auctoritas huius gubernatoris. ergo &c.

Item quia relatum dicitur esse in referente
29 cum omnibus qualitatibus suis † Bar. in.l.j.
ff.de recept. & in.l.j.ad fi. ff. si fami.fur.fecis.
dic.& in.l. siquis seruum.§.fi.ver.sed quæro te
stator.ff.de leg.2.quando dicit ꝙ dictio perin
de, sicut etc. ea inter quæ ponitur cum omni-
bus qualitatibus suis, etiã in pœnalibus refert.
30 Item † quia per adæquationem factam de
legatis ad proconsules in.c.legatos, hoc titulo
in 6.doct.passim tenent legatum posse ea om
nia, quæ poterat proconsul.igitur legatus, mi-
nor adequatus legato de latere, poterit omnia
concessa eidem.l.j. ff. de leg. primo. ad hæc.l.
j.§.& generaliter.ff.de legat.præst.l.j. §. quod
autem.ff.de Aleat.& secundum istam opinio-
nem consuluit Ancha.in consi.94. & insignis
doctor Philippus Decius consi.128.& 149. p
totum. dicens gubernatorem datum ciuitati
cum facultate legati de latere, posse conferre
31 beneficia † quia priuilegium principis est la-
tissime interpretandũ.& ita dicit Gõdis.in suo
tract.de potestate leg.q. 9.semp tenuisse rotã.

Sed tamen ipse tenet contrarium, quòd im
mo gubernator datus cum hmõdi facultate,
non possit conferre beneficia. pro eius opin.
uidetur text. in cap. j. hoc titulo in vj. inquan-
tum dicitur quòd legati sedis Apostolicæ,
quantumcunque plenam habeant legationẽ,
beneficia conferre non possunt: quia hæc po-
testas competit tantum legatis Cardinalibus.
32 Item quia † concessio generalis non trahi
tur ad extra ordinaria, & ea quæ speciali, no-
ta digna sunt. cap. frater noster. 16. quæst. 1.
Si episcopus de penul.lib.6.cap. qui ad agen-
33 dum, de procurat. co.li. † potestas autem con
ferendi beneficia in legato est extraordina-
ria, ut notatur in cle.ij. de off.or.& in dicto ca.
j.hoc titulo in vj. Facit decisio Anto.in con-
si.19.quia hoc agitur in 5.& 6.col. quando di
cit quòd si Papa concedat Abbati, ut possit
34 omnia & singula, quæ Episcopi possunt † talis
adæquatio non trahitur ad extraordinaria, nec
ad ea, quæ sine magna causa non solent conce
di. Et tenendo istam partem, potes responde-
35 re ad contraria † quòd quamuis terminus re-
latus &c. tamen in disponendo non includun
tur qualitates requirentes specificam mentio
36 nẽ.c.pen.de iure iur.† ubi licet quis se obli-
get in secundo contractu, sicut in primo, non
propterea intelligitur obligatus cum iuramen
to sicut prius, nisi aliter exprimatur: quia iura-
mentum requirit specificam intentionem, ut
constat: & ista opin. forsan uerior: ego tamen
considero plures casus.

Primo, qñ Papa dat alicui potestatem legati *Quando Papa dat potestatem legati in genere, quando dat in specie.*
37 de latere † in genere. Secundo qñ dat potestatẽ
hmõdi in specie referendo se ad istum, uel illũ
legatũ, exẽplũ. Leo decimus priusquã assume
retur ad pontificatum, erat legatus Bononię,
& habebat suas speciales facultates: deinde
factus Papa, constituit Reuerendum Episco-
pum Polen. Gubernatorem ciuitatis Bono-
niæ, cum potestate faciendi ea omnia, quæ ip-
se dum in minoribus legationis officio funge
retur, & cæteri qui pro tempore legati fuerũt,
facere potuerunt: quæ quæstio de facto sæpius
euenit.

In primo casu distinguerem. aut facit hunc
minorem legatum, & addit legationi suæ facul
tatem legati de latere, & sequerer primam opi
nionem: quia cum quilibet legatus inferior ha
beat suas facultates, si ista adiectio non trahe-
retur ad specialia priuilegia legati de latere, ni
hil uel parũ daretur. contra ea quæ traduntur
per Abb.in.c.pastoralis, de resc.cap. si senten-
tiam in fi.de senten.& re iud.in 6.

Aut uero facit simpliciter gubernatorem
cum potestate legati de latere: & tunc, quia
hæc uerba operantur alios effectus, & possunt
uerificari etiam in legato non Cardinali, ut di
cit. Spec.in d. §.sequitur.crederem non uenire
collationem beneficiorum, per ea quæ dicta
sunt in secunda opinione.

In secundo casu, quia designatur persona
certa, quæ erat Cardinalis, dicendum est, pos-
se con-

ſe conferre beneficia, & alia quæ de iure com muni competunt legato Cardinali.

Ea tamen, quę ex ſpeciali facultate competebant ipſi conſtituenti, non credo conceſſa huic gubernatori.

Quid de locumtenente generali legati.

Quid autem dicendum ſit de Locumteuen
38 te † generali legati, an poſsit ea, quæ ſpecialiter commiſſa ſunt legato.ui. in ſimili. Egi.deci. 110. qui loquitur in officiali generaliter.

Sed dubitari poſſet, Quid ſi Papa diceret: damus tibi facultatē cōferendi beneficia reſeruata, & quædam alia faciendi ſicut potuit. N. legatus, an ſit neceſſe ut oſtēdat facultas N. ad hoc ut iſte nūtius uel gubernator poſsit ea facere. & dicendum ꝙ non: quia huiuſmodi uerba in priuilegijs & contractibus non inducunt conditionem ſed cauſam. unde falsa cā non uitiat priuilegium: nec eſt neceſſe ꝙ de iila conſtet. c. Abbate. de Verb. Sig. ubi Ant. & late per Areti. conſ. 76. in. 3. col. Deci. conſ. 169. col. 3.

An legatus dicat auctoritate legationis, uel auctoritate apoſtolica.

Item. Q. In quantum dictum eſt cum facultate legati de latere. An legatus expediēdo lite
39 ras, debeat dicere auctoritate legationis, † uel auctoritate apoſtolica. Domi. in. c. ſi apoſtolicæ. de pben. in. 6. notat debere dici auctoritate legationis: & reprehendit contrarium facientes. Ad hoc eſt text. in. c. uolentes, hoc titu. & in c. pe. ubi Anto. no. de filijs presbyt.

In contrarium eſt quod factum legati, dicitur factum ſedis apoſtolicæ. glo. Io. An. & alij in c. ſi Abbatem. de elec. in. 6. glo. in. c. auctoritate. §. Inhibemus. ver. ſedis apoſtolicæ, de priuilegijs. eo. li. ergo quando expedit literas, dicet auctoritate apoſtolica, non ſua. ad idem eſt text. in c. literas. de ſuppl. neg. prælato. inquantum dicitur auctoritate noſtra ſuffulti.

40 Primum tamen uerius † quoniam auctoritas legati, inquantum legatus, eſt ordinaria, quanuis ipſe legatus mittatur à ſede apoſtolica. c. legatos. hoc titulo, in 6. ad hoc. c. ſi apoſtolica, de præben. eod. lib. ubi auctoritas Papæ, & legati, ponuntur ut diuerſa, & d. cap. pen. de filijs. præsbyt. ubi quidam allegabat ſe habere diſpenſationem à legato. Papa reſpondet, quòd priuetur eccleſia non obſtante diſpenſatione: quæ non emanauit à ſede apoſtolica: ergo diſpenſatio legati, non dicitur diſpenſatio ſedis apoſtolicæ.

Fallit, quando aliqua competerent ex ſpeciali indulto. gloſſ. in d. cap. ſi apoſtolicæ. in uerſiculo, legationis. Ant. in d. cap. pen. & ratio: quia omnia noſtra facimus. l. ij. C. de uete. iur. enucl. & ita intelligitur. cap. literas. quia loquitur de legato ſimplici, cui non competebat ius diſponendi de beneficijs deuolu-
41 tis niſi per ſpecialem commiſsionem, † cum facultas conferendi ſit conceſſa tantum legatis de latere. c. j. hoc tit. in vj.

Item, quoniam haberet ſpeciale mādatum ſuper ijs, quæ etiam aliàs competunt iure legationis. Nam quando aliquid competit ex duabus facultatibus, quarum una non uenit ad aliam priuatiue, ſed cumulatiue, poteſt agens ex qua uult, agere. Anch. in cap. uolentes, hoc titulo: poteſt igitur legatus hoc caſu dicere, auctoritate apoſtolica.

Et quòd legatus faciat aliquid, auctorita-
42 te legationis uel auctoritate apoſtolica, effectus eſt magnus † ſecundum gloſſ. in dicto cap. ſi apoſtolicæ. ideo non erit ſuperfluum quòd ea quæ iure communi competunt legato, ſpecialiter concedantur.

Factum tamen à legato per interpretatio-
43 nem dicitur factum ſedis apoſtolicę, † quando materia non eſt ſpecialiter reſeruata Papæ. ca. ſi Abbatem. de elect. in vj. cap. ſi apoſtolicæ. c. auctoritate, de præbend. in vj. cap. ueniens. de uerborum ſignific. eod. lib. cap. quamuis. de ſenten. excomm. quare errauit. Andr. Sicu. in cap. mandatum, de reſcript. quando dixit mandatum legati eſſe proprium mandatum Apoſtolicum.

Quando igitur materia eſt ſpecialiter reſeruata Papæ, aliud eſt, arg. cap. quod tranſlationem, hoc titulo. gloſſ. in clem. quia contingit, in uerſ. Apoſtolicæ. de relig. domi. in clem. per literas. de præben. Imo. in clem. ij. de offic. ordin.

44 Nam appellatione Papæ † nunquam uenit legatus, not. in cap. ij. de feu. ca. ſi gratioſè de reſcript. in vj. Et ideo, ſi diceretur aliquid non poſſe fieri ſine licentia Papæ, non poſſet fieri cum licentia legati. Pau. & Domi. in dicto cap. ſi abbatem. gloſſ. in cap. inquiſitores, de hęret. niſi tamen lex ultra procedens, concederet legato. ita euitaretur text. in cap. ſi abbatem: quod non placet ut aliàs dicam.

Appellatione Papæ, nunquam uenit legatus.

Item quando in canone eſſet dictio taxatiua, ut quia diceretur aliquid poſse fieri tantum per ſedem apoſtolicam, licet nihil diceretur de Papa, tamen non poſſet fieri per legatum. Pau. & Lap. in clem. grauis, de ſenten. excomm. Domin. & Philip. in dicto cap. ſi abbatem. & ſic factum per legatum non diceretur factum ſedis Apoſtolicæ.

Hoc tamen non credo uerum, quando materia non eſſet de reſeruatis Papæ: quia dictio taxatiua non excludet communicata legatis.
45 † l. ob es. C. de præd. mino. ad. j. ſol. gloſſ. in cap. cupientes, in uerſ. In mediata ſubiectio.
46 de elect. in vj. iuncto cap. ſi abbatem. † Nam hæc uerba, immediate eſt ſubiectus ſedi apoſtolicæ, ſonant quòd ſit tantum ſubditus ſedi Apoſtolicæ. l. proximus. ff. de uerbo. ſigni.

At legatus confirmat eos, qui sunt immediate subiecti: & confirmatio sua, dicitur confirmatio sedis apostolicæ. In dicto c. si Abbatem igitur &c. quare consideranda est magis materia de qua agitur.

47 Illud unum scito† quòd quando acta sedis apostolicæ & legati diuersimode specificantur, appellatione unius nunquam uenit aliud. dicto. c. si apostolicæ. et. c. si a sede. de præben. in vj.

48 Et regulariter aliud factum legati † aliud factum sedis apostolicæ. c. si gratiosè. de rescrip. eo. libro, maximè quando concurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere, quamprimum urbem egressus est, quòd utatur potestate in absoluendo excommunicatos.*
2 *Item quod crucem deferat in signum potestatis & præheminentiæ, instar procõsulum, qui ubique gestant proconsulatus insignia.*
3 *Et etiam quamprimum urbem egreditur, utitur Parafreno albo & calcaribus auratis.*
4 *Quodque processionaliter excipi debeat, utendo etiam insignijs pontificalibus.*
5 *Archiepiscopus an utatur cruce extra prouinciam sibi demandatam.*

De potestate legati antequam prouinciam ingrediatur.

CONstituuntur legati de latere à Ro. pont. Et cum primum urbem ægressi sunt † præ cæteris legatis honorati, quoscunque ad se accedentes absoluere possunt c. excomunicatis, hoc ti-
2 tu. † Item & crucem deferre in signum potestatis & præheminentiæ, Cardina. in clemen. Archiepiscopo, de priuileg. ad instar proconsulũ, qui ubiq; proconsulatus gestant insignia l. j. & ij. ff. de off. procõs. & leg. Et dicitur exire urbem, cum primum urbis portam egreditur,
3 l. j. ff. eo. tit. † Vtetur etiam parafreno albo &
4 calcaribus auratis sicut utitur Papa † ac processionaliter suscipietur, quanuis Hostien. uoluerit quòd illis insignijs pontificalibus uteretur solum transmare. in cap. antiqua de priuil. Sed vidi legatos his indistincte uti. De Archiepiscopo etiam multi solent dubitare, an
5 utatur cruce extra prouinciam suam † Gond. hic in 5. quæst.

SVMMARIVM.

1 *Legatus, quòd diem aduentus Prouincialibus suis significare debeat.*
2 *Legatus ingrediens Prouinciam per loca consueta eandem ingredi debet.*
3 *Recta uia incedendum, cum aliàs præsumatur cõtra transeuntem per uiam insolitam: & in quibus casibus signanter.*
4 *Legatus permittere debet se laudari à Prouincialibus in ingressu prouinciæ, & hilari facie se exhibere eorum conspectui, consuetas cerimonias non negligendo.*
5 *Legatum ingrediendo Prouinciam, quòd populus processionaliter eum excipere debeat, se cum deferendo ramos oliuarum.*
6 *Legato intranti prouinciam, quòd Archiepiscopus episcopi, & legati minores deponant suas cruces, ad quod & iureiurando tenentur.*
7 *Episcopis præsentibus Cardinalibus quòd non de consuetudine liceat portare Rochettum apertum.*
8 *Legatus ad cathedralem ecclesiam declinare debet, uel aliam loci primariam priusquam hospitium ingrediatur.*
9 *Legatus in ingreßu, populum benedicere debet iuxta ueterem & usui receptam consuetudinem.*
10 *Legatus si inter eundum, à Prouincialibus, ad quos destinatur, procurationem consequi debeat.*
11 *Legatus an armatos secum ducat ad corporis sui custodiam.*

Qualiter se gerere debeat legatus in ingressu prouinciæ.

1 DEBET autem legatus † aduentus sui diem prouincialibus significare, missis etiam literis sui commendationem continentibus, ne ipsos imparatos, improuidosq; offendens, & illos turbet, & ipse debito honore careat. l. obserua re. §. antequam. ff. de offi. procons. *Legatus significat diem aduẽtus prouincialibus. Per cõsueta loca debet prouinciã ĩgredi.*

Procuret item ut per consueta loca prouin-
2 ciam ingrediatur † dicta l. obseruare §. hoc etiam eum. Turbat enim prouinciales inobseruantia consuetudinum, ut ibi dicitur: quod etiam fit, ut ostendatur alijs quomodo re-
3 cta uia incedendum sit, dum† contra gradientem per uias insolitas oritur præsumptio mali, secundum Bald. in dicta l. obseruare, dicentem, ingredientem palatium per posticum, magis puniri, eò qui à ingreditur per portam: & dixit Bartol. in l. qui fiscales. C. de nauicul. lib. 10. uagantem per loca insolita, præsumi habere *Præsumptio contra gradiẽtem per uias insolitas.*

habere animum fraudandi gabellam: & ideo talibus semper imputari casum: quia sunt in culpa, ut per Aretin. Instit. de iust. & iur. §. his itaque. unde ambasciatoribus, qui uadunt per uias insolitas, ut plus temporis consumant, non datur salarium nisi quantum daretur si per uias solitas debito tempore iuissent. Bart. in dicta l. qui fiscales, & in l. pen. ff. de itiner. actuq; priua. & in l. non solum §. diuus. ff. de excus. tut. & in l. j. §. fin. ff. si quis caut. & in l. j. in princip. ff. de his qui deiec. uel effud. ad hoc multa, quę aggregauit Feli. in c. olim. in 3. col. de excep. Recordor quòd cum annis superioribus, tempore conciliabuli Pisani, quòd Mediolani conuenerat Cardinalis Sancti Seuerini legatus à conciliabulo, intraret Bononiam per portam Sancti Fælicis. Rem Apostolicæ sedis legatis insuetam, populus eum deridebat, eiusq; benedictionem uersis natibus excipiebat, quòd dicerent qui plus sapiebant ioco, qui minus serio, ipsum non esse legatum quia consueto legatis loco non intraret.

Patiatur etiam legatus se à ciuibus laudari

4 † quando celebrem prouinciæ ciuitatem ingreditur, audiatque libenter eorum arrengas, & commendationes, seque illis hilarem ostendat, & consuetas cerimonias obseruet. l. si in aliqua, ubi Bald. ff. de offic. procons. & leg.

Et sciat legatus ita licere prouincialibus, legatos bene merentes publicis acclamationibus honorare, ut etiam immeritos palam accusare possint l. Iustissimos. ff. de off. rect. prouin.

Legato etiam ciuitatem ingredienti clerus

5 & populus † processionaliter occurrent, quemadmodum Iudæi Christo obuiauerunt portantes ramos oliuarum, ut inquit Ioan. Bertach. In tractat. de episcopo lib. 4. in prin. ubi licet loquatur de episcopo, tamen rationes concludunt etiam in legato. ubi etiam refert quòd cũ Christus fuisset relatus iter sacerdotes, multo tempore ante diem palmarum fuit scriptũ nomen eius in quodam libello occulto, ubi de more scribebantur nomina eorum, qui assumebantur ad sacerdotium. Inscriptio erat huiusmodi. Iesus Christus filius Dei uiui, & Mariæ matris eius uirginis. Quare Iudęi scientes ipsum filium Dei uiui, illum ita honorarunt. adducit multa ex dictis Iosephi Historici, quæ per te uideas: non enim est instituti mei histó riam texere. *Quare Iudæi honorarunt Christum in die palmarum.*

Intrante autem legato, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati minores, debent cruces suas

6 deponere † c. antiqua. & ibi not. de priuil. Specul. hoc titulo. §. sequitur. Nam ex ui iuramenti, episcopi ad hoc tenētur c. ego enim. de

7 iureiur. † Qua ratione, inoleuit consuetudo ut episcopi præsentibus Cardinalibus nō portent rochettum saltem apertum, ut dicit idem Io. ubi supra.

Sed antequam legatus hospitiũ ingrediatur,

8 tur, ad cathedralem ecclesiam declinabit † si modo adest, aliàs ad principaliorem loci. argu. in l. j. ff. de alb. scrib. c. 1. c. statuimus. de maior.

9 & obed. populum quoque benedicet † iuxta antiquam consuetudinem. *Populum benedicit.*

Quæro, an legatus inter eundum possit pe

10 tere procurari † ab his, ad quos declinat, & etiam a prouincialibus, quos uisitat? Sol. Legati petunt hanc procurationem non solum à prouincialibus, ad quos destinatur, sed etiam ab alijs in transitu Abba. In ca. cum instantia, de censi. Et generaliter dum uisitat, procurari debet. De quo tamen dicam inferius. de uarijs ordin. nom. in fin.

11 Item quæro, an possit legatus † armatos secum ducere? Dic posse, si iusta subest causa ob corporis sui custodiam l. nam ad salutem §. fi. ff. de offi. præfec. uigil. ubi Bald. not. idem de Episcopo. *Lega. ducit armatos ad corporis custodiam.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus in ingressu prouinciæ, literas apostolicas ostendere debet & intimare prouincialibus, antequam iurisdictionem in eosdem exerceat.*

2 *Legato sine literis nunquid sit credendum.*

3 *Cardinali asserenti si legatum, quòd standum sit & fides adhibenda.*

4 *Legatus si quando habeat priuilegium, quòd credatur simplici eius assertioni inconcernentibus præiudicium tertij.*

5 *Legato credi potest in his, quæ consueta sunt alijs legatis concedi: quo ad alia uero durum & inauditum.*

6 *Legati assertioni si standum sit usque adeo ut nõ admittatur probatio in contrarium.*

7 *Statutum cuius uigore cautum est & prouisum, quòd standum sit iuramento officialis, quòd non admittatur probatio in contrarium.*

8 *Principis gratia & concessio quòd aliter coangustanda non sit.*

9 *Legatorum literis sine testibus an standũ sit in præiudicium prouisorum apostolicorum: quod limitatur altero de quatuor modis.*

10 *Vicelegati legati facultas quòd per testes probari possit, & ualeat.*

11 *Gesta ab eo, qui pro legato te gessit, quòd utique ualeant, & teneant, etiam si uerè legatus non esset, tanquam non habens plenam legationem, uel quia forte reuocatus existat.*

12 Reputatio non operatur effectum suum si quando resistat dispositio iuris communis.
13 Reuocatio legati non afficit si quando non peruenerit ad notitiam prouincialium.
14 Impetranti gratiam seu dispensationem à legato tollerato, & habente principium licitum, & præsertim cum eius dispendio, quòd aliter imputandum non sit.
15 Instrumento notarij condemnati de falso quod standũ sit, si tolleratus appareat, & condemnatio populo fuerit incognita.
16 Communis error non prodest in his, quæ sunt gratiæ.
17 In reuocationibus facultatũ, si cui fuerant primitus concessæ quòd apponi consueuerit decretum irritans.
18 Decretum irritans operatur effectum ut etiam ignorantes legare intelligatur.
19 Legati officium quale sit ostensis literis & inspectis facultatibus sibi iniunctis.
20 Legati munus est, circuire templa, inuisere hospitalia & loca pia, & animaduertere si aliqua reparatione indigeant.
21 Legatus, si ministri correctione indigeant inspicere debet, & prospicere.
22 Legato curæ erit, ne ciuitas status ecclesiastici & cui præest, ruinis deformetur.
23 Legatus pro munere sibi iniuncto cogere debet dominos ædium ad illarum reparationem.
24 Legati officium in audien. Aduocatis, ea, qua decet animi tollerantia, dum tamen contemptibilis non fiat.
25 Legato dissimulatio permissa tempore tamen cõgruo & opportuno, ne subditi, animi sui intentionem de facili deprehendant.
26 Bononienses quòd animi sui motum dissimulare norint.
27 Legatus uicegerentem constituere debet & deputare, qui eius uices gerat in aliquibus, & pro eo ac eius nomine prouincialibus ius dicat, instar proconsulis, &c.
28 Legatus utatur opera peritorum in causarum meritis audiendis, & discutiendis, cum facultate referen. uel illas uigore specialis commissionis fine debito terminandi.
29 Legatus deputet aliquem in locũtenentem rectum uirum & uersatum, instar episcopi, qui Vicarium sibi eligit & proponit.
30 Legatus suos habeat referendarios, quorum opera utatur, & quale intelligatur onus illis iniunctum.
31 Auctor sub Leone x. & eius munificentia in referendarium assumptus.
32 Referendariorum ministerium ad quem effectũ potissimum introductum appareat, & quare inuenti.
33 Referendariorum nomen unde dictum sit, quòd à referendo, instar aduocatorum.
34 Referendariorum nomen tempore. ff. & C. nondum nouerant.
35 Referendarios, sedes apostolica introduxit, cum indignum quemque & minus uersatum, Pontifici aures obtundere incongruum uisum sit, & ad idem passim omnes admittere.
36 Referendarij, quòd spectabiles sint, de familia Roman. Pontificis multorum priuilegiorum participes.
37 Referendarios tractare negotia cum summo Pontifice uidemus, eumque affabilem & Domesticum habere.
38 Referendariorum est signare commissiones, iustitiam, uel gratiam concernentes, sine quorum signatura non à Pontifice, nec à Cardinale signaturæ præposito aliter expediantur.
39 Reuerendissimus Campagius signaturæ præpositus, tempore quo auctor præsentem tractatum compilauit.
40 Referendariorum nomen uenerabile semper habitum in Ro. curia, & in eorum locum suffectos canones nolunt, quo priscis illis temporibus consiliarios fuisse compertum est.
41 Referendariorum officium quale antiquitus & qualis nunc uigeat stilus in proponendo, & numero. 48.
42 Referendarius qualis esse debeat, quodque peritus & facundus, integræ famæ atque extimationis.
43 Stilum Romanæ Curiæ uim legis obtinere dicimus.
44 Referendariorum uestitus qualis esse debeat ut constet ipsos Palatinos & familiares Santiss. D. N. Papæ.
45 Vestes eo nos inducunt, ut ex ipsarum qualitate qualis sit hominum status attendamus.
46 Referendariorum numerus uirtute magnus, quantitate paruus, ut se uenerabiles exhibeant.
47 Referendariorum officium perpetuum, ac perpetuis futuris temporibus fore & esse.
48 Referendariorum officium supra numer. 41. quodque sit datam apponere, causas committere, & in habentibus parem gratiam, cui magis sibi uidebitur, aut placuerit, gratificari.
49 Legatus, quòd teneatur seruare prouincialium consuetudines, & laudabilia eorum instituta.
50 Legatus, quòd circumspectus esse debeat, & honestam habeat familiam.
51 Domini quòd talis præsumatur uita, quales habet contubernales.
52 Legatorum ministri quòd auaritiæ sordibus dediti non sint.
53 Nec admittere debent prouinciales in eorum familiaritate, cum ex inæquali conuersatione proueniat

ueniat dignitatis contemptus.

54 *Legatus uirtutum omnium exemplar, & in hãc rem, Diui Berardi ad Eugenium auctoritas, & exemplum.*

55 *Legatos decet uitæ sanctitate præstare, & à ludo signanter abstinere.*

56 *Legati familiares quòd gaudeant priuilegio percipiendi fructus etiam in absentia, non secus ac familiares Papæ.*

Qualiter legatus se gerere debeat, cum prouinciam est ingressus.

Ostendit literas legatus antequam iuris dictione utatur.

Ingressus uero prouincię ciuitatem, seu locum destinatum, priusquam
1 iurisdictione uti incipiat, † legationis suæ literas ostendet, ac publicè intimabit. Nunquã.n. apostolicæ sedis moris fuit absque signatis apicibus undecunq; legationem suscipere c.nobilissimus 97.dist.c. lectis.63.dist.& in extrauagan.Bonif.8.quæ incipit, Iniuste. Si igitur ipsa nõ recipit alios sine literis, nec alij suos, ut æqua sit lex c. cũ omnes de constitu. efficit.n. publicatio ista, ut nullus ignorantiam prætendere possit c. quod dicitis 96.distin.c.1.de postul.præla. Illos tamẽ non laudo, qui quæstus gratia facultates imprimi & uulgari faciunt.

Legato an credatur sine literis.

2 At uidetur credendum legato † ẽt sine literis pp nobilitatem c.nobilissimus 96. distin. quã retinet ẽt postquã legatione est functus, in memoriã ante actæ dignitatis l.fi.ff.de decur.l.seruos.C.de quæst.l.unius.§.seruos.ff. eo. Quod maxime obtinet, quãdo laudabiliter se gessit, aliàs, publicis uocibus lacerandus atque uituperandus l.iustissimos C.de off.rect.prouin.

3 Et † ꝙ credendũ sit Cardinali asserenti se legatum, tenet Lap.allega.33.Incip.an frater, in uers.an credatur, qñ dicit credendum illi super his, q̃ dicit se uiue uocis oraculo habuisse. uide Io.An.in c.Cũ ex literis. de resti.in inte. Item quia satis est aliquẽ habitũ pro legato cũ sustineantur gesta per eum etiam si non sit, ad l. barbarius ff.de off.prę.pro resolutione materiæ pono duas conclusio. Prima est, quòd asserenti se legatum sedis apostolicæ, non creditur, nisi ostẽdat literas facultatũ suarũ, dicto c.nobilissimus.Spec.in §.supest.Ant.in c.excõmunicatis, hoc titulo: licet.n. princeps sine scripto det priuilegiũ, & deleget causam, nõ tñ facit legatũ c.instit.25.q.1.qđ maximè obtinet in his, q̃ alterius ꝑiudiciũ cõcernunt. gl.in c.sicut, de senten. excommu. in c. ad apostolicæ. de re Iud.In vi. & in c.cũ olim el.1.de priuil.

Reg. quòd non credatur legato sine literis.

Fallit in Cardinale.

Fallit in Cardinale asserente se legatũ, ꝙ nõ sit uerisimile illũ mẽtiri. Lap. alleg.15.33.89. Bart, in l.1.C.de mand.princ. Anch. In clem.1, de proba. Ange.cõsi.179.Io.An.In c. cõstitutus.de appel.Abb.in cõs.8.in 2.uolu.Domin. consi.62.in 3.col. Spec.In §.superest. uers.q̃d si delegati. Rot.dec.176.in anti. Cald.in cons. 2.hoc titu. & est cõis opin.quãuis Andr.sicu. ex consueto in tracta.Cardinaliũ in 2.tract. in 1.q.allegando.l.1.C.de mand.prin.& q̃dã alia generaliã, teneat partẽ cõtrariã: ad quæ omnia respondetur, speciale esse in Cardinale pp excellentiã suam, & cõmunionẽ quam habet cũ Papa.adde Feli.in c.cum in iur.in 5.col.de off. dele. multa accumulantem ad probandum ꝙ Cardinalis creditur esse datus legatus in forma generali qñ hoc asserit, licet aliter nõ probet: & eundem Feli.in c.quod super his, de fid. instru.& ꝓcedit ẽt ut credatur in his, quæ ipse exponit illi ad quem dicit se missum.

Defenditur communis opin. à mor sibus An. sic.

Hoc tamen fallit quãdo assereret se habere facultates non cõpetentes de iure cõi: quia in hoc non creditur nisi ostendantur. Specu. ubi supra, cõsulens impetrantes à legato ut habeant facultatũ tenorem sub manu publica, ita tenent doct. supra alleg. Abb.in c.fraternitati, in ulti. no.de scism.& in c.super his, de fid.instru. Feli. ubi supra: qui ẽt allegat multa ad ꝓbandũ ꝙ non creditur Cardinali asserẽti se delegatũ.

Quãdoque nõ creditur Cardinali asserenti se legatum.

Sed quid si haberet speciale priuilegium ꝙ de facultatibus sibi cõcessis crederetur simpli
4 ci † eius assertioni absque eo ꝙ aliter ostenderentur facultates, an credatur de his, quæ speciali iure competunt? Gondis. in tract. suo dicit credi in omnibus, nisi concernant præiudicium tertij: quia generalis locutio &c. l.si cui. ff.de seruit.l.2.§.si quis à principe. ff. ne quid in loc.pub. nec dicentur hæc uerba superflua: quia iuuabunt in his, quæ non afferunt præiudicium tertio.

Tu uero aduerte: quia raro excitabitur contentio de auctoritate legati, quin simul de alicuius pręiuditio tractetur quid: enim si in iuditiũ deducatur legitimatio, & contendatur de hæreditate uel beneficio cum legitimato? si credetur legato, præiudicium fiet parti, aliàs quo modo uerificabitur hæc gratia?

Quare, uide si dici possit. aut erit facultas directè sonans in præiudicium tertij, ut derogatio iuris patronatus ex fundatione, & non credatur: aut in consequentiam, ut legitimatio & dispensatio, & credatur. Nam quæ in consequentiam eueniunt, non considerantur secundum Bal.in l.non dubium C. de leg. Iaso. in l. qui exceptionẽ ff.de cond.inde. ergo tunc credetur si dixerit se habere auctoritatem dispensandi in 2.gradu, & in aliis non consuetis concedi: quod durum atque inauditum.

Distinctio auctoris.

5 † Melius ergo dicemus credi illi de his, quæ consueta sunt alijs legatis concedi, nõ autem de insolitis, cum non sit uerisimile Papam uo luisse

luisse concedere minus isti, quem tali prærogatiua honorauit. argu. c. quod translationē, hoc titulo & eorum quę inferius dicentur. At dices: quō constabit cū hēre hanc clausulam, nisi ostendat literas? sol. dabitur breue ad partes.

Verum maior dubitatio, an cōtra assertionē
6 legati admittatur probatio? † ut si quis uellet probare ex inspectione facultatū, legatum hoc non potuisse; dic, contrarium eo casu probari non posse: quoniam ut inquit Ange. In. l. qui bona. §. damni. ff. de dam infect. Si statutum disponat quòd stetur iuramento partis, poterit probari contrarium: sed si disponat quòd stetur
7 iuramento † officialis, non admittetur probatio. Item quia contrarium non posset probari, ex quo posset habere diuersas literas facultatum, & principis gratia nō est angustanda:
8 † uide tamen And. Sic. hunc articu. latius attingētem in præallegato 2. tract. quęs. 2. ubi plus æquo uerba effundit, & Roman. consi. 350. in casu proposite, ubi loqtur de assertione Papæ & limitat duobus modis de materia lata in cle. literis de probatio.

Dubitatur modo, an credaē literis legatorū
9 sine testibus † in præiuditium prouisorum apostolicorū? ui. quæ dictam in lib. 8. Rub. 1. q. 51

Fallit 2. quando literæ fuissent semel intimatæ in prouincia: quoniam tunc nō tenetur amplius eas ostendere quando prouinciā uisitat, Rot. dec. 176. in anti.

Tenor literarum deperditarū probari potest. Fallit tertio, quādo perdidisset literas, & uellet probare tenorem earū, Spe. In d. §. superest, vers. quid si legationis, probando tamen prius eas fuisse sine uitio, ut ibi per eum c. cum olim el primo, in fin. de priui. subdit tamen Spec. ꝙ ex defectu superioris, coram quo fiet probatio, hæc pratica non admittetur, sed credetur ei, si sit persona honesta: Quod quia esset multum uiolare iura in casu ubi ageretur de facultatibus non competentibus ipso iure, forsan durū esset: uide tamē Aegid. Decis. 402. qui dicit probationē huiusmodi fieri inter priuatos.

Facultas uicelegati per testes.
10 Fallit quarto in probāda potestate † Vicelegati: quia hoc fieri potest per testes. Rot. Deci. 266. In nouis.

Secunda conclusio acta per Cardinalē, q gerebat
11 † se pro legato de latere, ualent, quanuis uerè non esset legatus, ut quia nō haberet plenam legationē, uel quia esset reuocatus. Spec. In dicto. §. superest Lap. allega. 89. Cald. consi. 2. & 4. hoc titulo, ad quem me remitto.

12 Fallit † in his, quæ non cōpetebant de iure communi per ea quæ dicta sunt superius, ne reputatio operetur duplicem specialitatem, l. 1. C. de dot. promiss. Quod tamen intellige, nisi

Quādo reuocatio legati non peruenit ad notitiā prouincialium.
13 reuocatio facultatum esset facta † extra prouinciam & non publicata in prouincia: Quo-
14 niam † ei qui coram tali legato ita tolerato & habente principium licitum, aliquid impetrat, maxime cum dispendio, non potest imputari aliqua culpa, ad hoc dicta l. Barbarius & ibi
15 Bal. in 12. col. quando dicit instrumenta † notarij condemnati de falso tolerari, si condemnatio erat incognita populo: & Ioan. And. in c. mora, in mercur. quando dicit gesta ab eo, qui olim habuit titulum & auctoritatem à superiore, tolerari, licet tempore quo agit, auctoritatē non habuerit. de hoc uide aliquid ꝑ Ioan. And. in reg. beneficium. de Regu. iur. in. 6.

Non obstat ꝙ aliquo in loco fuerit publicata: Quoniā publicatio debet fieri in loco, ubi gerit legatio, ut in fin. tradit Abba. in c. sciscitatus. in pen. col. de rescrip. & ista opin. uisa est mihi æqua, respectu eorum, qui, Hadriano 6. existente adhuc in Hispania, impetrauerunt dispensationes à legatis: quorum auctoritas in Hispania fuerat reuocata. Ista tamen sententia redditur dubia propter ea, quæ tradunt Cald. & Anto. in c. ad probandum in 2. col. de reiu-
16 di. quando dicit † quòd communis error non prodest in his, quæ sunt gratiæ: & pręcipue ho
17 die, ubi † in reuocationibus apponitur † decre
18 tum irritans: † quod ligat etiam ignorantes, ut dicetur loco suo.

19 Ostensis uero literis, † & deductis facultatibus in notitiam publicam circuibit templa, hospitalia, & loca pia, ut uideat num reparatione,
20 † nū ministri correctione ægeant. Deinde &
21 palatia & loca publica: † & milites uisitet, si sit datus legatus in terris Roma. ecclesiæ subditis. l. si in aliquam præalle. ff. de off. procons.
22 † Curabit quoque legatus, ne ciuitas ecclesiastici imperii ruinis deformetur: cogetque do-
23 minos ad ædium refectionem l. † præses ff. de offic. præsi.

24 Erit etiā † patiens in audiendis cōtrouersiis per aduocatos exponendis, cū ingenio tamen, *Patiens in audiendis aduocatis.*
25 ne uideatur esse cotēptibilis, dissimulabit † tēporibus opportunis, ne subditi animum suum facile deprehendant l. necquicquam. §. circa aduocatos ff. de off. proconsi. & leg. l. obseruan- *Dissimulandum.*
26 dum ff. de off. pręs. ubi glo. † laudat bononien. qui animi sui motum dissimulare norunt.

Honestius tñ facit legatus, si ob gradus excellentiā constituat aliquē: qui in leuioribus, eius
27 uices † gerat, & pro eo ius dicat, ad instar proconsulis: qui prouinciā ingressus, statim legatū sibi cōstituit l. solent ff. de off. procōs. & leg. *Vice gerentem constituat.*
28 Habebitq; alios peritos uiros: † q. eārū merita diligēter audiāt, & uētilent, auditasq; uel referant, uel ex speciali eius cōmissione determinent, d. l. solent. §. legatos c. inter cæteras de off. ord. aliàs ei obiiciet qđ Moisi obiectū est. Quid inani labore cōsumeris tu & populus tuus, q tecū est? ultra uires tuas ē negotiū, solus illud sustinere nō potes, exo. 18. Deus. n. istis *Peritos habeat.*

sic

sic electis spiritum legati infundet, vt legatū
nu.18.nam & Papa etiam multos vocat in par
tem sollicitudinis. c. qui se. 2.q. 6.c.ad hono-
Locum tenens legati qualis esse debeat.
rem.de auct.& vsu pall. Et constituet locum
29 tenentē † suum, aliquem doctū virum, sicut
episcopus habet Vicarium.ca. In plerisque.de
offi.ordi.ita dicunt Abb.& And. Sic.in c. No-
uit.eod.titu.

Habebit referēdarios.
Sed neque carebit legatus Referendarijs
30 † suis,qui aliorū præces ad eius aures deferāt,
Cum indignum sit ineloquentes, ac viles ho-
mines nobilissimi legati aures quotidiæ pulsa
31 re. De quibus pauca dicam † quòd ego licet
immeritus à,Fel.recor.Leone x.pont.munifi-
centissimo,superioribus diebus inter illos re
Referendarij quare inuenti.
32 latus sum † Ad hoc enim inuenti sunt Refe-
33 rēdarij, † vt rem Principi commodè exponat,
& pauperum, ac ineloquentium desideria insi
Vnde dicti.
nuent.dicti à,referendo, habentes instar aduo
catorum.l.j.ff.de postul.auct.quom.opot.epis.
§.non aliter. Spe.in tit.de suppli.vbi vnum ver
bum transcunter.

Referendarij de iure fforum & Cod. nō fuerunt.
34 Referendariorū nomina, † Iura C.& fforū
non agnoscunt, Tamen cum in aduocatorum
genere reponantur,pleraque ad referendarios
facientia reperiuntur.In tit.C. & ff.de postul.

35 Sedes ergo apostolica † referendarios repe
rit,qui libellos è diuersis mundi partibus por
rectos,ad Pontificis aures deducerent & fideli
ter referrent: tum quia indignum erat, vilissi-
mum quemque,aut inexpertū, Pontificis au-
res obtundere: tum etiam quia multi latenter
iniusta libellis ab ipso signandis occultabant:
quæ non animaduersa,concedebantur: Vnde
emanauerunt tituli de præc. imperat. offer.&
de rescript. harum improbitatum emendato-
res. Referendarij ergo præcum veritatem ape
riunt,& quæ concedi, quæ ve negari debeant,
principi insinuant.

Referendaris spectabiles.
36 Spectabiles aliàs sunt Referendarij, † vt in
auct.de Referend. Et in auct. vt litigan.iur.§.
quia vero lex: Et hodie sunt de familia Rom.
Gaudentes priuilegiis.
Pont.multis gaudentes priuilegijs,illo præci-
37 puè † ꝙ christiani monarchæ negotia tractēt,
cumque affabilem, ac domesticum habeant,
38 † nihilóq;, quod ad iustitiam saltem attinet, si-
ne illis subsignetur, vel à, sanctissimo Papa,
vel ab eo Cardinale, qui iustitiæ signaturam
39 habet † qui hodie est Reuerendissimus Do-
minus meus Laurentius Campegius,in quo
nihil est minus admiratione dignum ipso Car
dinalatu.

Venerabiles.
40 Quare,venerabile † semper in Ro.Cu.Re-
ferendariorum nomen, modo ipsi tales sint,
qui auctoritatem Dignitatis,ingenio augere
valeant.l. obseruandum.ff. de offic. præs. Nec
erit absonum dicere,hos esse illos, quos prisci
canones,consiliarios vocant. ca. conuenienti-
bus.§.itē Petrus.j.q.7.c.ecclesiasticis. 12. q.2.
ca. in parrochia.16.q. 1. ubi appellat filium il-
lum consiliarium: nec alicubi constat Cardina
lis nomen tunc fuisse.

Antiqua obseruatio de Referendariis.
Antiquitus obseruabatur,vt nihil à, Rom.
41 Pont.subscriberetur,nisi Referendarij † voce
prolatum signaret: nunc uero, quia in pleris-
que inoleuit stilus,ita vt passim admittantur,
non omnia proponunt, sed ea tantum, quæ
difficultatis aliquid habent: In cæteris autem
satis est libellum nominis sui titulo prænota-
re:quod relationis vicem obtinet.

Referendarius peritus facundus.
42 Erit † Referendarius igitur peritus in iu-
43 re,facūdus † peritus stili Romanæ Curię, qui
legis uicem obtinet.c. quàm graui.de crimi.
fal integre famæ, atque existimationis: aliàs
qui iura non callet, quomodo de iure respon-
debit Pontifici petenti? si vitę labat integri-
tas, quam poterit fidem princeps adhibere? si
ineptus dicendi, quomodo principis poterit
aures obtinere? facit. l. j. §.initium. ff.de po-
stul.In quantum à, postulandi officio,imperi-
ti,infames,furiosi,mulieres, cynedi, damnati
iuditio publico,& huiusmodi,arceantur.

Vestiantur honeste.
44 Vestiantur honeste, † & iuxta status decen
tiam, portando pallium desuper clausum cum
caputeo, quando tamen sunt extra palatium.
In palatio autem incedant sine caputeo,vt cō-
stet ipsos palatinos, & familiares Sanctissimi
D. N. præ cæteris.ad hoc l.fi.C. de postul.cle.
45 quoniam de uit. & honest. cler. † Ex vestium
enim qualitate,hominē metimur, l.item apud
labeonem.§.si quis uirgines.ff.de iniur.l. Di-
uus.ff.de iur.fis.Spec. in titu. de aduoc.uers.se
quitur uidere. vbi ponit hos, qui sequuntur,
uersus: quos animi gratia refero.

Versus de uestiū oportunitate.
Vir bene uestitus, pro vestibus esse peritus
Creditur à mille,quamuis ydeota sit ille:
Si careat ueste,nec sit vestitus honeste,
Nullius est laudis,quāuis sciat oē qđ audit.

Ideo Seneca dixit vxori Neronis, Indue te de-
licate, o charissima, non propter te,sed pro-
pter honorem Imperij. Conforment tamen se
moribus aliorum, inter quos uiuunt, l. sanci-
mus.C.de sacr.san.eccles.c. Deus qui.de vit.&
honest.cler.

Referendariorum numerus.
Referendariorum uero numerus virtute
46 magnus, † quantitate paruus esse debet,vt se
venerabiles exhibeant,auct.de referend.

Refer. officium perpetuum.
47 Erit tamen † eorum officium perpetuum,
postquam semel assumpti sunt, ut probatur
in præal.auct. ubi cum plus debito referenda-
riorum numerus esset auctus, Imperator uo-
lens ad octonariū numerū reducere, ne quē-
quam indebite læderet, nullum priuauit, sed
statuit neminem in posterum admittendum,
donec ad numerū illum reduceretur: Quare vi
derint quid egerint, qui pręsenti anno suase-
runt

runt sanctissimo. D.N. cum iniuria tot bonorum uirorum, Referendarios omnes aboleri, sed erit tempus quando Deus remetietur eos mēsura æquali, sicut & ipsi alios mēsi fuerint.

Referendarii officiū. 48 Refendarij officium† etiā erat ponere Datam, & committere causas: ideo Io. Andr. In c. pen. in glo. antepen. de rescrip. in vj. dicit q̄ quādo duo habēt gratiā parē in data, referēdarius gratificatur cui uult. & Io. Andr. in clem. auditor de rescrip. attestatur illud de commissione causarum. Quod tamen hodie non reciperetur propter specialem consuetudinem in oppositum. Sed de referendariis pauca hæc dixi obiter, quæ nullibi tacta reperio.

Ad legatum reuertor. conetur omnino nō infringere prouincialium† consuetudines, &
49 ipsos in minimo non scandalizare, quia est pater omnium. dicta. l. obseruare.

†Sit quoque circumspectus, ut honestā ha-
50 beat familiā.† Quoniam talis præsumitur ui
51 ta domini, quales habet contubernales, c. diffiniuimus. 18. q. 2. c. sæpe malorum. 28. q. 1. c. nulli. ubi Felin. multa ad propositam aggerēs de accus. Bart. in l. si plures. §. quàmuis, & §. si parens; de administ. tut Ideo psal. cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris: Adam enim prothoparens, à socia deceptus, humano generi ruinam parauit: unde, ob male conuersationis periculum, ordinatum est ut prælatorū cubicularij efficiātur clerici, aut monaci, qui sint testes honestæ conuersationis prælati, cōtra nōnullos nr̄i tp̄is Antistites, qui quos non debent, seruiciis suis adiciunt, quibus ecclesiæ patrimonium distribuunt, ex eoque aliquid exuriētibus, bonis, & eruditis iuris communicare contemnūt. De malis loquor, quos Deus cum malitia sua perdat.

Verum in primis caueat, ne qui sibi mini-
Ne ministri legatorum auari. 52 strant, †auaritiæ sordibus dediti sint, prouin-
Non admittant prouinciales in familiaritatē. 53 cialesque in ulteriorē† familiaritatem non admittat d. l. obseruare. Quoniam ex æquali conuersatione nascitur contemptio dignitatis, dicta l. obseruandum.

Oportet denique legatum, † esse omnium
Legatum omniū uirtutum exēplar. 54 uirtutum exemplar, ut multis auctoritatibus probari potest, sed ne superfluis atq; inutilibus onerem, quem bonum, non doctum facere intelligo, vnam tantū diui Bernardi auctoritatem contemplandam propono: inquit enim ad eugenium.

Verba Ber. ad instruendum Legatos. Legatione siquidē pro Christo fungi debent, quoties opus erit, qui nec iussi renuant, nec non iussi affectent: qui quod uerecūde excusant, obstinatius nō recusēt; qui missi post aurum non eant, sed Christū sequantur: qui quæstum legationū non extiment, nec requirant datum, sed fructū: qui regibus Ioannem exhibeāt, Aegyptijs Moysē, fornicātibus phinees Helyā idolatris, Helyseū auaris, Petrū mētiēbus, Paulū blasfemātibus, Christū negotiatoribus: qui uulgus nō spernant, sed doceāt. Diuites non palpent, sed terreant: pauperes non grauent, sed foueant: minas principum nō paueant, sed contemnant: qui non cum turba intrent, nec cum ira exeant: qui ecclesias nō spolient, sed emendent: qui marsupia non exhauriant, sed corda reficiant, crimina corrigāt, famæ prouideant suæ, nec inuideant alienæ: qui orandi studiū gerant, & usum habeant, ac de omni re orationi potius fidant, q̄ industriæ suæ, uel labori: quorū ingressus pacificus, molestus exitus sit: quorum sermo edificatio: quorum uita iusta: quorum pręsentia grata: quorū memoria in benedictione: qui se amabiles prębeant, non uerbo, sed opere: Reuerendos se exhibeāt, sed actu, nō fastu: qui humiles cū humilibus, & cū innocētib. innocētes. Duros durę redarguāt, malignātes coherceant, & reddant retributionem superbis: qui non de dote uidue, & patrimonio crucifixi, se, uel suos ditare uelint, uindictas in nationibus, increpationes in populis: qui Dei spiritu instar illorum septuaginta à, Moyse accepisse cernantur, per quem siue præsentes, siue absentes contēdant Deo & Papa placere: qui ad eum redeant fatigati quidem, sed non subfarcinati, simul & gloriantes, non quòd curiosa, seu præciosa quæque terrarum attulerint, sed quòd reliquerint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasteriis, ecclesiis ordinem, clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Hæc igitur diligenter animaduertant lega
55 ti † quos decet omni uitæ sanctitate pollere alias enim efficientur membra diaboli, & eueniet quod contigisse tradunt Petro de Piperno cardinali, qui (ut aiunt) legatione fungens, cum dies ac noctes ludo intenderet, à diabolo strangulatus est, uidente populo in ecclesia, dū se inclinaret ad uidendum corpus Domini, ut refert Domi. post Pau. in c. præsenti hoc tit.

Sed hic cadit dubitatio, an familiares legati
56 gaudeāt priuilegio percipiēdi fructus, † sicut familiares Papæ? sol. gaudent certe, ut tenent communiter doct. in c. cum dilectus de cleri. non residenti. quàmuis ibi Abba. teneat contrarium & male: quia legatus existens in prouincia, non debet esse inferior alicui ordinario, c. 2. hoc ti. in 6.

SUMMARIUM.

1 *Legatus extra Prouinciam quòd expediat ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis, contentiosæ uero non usque quaque.*

2 *Legatus si qui præsit pluribus Prouinciis, quòd in una*

in una Prouincia, facta alterius Prouinciæ explicare possit & ualeat.

3 *Legationis munus licet attributum in pluribus Prouincijs, unum tamen censeri.*

4 *Dispensatio legati an extendatur etiam, extra Prouinciam.*

De potestate legati extra prouinciam.

l. extra prouinciã quæ expediat.

PRO declaratione huius Rubricellæ datur regula, quòd potest expedire 1 † ea quę sunt uoluntariæ iurisdictionis, non aũt ea quę sunt contẽtiosę, quando iam legationem acceptauit. Vide tamẽ doct. in c. nouit, hoc ti. & in c. si abbatem, de elect. in vj. & uide in materia iudiciorum, quæstione xj.

Quid tamen si idem sit legatus diuersarum 2 prouinciarum, an in una prouincia † poterit explicare facta alterius prouinciæ, non habita distinctione uoluntariæ & contentiosæ iurisditionis? Doct. uidetur sequi illam differentiã 3 in c. nouit. † Tu uide illum tex. qui probat legationem datam in pluribus prouincijs, censeri unam, dum dicit legationis suæ fines nondum ægressus fuerat &c. Exceptio tamen dictarum & forsan prouinciarum, de qua in c. 3. & 4. & per totum. 3. q. 6. obstaret, sed tamẽ quoad prouincias, cõmunis opin. est quòd possit exercere facta unius in alia. Alex. Pau. de Cast. & Ias. in. l. fi. ff. de iur. om. iud.

Dispensatio legati an pro sit extra prouinciam. 4 Sed dubitat, an dispẽsatus uel habilitatus à legato in prouinciã, possit uti illa extra † puinciam? Vide omnino Decium. cons. 207. ubi cõcludit, q̃ si dispensatio sit respectu rerum quę sunt in prouincia, dispensatio non prodest extra: secus quãdo respectu personę: quia habilitatus Florentiæ, erit habilis ubique.

SVMMARIVM.

1 *Legati à latere ab aliis legatis, quæ nam intelligatur esse differentia, & septem enumerat hic auctor.*

2 *Legati de iure ciuili dicuntur, si qui dãtur à præside prouinciæ.*

3 *Iudex minor præsente maiore quòd iurisdictionem suam aliter non amittat, & de eius potestate qua tamen non utitur, & nume. 8.*

4 *Verbum, potestas, quòd sit considerabile altero de duobus modis: quædam scilicet reuerẽtialis, quam & insignialem dicunt: altera uerò iurisdictionis.*

5 *Iudex inferior quòd non utatur potestate iurisdictionali in præsentia superioris.*

6 *Abbas quòd utatur minore mitra, præsente episcopo.*

7 *Delegatus minoris Iudicis, si inceperit tractare causas ante aduentum maioris, quòd eius officiũ nõ conquiescat per illius superuenientiã.*

8 *Minor iudex, quòd præsente maiore, iurisdictione sua aliter non utatur, & nu. 3. supra.*

9 *Maior iudex, quòd dicatur præsens si quando nondum Prouinciam egressus sit, uel discesserit animo tamen reuertendi, nec sit in loco nimis distanti.*

Quæ differentia sit inter legatos de latere, & alios legatos.

HANC Rubricellã posui ne præsens tractatus esset inutilis ad materiam aliorum, qui non sunt de latere: cognitis. n. quibus legatus de latere pręualeat alijs, cętera remanebunt communia, iuxta not. in c. statutum, de rescrip. in vj.

Differunt autem primo, ratione collationis beneficiorum. c. 1. hoc tit. in vj. *Differentia prima legati de latere et alterius.*

Secundo, legatus de latere absoluit excom- 1 municatos † pro manuum iniectione in clericos undecunque ueniant, etiam extra prouinciam: legatus uero datus in prouincia tantũ. Natus autem neque in prouincia, neque extra. c. excommunicatis eo. tit. & quo ad legatos de latere competit ista absolutio, etiã pro enormi læsione, secundum Io. And. gl. & alios in d. c. excommunicatis quãuis Hostiẽ. cõtra. *Diffe. 2.*

Tertio, differunt in confirmando exẽptos, & cognoscẽdo de causis eorum. c. si abbatem, de elect. in vj. c. j. de uerb. sig. eo. lib. glo. in c. j. hoc titulo eo. lib. *Diff. 3.*

Quarto, in delatione insignium apostolicorum. c. antiqua, de priuil. *Diff. 4.*

Quinto, in procurationibus recipiendis: quia legati de latere recipiunt procurationẽ etiam extra prouinciam. c. cum instantia. c. procurationes, de cẽs. Spec. in §. superest. vers. hoc sciendum. *Diff. 5.*

Sexto, quia legato Cardinali etiam sine literis adhibetur fides, ut supra dixi. *Diff. 6.*

Aduerte, q̃a sunt ẽt legati de iure ciuili. l. obseruare. l. legatus. l. & legati de off. præs. & 2 dicuntur q̃ † dantur à p̃side prouinciæ, ut ibi, & ẽt qui mittuntur à principe sunt legati, ut. C. de legat. li. 10. per totũ: & ab omnibus istis, ad legatos nostros argumentamur affirmatiuè, non negatiuè. *Legati de iure ciuili.*

Septimo, differunt: quia præsente legato de latere, alterius conquiescit officium. c. uolẽtes, hoc tit. facit. c. denique. xxj. dist. ubi pręsente episcopo non benedicit sacerdos. At contra De. no. in c. ecclesiæ. 95. distin. ca. peruenit. xj. 3 q. j. l. in hac. C. de donat. † in quantum not. mi- *Diff. 7.*

norem iudicem præsente maiore non amitte-
re iurisdictionem suam, Host. in d.c.uolentes.
4 dicit† q quædam potestas est reuerentialis, si
ue insignialis(ut eius uerbo utar)quædam iu-
5 risdictionis.† prima non utitur inferior corā
superiore:secunda utitur. Fallit tamen quādo
agitur de quadam paritate, ut quia idem offi-
cium conceditur duobus ab eodem, ut in casu
nostro.d.c.uolentes. hanc distinctionem in ef
fectu sequitur Bart.in l.4.§.si tam uicinum.ff.
de dam.infec.excepto q in quantum dicit, iu
risdictionem generaliter delegatam esse in le
gato,non uidetur bene loqui,cum habeat ordi
nariam,c.legatos. hoc tit.in vj. quanuis extra-
ordinario modo,ut no.in clem.ij.de off. ordin.
uide tamen Abb.in d.c.uolentes. reprehenden
tem hanc distinctionem Hostien. cū sit quòd
minor præsente maiore utitur insignijs, exce-
pto quando præsens est qui concessit,per tex.
in c.ut apostolicæ,de priuil. qui tamen tex.fa
cit contra Abb.in quantum dicit,quòd Abbas
6 † utitur minore mitra,præsente episcopo. Ex
dictis tamen omnium constat c.uolentes,con
tinere casum specialem in fauorem legati.

Qua potestate utatur minor præsente maiore.

Abbas utitur minore mitra præsente episcopo.

Sed quid si legatus minor delegasset causas,
7 quas delegatus† tractare incepisset ante aduē
tum maioris legati, an conquiescat eius offi-
cium? & uidetur q non, p rationē l. de acces-
sionibus ff.de diuer.& temp.præscr. Sed con-
tra:quia causa incepta coram delegato, ita effu
git considerationem cōmittentis, ut etiam si
moriatur cōmittens,causa tamen sit coram de
legato c.fi.hoc titu.unde illud lumē,quod oc
cupat genus,non occupat speciem etiā in eo-
dem subiecto.vnde si minor legatus esset spe-
cialis delegatus in aliqua causa, non conquie-
scit eius officium per aduētum maioris legati,
Spe.hoc tit.§.superest.uers.sed pone. ad hoc c.
pastoralis.§.pterea de off.or.c.studuisti,hoc ti.
Quando autem ad istum effectum † minor
præsente maiore non possit vti iurisditione,
9 maior dicatur † præsens,uide Spec. in dicto §.
sequitur,vers. sed quid si secundus: qui dicit
maiorem legatum dici præsentem,quando nō
discessit è prouincia,uel etiam discessit,sed ani
mo reuertendi,dummodo non sit in loco ni-
mis distante,argu.l.illud ff.de off.pręsid.Et ita
cum his breuiter dictis finietur primus liber.

Quādo maior dicatur præsens.

LIBRI PRIMI FINIS.

LIBER SECVNDVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *Progressus si qui à generalibus ad specialia, q laudetur ab his,qui scientificè aliquid tradunt.*
2 *Legatus de latere,quòd sit ordinarius totius Prouinciæ,cui præest.*
3 *Legatus de latere in Prouincia sibi decreta, q omnia posit,quæ primates ipsi possunt, Patriarchæ,Archiepiscopi,Episcopi,Abbates, & omnes alij totius Prouinciæ ordinarij.*
4 *Legatum habere maiorem auctoritatem in tota diocesi q̄ habeant Episcopi quādo procedit.*
5 *Illatio quando procedit, q si quid posit Episcopus uel Prælatus,ergo & legatus à maiori,& in quibus casibus.*
6 *Legati potestatem, & facultatem taliter coarctatam esse quod non posit disponere de hospitalibus.*
7 *Episcopus q posit disponere de hospitalibus, licet legato non permittatur.*
8 *Episcopus potest committere receptionem resignationis,quam legatus aliter nō committit.*
9 *Patriarcha dat Pallium,quod non dat legatus: quod legato non est permissum.*
10 *Patriarcha transfert & deponit Episcopos: quod legato non conceditur.*
11 *Legatus non supplet consensum inferiorum,si quando agatur de eorum interesse.*
12 *Legatus in alienatione bonorum de mensa episcopi,uel Prælati,quòd nō posit supplere eius consensum:quod nec Papa permissum est.*
13 *Legatus habet auctoritatem Regiam in Prouincia sibi commissa.*
14 *Legato, quòd eadem competat auctoritas in Prouincia,quam habent Præsides, Præfecti, cæteriquè Magistratus in terris subiectis ecclesiæ.*
15 *Patriarchæ æquiparantur Regibus, & regia potestate utuntur.*
16 *Archiepiscopi, quòd æquiparantur Præsidibus Prouinciarum.*
17 *Episcopos æquiparari defensoribus ciuitatū.*
18 *Proconsules,quibus legati æquiparantur, quòd sint primi post Imperatores.*
19 *Episcopi,& alij ordinarij, quòd teneantur humiliter implere mandata legatorum.*
20 *Legatum sedis apostolicæ si quis offenderit, an criminis*

criminis læsæ maiestatis reus existat in primo non minus, quàm & in secundo capite.

21 *Legatus, Magistratus sedis Apostolicæ.*

22 *Legatus, quòd sit collateralis Papæ in prouincia sibi decreta.*

23 *Legatum in prouincia, quòd teneat locum Regis, supra, numero 13. & gerentis uicem Papæ.*

24 *Legatus & Papa, quòd confederationem quandam adinuicem habere dicantur.*

25 *Subditi Papæ delinquentes in eius Vicarios, quòd crimen læsæ maiestatis committant in Papam.*

26 *Legatum sedis Apostolicæ siquis impedierit, quòd dicatur turbare statum ecclesiæ.*

27 *Ambasciatorem, siquis occiderit, quòd dicatur incurrere crimen læsæ maiestatis.*

28 *Legatis sedis Apostolicæ, si quis uim inferat, quam pœnam incurrat.*

29 *Legatos sanctos esse, & inuiolabiles de iure gentium, & supra nu. 22. lib. 1. fol. 2.*

30 *Legati, quòd possint dici spectabiles, Illustres, super illustres, & aliis titulis decorari.*

31 *Legati, quòd habeant auctoritatem in omnes exemptos, & quorum exemptio est considerabilis respectu Episcoporum, & aliorum ordinariorum naturalium.*

QVONIAM progressus qui à generalibus ad specialia fit, laudatur ab his qui scientifice aliquid tradunt, præsenti libro generales quasdam regulas ad totam materiam duces ponemus, elegantia quædam lecta non iniucun-
1 da inserentes: † prima igitur regula erit.

Regula. 1.
2 Legatus de latere † est ordinarius totius ꝓ
3 uinciæ, † & potest omnia illa, quæ possunt primates, Patriarchæ, Archiepiscopi Episcopi, Abbates, & oẽs alij totius prouinciæ ordinarij c. legatos, hoc titu. l. si in aliquã §. cum plenissimã, ubi Bal. ff. de off. procons. Io. And. in rubri. hoc titu. in gl. 1. & in c. 1. eo. titu. in ant. &
4 ibi Andr. Sic. post Abba. aperte† concludens legatũ habere maiorem auctoritatem in tota diocesi, quàm habeant ipsi Episcopi: ex quo infertur quòd semper ualet consequentia.

Hoc potest Episcopus ergo & legatus.
Hoc potest episcopus, uel alius prælatus: er
5 go & legatus † a maiori c. cum in cunctis, de elect. tenet Rot. dec. 119. in no. Rom. cõs. 361. in casu propositæ consultationis, glo. in c. cum non ignores, hoc titu. & in l. cõgruit. ff. de off. pres. Spec. in §. nunc ostendendum.

Sed contra istam illationem uidetur glo. in
6 clem. per literas, de præben. quæ dicit † potestatem legatorum esse arctatam, ut non possit
7 disponere de hospitalibus: † quod tamen nullus adimit episcopo. clem. quia cõtingit, de relig. dom. Sol. ibi est casus specialis secundùm aliquos: quæ sol. non placet mihi, ut dicam in sequenti lib. in materia potestatis conferendi hospitalia.

Item oppono, quòd episcopus potest com-
8 mittere receptionem resignationis † quam nõ committit legatus, Bisig. de conces. præbend. decis. 5. Sol. hoc non est uerum, ut dicetur infra de casibus reseruatis ꝑ iura sexti in vj. casu.
9 Item opp. ꝗ Patriarchæ dat pallium† quod non dat legatus. c. antiqua, de priuil. Spec. hoc ti. uers. 45. sol. illud ꝓcedit in Patriarchis qui sunt ultra mare: quo casu etiam legatus ibi existens hoc posset, ut inferius dicam.

Item. opp. ꝗ Patriarchæ transferunt & de-
10 ponunt episcopos: † quod legato non conceditur, Spec. hoc. titu. vers. 17. sol. Respõ. ut ad ꝓximum, quamuis hodiè contrarium decerni uidetur in utroque. c. inter corporalia de transl. prælat. Quare consequentia ista in æternum manet: quam tamen dic esse ueram in his quæ faciunt episcopi, uel prælati, auctorizando facta aliorum: secus si ageretur de peculiari inte
11 resse † ut quia alienanda essent bona, quæ essent de mensa episcopi, uel prælati: quoniam
12 nõ posset legatus † supplere eius cõsensum: q̃a neque id consueuit Papa: ad quẽ sensum possunt reduci dicta multorum in c. cum dilecta, de confirma. uti. uel inuti. de quibus dicam loco suo. Ex hac etiam reg. collige quòd

Lega. est Rex in prouincia.
13 Legatus habet auctoritatem regiã † in pro-
14 uincia sibi commissa † item auctoritatem præsidum, prætorum, præfectorũ, cæterorumque magistratuum, de quibus iura ciuilia meruerunt, dummodo eadem sit in illis locis Papæ
15 auctoritas. hoc ꝓbatur: quia † Patriarchæ æquiparantur Regibus, secundum Bal. in l. 1. ff. de
16 off. præfect. præto. † Archiepiscopi uero æqui
17 parantur præsidibus, † Episcopi defensoribus
18 ciuitatum, glos. in c. 1. de off. ordin. in vi. † & procõsules, quibus æquiparantur legati, sunt primi post imperatores, ut tot. tit. de off. pro-
19 cons. & leg. † Et ideo Episcopi & alij ordinarii debent humiliter implere mandata legatorum. c. cum contingat, de rescrip.

Quare aliàs dubitari uidi, an qui offendit legatum sedis Apostolicæ, incidat in crimen le-
20 sæ † maiestatis Apostolicæ: & olim respõdi incidere in primum, & in secundum caput legis.
21 In primũ † ea ratione, quia magistratus sedis
22 Apostolicæ l. 1. ff. ad le. Iul. maiest. † item quia est collateralis Papæ l. quisquis C. eod. In secũ
23 dum uero † quia in prouincia tenet locum Regis, gerentis uicem Papæ: & qui molitur in ipsum, molitur in Papam ratione consequentiæ, sicut qui deliquit in Imperatorem, etiam si non sit eius subditus, sed subditus Papæ, di

citur committere crimen lesę maiesta. In Papā
24 † ratione confederationis, quam inuicem ha-
bent, secundum Bar. In extrauag. ad reprimen
dam. in uers. rebelles, ubi respondet ad clem.
25 pastoralis: † & de hoc ꝙ subditi Papæ delin-
quentes in Vicarios eius, committant crimen
lesæ maiestatis in Papā, uide Cy. & Saly. In d.l.
quisquis. Egid. cons. 15. de materia per Card.
Imò. & alios in d. clem. pastoralis. & in d.l. quis
quis. Soci. In cons. 22. in 1. uol. Bart. & Aegid.
ubi supra, & ad solutionē quæstionis uid. text.
26 in c. si quis autem 94. distin. † ubi qui impe-
dit legatum, dicitur turbare statum ecclesiæ:
27 & dicit Bald. in c. 1. de off. delega. † quòd in-
terficiens ambasciatorem, dicitur incurrere
crimen lesæ maiestatis: de quo Fely. in c. man-
data, de præsumpt. Ex quo apparet conatum si
ne effectu puniri, & alia specialia habere lo-
cum, de quibus in dicta l. quisquis. Tu tamen
contra impedientes legatum sedis Apostolicæ,
uide extrauag. Io. 22. super gentes. de consue-
tu. ubi excommunicantur, interdicuntur etc.
De libertate legatorum ui. tex. in l. fin. ff. de le
28 gat. ubi dicit † dedēdos esse hostibus, quorum
29 legati erant qui legato uim inferunt † sancti
enim sunt & inuiolabiles legati de iure gentiū
l. Sanctum. ff. de re diui.

Legatorum libertas.

30 Item collige, quòd legati poterūt dici † spe-
ctabiles, illustres, super illustres, & alijs titulis
decorari, de quibus per Rofr. in libellis suis.
in principio. Item etiam infertur quòd

Leg. spectabilis, superillustris.

31 † Legatus habet auctoritatem in omnes
exemptos: quoniā exemptio est respectu Epi-
scoporum & aliorum ordinariorum naturaliū,
glo. Anto. & alij in c. quod translationem, hoc
titulo, Spec. In §. superest, uers. sed nunquid le
gatus. Abba. & alii in c. 1. hoc titulo. Abba. in
c. cum uenerabilis. de cōsti. Phil. in c. ueniens,
de uerbo. signifi. in vj. ubi est casus de hoc, &
in c. si Abbatem, de elect. co. libr. ita est com-
munis opin. doct. & glo. in d. c. si Abbatem, &
in c. auctoritate, uers. sedis, de priui. eo. lib. q. e-
quid dicat Ioan. in c. huic sedi 17. distinct. cum
enim legatus teneat locum Papę, ut in extra-
uagan. Ioan. 22. super gentes, & exempti sint
de prouincia c. cū Episcopus, de off. ordin. in
vj. includentur, ex quo exempti non reperiun
tur maxime cum nihil sit in prouincia, quod
non subsit legato, l. nec quidquā ff. de off. pro
cons. Ex præmissis infero, ꝙ male loquuntur
Domin. & Philip. In c. nemo, quando uolunt
ꝙ Episcopus possit cōmendare ecclesiam par
rochialē collegiatam ultra sex menses: de quo
dicam in materia commendę, quæst. 17.

Leg. in exēptos habet auctoritatem.

At quoniam diximus legatū tenere omniū
ordinariorum auctoritatem in prouincia, de
uariis ordinariorū nominibus dicere non erit
inconueniens.

SVMMARIVM.

1 *Ordinariorum progressus ab exordio Christianæ religionis qualis fuerit.*

2 *Presbyterorum nomen qui sacramenta ministrarent, quòd unum fuerit, & primum.*

3 *Episcoporum nomen de quo potißimum tempore introductum.*

4 *Episcoporum ordo quadripartitus in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Metropolitanos.*

5 *Ordo primus apud Gentiles, flamen, subinde Archiflamen, & quòd quisque praeesset.*

6 *Sacerdotum ordo bipartitus, in Episcopos scilicet, & presbyteros.*

7 *Episcopi, quòd successerint loco duodecim Apostolorum, qui fuerunt caput, & fundamentum totius Christianæ religionis.*

8 *Presbyteri, quòd successerint loco septuaginta duorum discipulorum.*

9 *Corepiscoporum ordo, quòd fuerit in principio in Ecclesia Dei: aliquanto minorum ipsis Episcopis.*

10 *Corepiscoporum ordo quare fuerit reiectus.*

11 *Patriarcæ nomen unde dictum, quòdque ab Archos, id est Principe patrum.*

12 *Patriarcha & Primas, licet diuersa nomina quòd tamen idem sunt, & unam atque eandem formam tenere dicantur.*

13 *Patriarchales sedes quatuor esse principales, Constantinopolitanam, scilicet Alexandrinam, Antiochenam & Hierosolymitanam.*

14 *Primates, qui sint, & esse intelligantur, Aquilegien. Graden. Toletan. Cantuarien. Bituricen. & similes. licet Patriarcharum nomine aliquando nuncupentur.*

15 *Patriarchales ecclesiæ Romæ quales sint, uidelicet ecclesia Sancti Petri, Sancti Pauli, Sancti Io. Lateranensi, Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Laurentij extra muros.*

16 *Patriarchalium ecclesiarum, quæ nam dignior existat.*

17 *Patriarchas similia habere priuilegia, quæ & Summi Rom. Pontifices.*

18 *Roma caput totius orbis, ita & Rom. ecclesia caput ecclesiarum quarumcunque.*

19 *Patriarchales quatuor illæ sedes ab infidelibus, & hæreticis præoccupatæ.*

20 *Patriarchas pallio non uti, si quando Roman. Pontifex, siue eius Legatus adsit: & huiusmodi dictum quo casu procedat. nu. 21.*

21 *Patriarchalia priuilegia, quæ nam præcipua sint.*

22 *Antonius legationis munere Bononiæ functus de anno Domini. M D VII. ambitionis uitio notatus, & in carcerem coniectus concessit in fatis.*

Iulij

admiserit non tanquam utentem iure suo admisisse præsumendum est, nisi idipsum exprimat.

133 Consuetudinem à sola Principis uoluntate descendentem nullum ius tribuere.

134 Consuetudo quòd aliter non inducatur ex actibus gratuitis.

135 In Vicarium Principis quòd generaliter non transeant ea, si quæ sint meri & mixti imperij.

136 Limitatio ad idem.

137 Principem uelle concedere & ea, quæ concedere consueuit præsumendum est.

138 Facultates concessæ ab Innocentio III. Cardinali S. Susannæ legato exemplum.

139 Quòdque parci essent Romæ Pontifices tunc tẽporis in cõcedendis facultatibus legatis suis.

140 Legatis Bononiẽsibus si quæ sit data facultas, uniformiter omnibus legatis dari solita, & cuicũque qui in legatum deputari contingat, eadem censeatur attributa facultas.

141 Legatis quæ concedi consueuerunt, ipso iure competere usque adeo, ut ad ualiditatem gestorum ab eis, non sit opus ostendere literas facultatum suarum.

142 Legatis minus credi in his, quæ specialiter eisdem reseruari solent.

143 Solita concedi si quando dicantur & quibus quidem casibus.

144 Verbum, sæpè qualiter intelligatur, & de uerbo sæpius quid importet.

145 Cursus tanti temporis, cuius initij memoria nõ sit incontrarium, quòd habeat uim priuilegij, & constituti.

146 Mens & intentio alicuius deprehenditur ex his, quæ facere consueuit.

147 Quæ à Principis uoluntate dependent, non de facile coniecturari posse, cum sint impossibilia.

148 Consueta concedi possibilia reputari.

149 Facultas si quæ uniformiter concessa fuerit tribus legatis, immediate præceden. quòd dicatur consueta concedi, & qualiter procedat numero. 152.

150 Sententiæ tres conformes in contradictorio iudicio cuius sint effectus, & si quando duæ sufficiant.

151 Tribus uicibus quid factum indubitatam exinde consuetudinem induci.

152 Solitum, & consuetum in aliquo differre.

253 Consuetudinem spatio certi, & limitati temporis induci.

154 Consuetudo licet inducatur per trinum actũ, requiritur tamen tempus quadraginta annorum, aptum ad præscriptionem.

155 Legatus quòd possit attentare ea, quæ sunt reseruata Papæ in signum specialis priuilegij si quando euidens ecclesiæ utilitas subsit, uel necessitas.

156 Limitatio ad promissa, si quando materia sit de per se grauis & deducta in consequentiam ab his, quæ sunt prohibita.

157 Casus qui nam intelligantur Papæ specialiter reseruati, & alterum de uiginti quatuor enumerasse uidetur Hostiensis: Speculator uidetur octuaginta nouem.

158 Legatum nemini subijci, nec à quoquam iudicari, cum soli Papæ idipsum reseruatum sit.

159 Causæ Episcoporum, & Episcopatuum, cũ sint de maioribus, quòd soli Papæ reseruatæ sint.

160 Erectio alicuius ecclesiæ in Cathedralem quòd sit de reseruatis Pontifici.

161 Legatus quòd utique possit deponere episcopũ in partibus ultra marinis.

162 Legatus licet non possit deponere Episcopum, illum tamẽ deponendum pronuntiare possit & ualeat, & qualiter procedat assumptũ n. 170.

163 Vicarius Episcopi licet ex suo generali officio reos aliter punire nõ possit, nihilominus eosdẽ puniendos fore pronuntiare potest.

164 Sententiam de præsenti, & de futuro, quàm lõge differre.

165 Liberum aliquem esse pronunciare, uel liberãdum, qualiter differant.

166 Legatus quòd Episcopos confirmare possit, & ualeat.

167 Episcopus quòd possit transferre Episcopatũ suum de ciuitate ad castrum.

168 Episcopum ex causa in quacunque diocesis suæ parte habitare, & ibidem ad tempus iurisdictionem exercere posse in puniendo eosdem.

169 Legatum causas ciuiles, & criminales Episcoporum, depositionem non requirentes audire posse.

170 Legatus quòd possit pronuntiare Episcopum deponendum, qualiter procedat.

171 Deponendum quem esse, uel illum deponere, à pari procedere.

172 Legati interlocutoria, in uim cuius Episcopum deponendum pronuntiat, quòd à Pontifice reuocari possit.

173 Officialis, si cui ob temporis breuitatem interdicta est executio, licet exequi non possit, exequendum tamẽ pronuntiare potest, & successori datur exequi.

174 Pronunciare quem esse condemnandum, uel cõdemnare, paria esse, & qualiter procedat.

175 Legatus cũ non possit cõdemnare Episcopum, quòd eius sententia superinde prolata diffinitiuæ uim non habeat.

176 Obligare se de præsenti, uel promittere se obligatum, quòd paria sint, & qui promittit se obligari, quòd statim sit obligatus.

177 Commutatio uoti terræ sanctæ pro redemptione, quòd sit de reseruatis Papæ.

178 Votum castitatis & terræ Sanctæ redemptionis, de duobus reseruatis Papæ.

179 Cæterorum commutatio ex causa quandoque

legatis, & episcopis permissum.

180 *Eximere aliquem à potestate ordinarij, soli Papæ reseruatum.*

181 *Legatus, quòd sedis apostolicæ locum teneat.*

182 *Tertio ius adimere, quòd soli Papæ competat.*

183 *Causæ, si quæ maiores sint, ad sedẽ apostolicã referri, & quæ nam dicantur maiores & grauiores, ibidem.*

184 *Dubia elucidare in concernentibus articulos fidei & dubijs iuris, quòd ad solum Papam spectet & pertineat, & qualiter procedat.*

185 *Dubiorum interpretationem in dubijs iuris canonici, uel diuini, ad Põtificem: iuris autem ciuilis ad Imperatorem spectare.*

186 *Causas maiores ad primam sedem deferri.*

187 *Causæ matrimoniales quòd dicantur arduæ siquidem & graues.*

188 *Itẽ si de omnibus bonis uel illorum maiori parte agi contingat.*

189 *Itẽ si de causa agatur, quæ sui natura infamet.*

190 *Maiores, uerbum esse Aequiuocum.*

Causarum tria esse genera, nonnullæ etenim maiores, aliquæ minores, aliæ uero minores & quæ à singulis tractentur.

191 *Maiores causæ, quæ nam esse intelligantur.*

192 *Causæ matrimoniales, quòd sint de maioribus qualiter procedat.*

193 *Causæ maiores si introducantur coram inferiori, appellatio inde secuta statim deuoluitur.*

194 *Legitimatio quòd soli Principi reseruata sit.*

195 *Degradatos restituere, quòd sit de reseruatis Principi, siquidem solennis præcesserit, nõ uerbalis degradatio.*

196 *Degradationis solennis qualis forma, & de modo procedendi in ipsa degradatione.*

197 *Aetatis defectum dispensare, soli Papæ reseruatum.*

198 *A sententia Papæ non datur appellatio, nec causæ commissio, appellatione remota.*

199 *Professionis emissæ in ætate legitima resolutio & annullatio, Pontifici tantummodo reseruatum.*

200 *Contractuum defectus supplendi, ad solum Põtificem spectare.*

201 *Papam plenitudinis potestatem habere in his, quæ sunt iuris positiui.*

202 *Limitatio ad idem.*

203 *Confirmationis proprium & præcipuum in supplendo defectus solennitatum, si quæ in actu peragendo omissæ fuerint.*

204 *Actum si quis de nouo facere possit, & illud siquidem inualide factum confirmare.*

205 *Defectus iuris naturalis, quòd princeps aliter non suppleat sed iuris positiui tantum.*

206 *Confirmatio suppletiua defectuum, non sub generalibus uerbis, sed per illorum expreßionem fieri debet.*

207 *Clausula suppletionis defectuum, quid operetur, & quo casu procedat.*

208 *Renuntiatio si qua fiat ab exemptis, quòd eadem in manibus Papæ fieri debeat.*

209 *Legatus impartitur licentiam in re concessa à Pontifice, cuius licentia attendatur, secus in prohibitis.*

210 *Dispensare cum simoniacis, de reseruatis Pontifici.*

211 *Iuramentum si licitum, uel minus licitum, solus Papa declaret.*

212 *Absolutiones à censuris delegati Papæ, legatus tanquam inferior non concedit.*

213 *Salutatio Papæ ex certa scientia, quòd operetur absolutionem.*

214 *Absolutio in casibus Papæ reseruatis, legatis non permissa.*

215 *Absoluere ab irregularitate, soli Papæ concessum.*

216 *Causam, si quæ promoueri contingat corã Papa per relationem, per appellationẽ, seu aliàs quomodocunque, quòd legatus aliter cognoscere non possit.*

217 *Rescripti declarationem ad Pontificem spectare.*

218 *Causam de fide solus Pontifex diffinit, cum sit de maioribus, & sibi reseruatis, sub distinctione tamen ibidem inserta.*

219 *Dispensatio super pluralitate incompatibiliũ, de reseruatis Papæ.*

220 *Depositio Regum & Imperatorum, ad Papam spectare & ita seruatum in casibus ibidem expressis.*

221 *Imperatorem electum, solus Papa inungit & confirmat.*

222 *Electio Imperatoris, si de alia natione quã germanica fieri poßit & ualeat, discutitur quæstio uarijs argumentis & rationibus in substinendo affirmatiuam.*

223 *Imperatorem ex quauis natione eligi posse.*

224 *Germani, quòd in electione Imperatoris successerint in locum populi Romani.*

Romanus populus quòd consueuerit eligere Imperatorem cuiuscunque nationis esset.

225 *Electionis naturam liberam esse debere, et nõ coarctatam quouis modo.*

226 *Electionem Imperatoris cadere in quem maluerit electorum consessus.*

227 *Imperium translatum à Græcis in Romanos in personam Caroli, non minus actiuè, quàm passiuè.*

228 *Electionis Imperatoriæ ius & facultas ab immemorabili tempore citra, & cuius initij memoria non extat in contrarium, ad Germanos spectasse.*

229 *Translatio Imperij qualiter, & quomodo facta sit in Germanos, & de quo potißimum tempore.*

230 *Electorum septem deputatio, & qui nam sint.*

231 Lega-

Faculta-

348 *Facultatum legati uerba non cauillãda, sed latè siquidem interpretanda.*
349 *Facultas cõcessa episcopo, uel legato, quòd sui natura fauorabilis sit.*
350 *Sedi apostolicæ reseruata dispensatio, quòd quis possit esse triplex in ecclesia.*
351 *Administrator ecclesiæ cathedrali deputatur à Pontifice tantum.*
352 *Legatum supplere negligentiam capituli in administratore dando.*
353 *Legatus, aut Archiepiscopus, quòd non posit auferre ius tertio.*
354 *Capitulo competere ius administrandi uacante sede.*
355 *Prælatorum quatuor genera in ecclesijs cathedralibus, largè sumptum.*
356 *Episcopi, quòd ueri prælati intelligantur.*
357 *Administratores in ecclesia cathedrali, Prælaturam quandam sibi uindicare.*
358 *Visitatores prælatorum numero aggregari.*
359 *Commendatarij similiter prælaturam præseferunt.*
360 *Dispensatio cum ultramontano ordinato per episcopum in Italia contra formam canonis de super disponentis, soli Papæ reseruatur.*
361 *Legato non competit facultas recipiendi renũtiationes beneficiorum, nisi à Pontifice sit sibi specialiter attributa.*
362 *Nec etiam conferendi beneficium reseruatum.*
363 *Episcopus si posit concedere consimilem facultatem, nempe recipiendi beneficiorum renuntiationem.*
364 *Legati iurisdictio, quòd sui natura odiosa sit & extraordinaria.*
365 *Beneficium siquis habuerit per renuntiationem, quòd non detur uotum captandæ mortis.*
366 *Legatus quòd sit maior quocunque ordinario post Papam.*
367 *Textus rationem reprehendere quandoque licere.*
368 *Aequum esse per quascunq; etiam subauditas interpretationes legislatoris rationem tueri.*
369 *Beneficium cur prohibeatur conferri ante illius uacationem.*
370 *Concilij Lateranen. dispositioni cõtraueniri, si quando aperitur uia, ut quis habeat ius in beneficio non uacante.*
371 *Renuntiatio quòd sui natura debeat esse libera & semota à quacunque illicita pactione.*
372 *Item in manibus superioris.*
373 *Episcopus quòd non posit committere collationem beneficiorum nisi suo Vicario generali.*
374 *Facultas conferendi concessa non Vicario, an ualeat respectu beneficiorum renuntiatorum.*
375 *Causa quòd in dubio impulsiua præsumatur.*
376 *Legatus quòd posit committere resignationem ex causa permutationis.*
377 *Quòdque etiam disiunctim committere posit uni ut recipiat resignationem, alteri uero ut conferat.*
378 *Legatus an posit committere alicui receptionem renuntiationis.*
379 *Prouisio de beneficijs uacantibus in curia, soli Papæ reseruata.*
380 *Dispensatio nõ cum religiosis ut habeant plures prioratus uel ecclesias, quod solus Pontifex concedat.*
381 *Coadiutorem episcopo non dat nisi solus Pontifex.*
382 *Acquisitionem nouorum locorum, uel antiquorum mutationem per mendicantes faciendum, solus Pontifex concedit.*
383 *Missi ad pœnitentiam peragendum ultra mare nisi præuia licentia Pontificis, quòd aliter redire non posint.*
384 *Ecclesiis carentibus clero, & populo, quòd nullus præter Pontificem prouidere posit, & ualeat.*
385 *Citationem per edictum iuxta formam clem. Dudum. de iudi. quòd non permittatur nisi mãdante Pontifice.*
386 *Vsum illorũ, quæ fideles ecclesiæ donauerint, uel reliquerint, solum Pontificem alterare posse.*
387 *Priuilegia à sede cõcessa et indulta cuiquam, quòd solus Pontifex declaret, & moderetur.*
388 *Reseruationem fructuum beneficiorum uacaturorum, solus Papa concedit.*
389 *Legatus in appellatione interposita ad Papam super cõfirmatione, quòd aliter adiri nõ possit, nisi eadem friuola existat.*
390 *Appellatio manifestè friuola, quòd aliter non deuoluat.*
391 *Abbatissa si quæ sit minor uiginti annis, quòd postulari non posit nisi à Papa.*
392 *Electionem si lex prohibeat, postulationem tamen prohibere non dicitur.*
393 *Casus reseruati Papæ per extrauagantes diuersorum Pontificum.*
394 *Extrauagantes Rom. Pontificum non ligant nisi à die publicationis earundem.*
395 *Sententia lata contra extrauagantem, quod sui natura nulla sit & inualida.*
396 *Quemadmodum si contra legem scriptam lata sit.*
397 *Extrauaganti qualis sit danda fides.*
398 *Extrauagantem ignorare non licere.*
399 *Extrauagantis continentiam si quis deduxerit in articulis, utrum pars teneatur illis respondere.*
400 *Comes, Capitaneus, uel Vicarius, quòd quis nõ posit esse in terris ecclesiæ, & de patrimonio ipsius existens, nisi de mandato Pontificis, & eodem auctorante.*
401 *Vacante Imperio, quòd nullus posit esse Vicarius*

carius sine speciali licentia Papæ, uel sedis apostolicæ.
402 *Quòdque etiam non excludatur legatus.*
403 *Legati factum, quòd dicatur factum sedis apostolicæ, & per illum conseruetur iurisdictio Romanæ ecclesiæ.*
404 *Factum legati, si sit factum sedis Apostolicæ remißiue, et infra.nu.414*
405 *Dispensatio ut quis poßit assumere habitũ fraticellorum & Pizocherorum, quòd sit Papæ reseruata.*
406 *Pro bonis relictis fratribus S.Francisci, ꝙ nullus poßit agere nomine ecclesiæ Roma. sine speciali mandato sedis Apostolicæ.*
407 *Regulares mendicantes, & seculares, minores 27. annis, ad certas ecclesias postulari, solus Papa dispensat.*
408 *Episcopos, Abbates, & alios prælatos, qui apud sedem Apostolicam promouentur, sine literis Papæ non administrare.*
409 *Quodque nec ipsi debeant se administrationi ingerere, nec alij eos excipere.*
410 *Item contrarium facientes, tandiu sint à beneficiorum administratione suspensi, donec per sedem Apostolicam dispensentur.*
411 *Beneficia, quorum collatio est Roma. Pontifici reseruata.*
412 *Fratres mendicantes, ꝙ non poßint habere plures Campanas sine speciali licentia sedis Apostolicæ.*
413 *Et in hoc legatum ex causa dispensare.*
414 *Factum legati ꝙ sit factum sedis Apostolicæ in his, quæ nõ sunt multũ grauia, & supra.404.*
415 *Dispensare cum eo, qui male alienauit bona ecclesiæ inconsulto Rom. Pontifice, ꝙ sit de specialiter reseruatis.*
416 *Auctorem commẽtaria in extrauagan. Pauli II. ambitiose de rebus ecclesi. unà cum tribus alijs extrauagan. propediem in lucẽ daturũ.*
417 *Inquisitores hæreticæ prauitatis, et ordinarij, ꝙ cõtra officiales Roma. Cur. aliter procedere non poßint sine licentia Papæ.*
318 *Absolutio offensæ, ecclesiasticæ libertatis, uiolationis, interdicti ab Apostolica sede emanati, criminis hæresis, conspirationis in personã, aut statum Roma. Ponti. uel sedis Apostolicæ rebellionis, de reseruatis Papæ.*
419 *Itẽ præsbitericidij, offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum, inuasionis romipetarum, seu aliorum quorumcunque ad Rom. Cur. uenientium prohibitionis.*
420 *Deuolutionem causarum ad eandem curiam.*
421 *Delationis armorum ad partes infidelium.*
422 *Impositionis nouorum onerum realium, uel personalium ecclesijs, aut ecclesiasticis personis.*
423 *Simoniæ super ordinibus uel beneficijs assequendis, ubicunque contractæ, pariter de reseruatis.*
424 *Ciuitas pro debito Domini, officialium, aut priuatarum personarum, quòd aliàs interdici non poßit sine speciali licentia papæ.*
425 *Electionem summi Pontificis magna siquidem prouidentia, & exquisitis remedijs indagando, ut à quocunque simoniæ labe prorsus aliena sit, Iulij II. extrauagan. cautum et prouisũ.*
426 *Cuius constitutionis alteratio, etiam Cardinalium collegio, sede uacante est interdicta.*
427 *Sancta quippe, & nunquam satis laudata constitutio.*
428 *Causas quasdam à foro ordinariorum ante sententiam diffinitiuam nõ amouendas, Leonis x. Concil. Lateranen. seß. x. cautum.*
429 *Remißio pænæ applicandæ fabricæ Apostolorum Petri, & Pauli. de reseruatis.*
430 *Impreßores librorum absque subscriptione Inquisitionis, uel episcopi, quòd non absoluantur nisi à solo Pontifice.*

De uariis ordinariorum nominibus, eorumq; distinctis potestatibus.

ILLVD nosse operepretium est, ꝙ in ipsis christianæ re-
1 ligionis† exordijs, eorum qui sacra ministrabãt, unũ erat presbyterorũ nomen: qui oẽs celebrabãt, & diuinis intendebant, baptizantes quotquot ad eos ueniebant. Verum cũ baptizati suscitarent scismata, uolentibus omnibus appellari ab eo, qui baptizauerat, utpote cum dicerent: ego sum Pauli: ego sum Cephæ, communi apostolorum decreto statutum est,
2 †ut ex presbyteris eligerentur aliqui, qui in urbibus ponerentur, & nomine uniuersalis ecclesiæ præessent alijs, ut omnes baptizarent in nomine Christi, & communi nomine Christiani uocarentur, c. olim. 95. distin. quos deinde præpositos (quia commodius est singulas res singulis appellationibus distinguere) insti. quib.
3 mod. test. infir. §. sed quia †Episcopos. i. speculatores, uel super intendentes, à scopin, græco
4 uerbo nominauere. c. cleros 21. distin. † Qui Episcoporum ordo quadripartitus est: Nã aliqui ex Episcopis uocantur Patriarchę seu primates. Aliqui Archiepiscopi. Aliqui Metropolitani. Aliqui Episcopi simpliciter d.c. cleros, Vbi dicitur ꝙ oẽs cõmuni nomine uocanĩ Episcopi, sed habent additamentum ex magnitudine pręrogatiuę: imitati. n. sunt Apostoli in istis episcoporum diuisionibus gentiles: nam apud
5 illos, ordo † erat ut in una ciuitate esset Primus

Episcopi quomodo facti.

Patriarchæ Primates Archiepisc. pi. Metropolitani.

Gentiliũ ordo in antistitibus.

mus flamen.i.primus Doctor legis,qui multis alijs archiflaminibus præesset,& in alia esset archiflamen,qui multis ciuitatibus præesset. & in unaquaque ciuitate flamen principalis.Beatus igitur Petrus cum ipsa Episcoporum ordinatione statuit,ut Episcopi, qui erant in ciuitatibus,ubi erant primi Flamines,uocarentur patriarchæ, siue primates:Quod(ut dicetur inferius)idem est: qui uero in ciuitatibus Archiflamines uocarentur Archiepiscopi,seu metropolitani a mensura ciuitatum, quas habent sub se d.c.cleros:qui uero in alijs ciuitatibus erāt,simplici nomine Episcopi Dicerētur.Hæc ex c. in illis. 80.distint.c.prouinciæ.99.distin.quæ omnia etiam clarius ponit Anacle.in sua epistola, quæ incipit.Benedictus Deus & pater.

Ordo sacerdotū bipartitus.

Ex quibus apparet bipartitum esse ordinē 6 † sacerdotum,in episcopos uidelicet,& præsbyteros, ut dicit Anacl.in eadem epistola.† 7 Episcopi.n.successerunt loco.xij.apostolorum,qui fuerunt caput & fundamentum Christianę religionis,Petro tamen inter eos obtinente, dicente domino, tu es Petrus & super hanc Petram &c.Matthęi. 16.nam ipse primus ligandi atq; soluendi potestatē accepit,cæteris cum eo pari consortio honorem ac potestatem accipientibus,ut inquit Anacle.in eadem epistola. & trāsumitur in c.in nono.xxj. distint. Et ꝙ episcopi successerint loco apostolorum,apparet ex illa ant.psal.44.pro patribus.j.pro apostolis nati sunt tibi filij.1. episcopi. c. quorum 69. di-
8 stint.ad hoc c.uidentes 12.q.1.† Reliqui uero presbiteri successerunt loco septuaginta duorum discipulorum: quos Dominus cum uideret,messem multā,operarios paucos eligi præcepit,ut & ipsi prędicarēt.& populos conuerterent.in.d.c.in nouo.

Corepiscopi.

Contra prædicta opponitur, quòd erat in 9 Dei ecclesia à principio ordo † Corepiscoporum,qui erant aliquanto minores ipsis Episcopis, & inuenti fuerunt ad exempum 72. ut in §.hæc omnia 69.distin.sol.quanuis isti corepiscopi aliquanto tēpore durauerint in ecclesia
10 † tamē, quia improbi erant, & usurpabant sibi officia Episcoporum, uelut insolentes atque inutiles,passim reiecti sunt c. quanuis c. corepiscopis ead.distin.

Patriarcha unde.

Sed ut reuertamur ad materiam nostram,
11 patriarcha dicitur archos, † id est princeps
12 patrum † & est idem quòd primus d.c. cleros, licet sint diuersa nomina, unam formam tenent,c.prouinciæ 99.distint.c.si quis 2.q.6. Anacl. in eadem epistola. Specu. in titu. de di-
13 spens.Abba.dicens quòd quatuor tantū † principales sedes propriæ Patriarchales, & primatiæ appellantur.s. Constantinopolitana, Alexandrina, Antiocena, Hierosolimitana c.antiqua,de priuileg. Reliqui uero melius dicun-

Patriarchales sedes quattuor.

14 tur primates † ut Aquilegien. Graden. Toletan. Cantaurien Bituricen. & similes: de qbus late per Alberi. de Rosa.in Rub.de stat. hom. in primo commento col.7. ubi affatim ponit nomina omnium sedium Episcopalium, Archiepiscopalium, Patriarchalium, quanquam & his quandoque Patriarcharum no-
15 minis nuncupenturut,dicit Romæ † esse quinque ecclesias Patriarchales,uidelicet ecclesiam Sancti Petri,Sancti Pauli, Sancti Ioa. Lateranē.S. Mariæ maioris S.Laurentij extra muros.
16 uidete illum, & Cardinalē Alexand.in c.j.23. distin. col.5.ponētē † quæ sit dignior ecclesia S.Petri,in Vaticano, an Sancti Io. in Laterano.cum utraque sit patriarchalis.

Patriarchatus quinque Romæ.

Iste autem quatuor primæ sedes Patriarcha-
17 les habebant priuilegia similia † Roma.Ponti. sicque,Episcopos deponebant.glo. in c. renouantes 22.distin. c suspecti 3.quæst.5.ubi est casus in term.si litera non cauilletur, & in c. mos antiquus.tenet Cardina. in clem. in plerisque,de elec. Specu. in d.§. nunc ostendēdū uers.17. quod forsan non admitteret Apostolica sedes hodie propter tex.in c. quod translationem,& in c.inter corporalia, de translatio. prælato.& in c. dudum 3.quæst.6. sicut enim
18 † Roma est caput totius orbis l.ij. in princi. ulti.col.C.de uete.iu.enucl. ita ecclesia Romana est caput ecclesiarum, epistola inter claras C.de summa trini. & fid. catholi. & ipsa a solo Deo recipit dignitatem:aliæ ab ea c. omnes,c. sacrosancta.22.distinct.Tu etiam adde tex.in c.Adrianus.63. distint. ubi Papa uocatur Patriarcha,& patriarchatus Lateranen. & in c.cū Adrianus,ea.distint.

Patriarcha habent priuilegia similia Roma. Ponti.

Verum hodie uana est disputatio de istis quatuor Patriarchalibus sedibus, postquam
19 † omnes isti patriarchatus sunt in manibus infidelium & hęreticorum,ut dicit illa extrauagan.Sancta Romana.de elect.& doct.in clem. in plerisque,de elect.in hoc solum utilis propter legatos, qui patriarcharum auctoritatem
20 superant d.c.antiqua.quando dicit † quòd patriarchæ utuntur pallio ubique, præterquam si Roman.Pont.uel legatus sit præsens.

Patriarcharum priuilegia.

21 Patriarcha igitur habet priuilegia † ut ubique crucem ante se deferat, & pallio utatur, modo non sint præsentes Papa, uel eius legatus,iuramenta a suffraganeis recipiat d.c. antiqua.& quando dixi patriarcham non posse uti pallio, quando legatus est præsens, intellige quando est præsens,& utitur uestibus pontificalibus:& sunt insignia,uestis rubea, parafrenus albus,frenus, & calcaria deaurata secundum doct. in d.c.antiqua:Quod tamen ut ibidem not.Hostie. non habet locum nisi quan-

do legatus transit mare; aliàs autem huiusmo-
di isigniis uti nō pōt legatus nisi sit specialiter
priuilegiatus, & Host. sequitur Abba. & Cardi.
Quo circa Reuerendissimus Antonius le-
Antonius legatus ambitiosus.
22 gatus Bononiæ † de Anno Domini M.D.VII.
fuit ambitionis uitio notatus, quòd celebra-
ret, & æquitaret ornatu pontificio: unde à Iu-
lio. II. propter hoc, & alia nefandiora in car-
cerem coniectus, uitam infeliciter perdidit: fa
ctus est enim secundis rebus insolentior, &
nesciuit Dei beneficijs reuerenter uti, o quan
tum distans a Reuerendissimo Domino meo
23 † Iulio de Medicis: qui Florentinę reipub. mo
Laus Reuerēdissimi Iulii de Medicis.
derator: Hethruriæ, ac Aemiliæ, quin, & totius
Italiæ legatus cum amplissimis facultatibus
tot opulentis a Deo sacerdotijs honestatus, in
dies modestior fit, atque a fastu, & pompa ma-
gis alienus: & ea tum in uestiendo, tum in ui-
uendo modestia utitur, ut qui in cæteris actio
nibus uix parem, nullo modo superiorem ha-
beat, his duobus superiores habeat innume-
ros. Sed eius decantandę modestiæ, aliàs dabi-
tur locus opportunior. Redeamus ad rem no-
Legati trās mare.
24 stram. Possunt legati, qui uadunt † trasmare,
uti talibus ornamentis, etiam si legatus esset
25 monachus secundum Cardina. ibi † Item est
hoc Patriarchæ priuilegium, ut ad ipsum, omis
sis medijs, appellari possit secundum Hostien.
Innocen. Ancha. Goffr. Vinc. Abb. in d.c. anti-
qua. Specu. in tit. de appel. §. nunc tractemus.
uers. & nunquid. Et hoc uerum puto, quanuis
glos. Ioan. And. & Anto. in d.c. antiqua. tene-
ant hoc esse speciale in Papa. Cardina. autem
dicit in hoc seruandam consuetudinem. dice-
tur aliqd quando tractabitur de potestate lega
ti. Circa iudicialia. opin. Abba. uidetur uerior.
Patriarcharum suffraganei.
26 Patriarcharum suffraganei † dicuntur esse Ar
chiepiscopi, Archiepiscoporum Episcopi: & il
lud tantum possunt Patriarchæ in subditos
27 Archiepiscoporū, quod † Archiepiscopi in sub
ditos suffraganeorum: de quibus in c. pastora-
lis. de offic. ordin. Abba. in d.c. antiqua. est tex.
& ibi not. doct. in c. conquestus. 9. quæstio. 3.
Vbi apparet aliter gesta per Patriarcham esse
nulla: & si uis omnia ad patriarchas pertinen-
De patriarchis remissime.
28 tia † intelligere cum eorum dignitatibus, &
potestatibus, & ubi constituendi sint, uide. c.
multis 17. distin. c. 1. & ij. 18. distint. c. secun-
dum c. propter 18. distinct. c. cleros. c. in tantū.
21. distint. & per totum 22. distint. c. 1. & c.
agatosa. 63. distin. & per totum. 80. distin. c. sa-
tis 96. distin. c. prouinciæ. 99. distint. c. si inter
Episcopos. 2. q. 6. c. iij. 1. q. 7. c. multum. 3. q. 5.
c. quod autem. 4. q. 1. c. conquestus. 9. q. 3. c. di
lectissimi. 12. q. 1. c. frater 16. quæst. 1. c. an-
tiqua. de priuile. & in prædicta extrauagan. san
cta Romana ecclesia.

Archiepiscopus, aliàs metropolitanus unde dicatur. Est ordinarius omniū suffrag.
29 Archiepiscopus † uero, qui aliàs, ut dixi-
mus, uocatur metropolitanus a mensura ciui-
tatum, de quibus paulo inferius dicemus, dici
tur esse † ordinarius omnium suffraganeorum
prouinciæ, & illius curam gerere. c. 1. & ij. 9.
q. 3. glos. in c. pastoralis, in uers. exceptis, & ibi
Abba. dicit, quòd indifferenter in causis ciuili-
30 bus, † Archiepiscopi sunt iudices suffraga-
neorum: in criminalibus itidem, dummodo nō
sit procedendū ad depositionem: quoniam ipsi
nō possunt Episcopos deponere. c. quod trās-
lationem, hoc titulo.
Aduerte, ꝙ dixi Archiepiscopum ordinariū
prouincię, & suffraganeorum iudicē, non dixi,
subditorum suffraganeorum: quia illos iudica
Archiepiscopus nō iudicat subditos suffraganeorum.
31 re † non potest, & sic in eo non habet locū illa
regula, si uinco uincentem te etc. l. de accessio
nibus. ff. de diuer. & temp. praescript.
Excipiuntur tamen ab hac regula multi ca-
Quibus casibus Archiepiscopi iudicant subditos suffraganeorum.
32 sus, † quos recitat glo. in d.c. pastoralis. quam
per te uide, & generaliter quando Episcopus
est negligens in prouidēdo necessitatibus dio
ce. uel subditorum, Archiepiscopus succedit, se
cundum glo. Ioā. And. Card. in d.c. pastoralis.
quæ opin. est uera, quāuis Abba. ibidē & in c.
si quis cōtra clericum. nitatur illā lacerare. Tu
uide: quoniam hæc nō est materia nostra. Illud
unum inter omnes constat, Archiepiscopum
Archiepiscopus legitimus uisitator diocesum, modo uisitauerit suam.
33 † esse legitimum uisitatorem omnium dioce-
sum de prouincia, & posse omnia emendare, at
que corrigere, & præsertim prauas consuetudi
nes, & notoria delicta, & omnes causas ad se ꝑ
appellationē deuolutas terminare, & de omni
bus causis toti prouinciæ communibus cogno
scere. Et hoc quod dictū est de uisitatione, in-
tellige ꝙ primo uisitet suā dioc. & postea dioc.
suffraganeorū, secūdū formā c. 1. de cēs. lib. vj.
Ad hoc. c. fi. eo. tit. & lib. et c. cū ex officij. & ibi
Abba. in 1. no. de ꝑscr. & in c. sospitē. de cēs. In
no. & Abba. in c. Abbas in c. ex. frequētibus in
j. & ult. col. de īstit. & Abbas in c. in tm̄, de sim.
in ult. no. & ꝑ ipsum, & alios in d.c. pastoralis.
Metropolitanus unde.
34 Postremo, scias ꝙ metropolitanus † dicitur
à mensura ciuitatum: quia debet habere duode
35 cim episcopos sub se † c. scitote 6. q. 3. tamen
hoc non est necessarium: quia quandoq; pau-
ciores, quandoq; habet plures. uide doc. ibidē.
De Episcoporū auctoritate nihil est, ut spe
cialiter dicamus: qm̄ una cum potestate lega
ti promiscue, & de episcopi potestate agetur:
Episcopus † dioces. pont. & summus sacerdos.
36 † nam episcopi in dioec. sua appellantur pon-
37 tifices, † & summi sacerdotes. c. molita c. de
38 persona 11. quæst. 1. † Itē summi pontifices
c. qui ecclesiasticis. c. si officia 59. distint. c. si
Persona egregia.
Episcopus 18. distinct. quāuis hodie hoc non
cōueniat nisi Roman. Pontifi. glos. in c. 1. de
constitu. Et dicuntur etiam personæ egregiæ,
ita

ita ut ad eos domi mittatur pro iuraméto ac-
cipiendo, ſi quandoque in teſtem uocantur uo
lentes, gl. in l. ad egregias. ff. de iur. iur. Bal. in
39 aut. ſed iudex. C. de epiſcopis & cle. Item dr̃ † il
luſtris ſecũdũ Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſ.
& iu. quanuis Bal. in l. ad ſimilitudinem. C. de
epĩs. & cler. dicat potius epm̃ eẽ ſimilẽ illuſtri,
40 Cum Cardinalis tm̃ dicatur illuſtris † idẽ Bal.
in l. 1. ff. de off. pręfect. immo dicitur ſuperil-
luſtris Cardinalis. Spec. de iuriſdi. om. iudi.
41 §. 1 uerſ. maximè. Et ideo epiſcopatus † potius
dicitur dignitatum culmen, quàm dignitas c.
uenerabilis. de præb. Quare glo. in prohem. 6.
in uer. epiſcopus. dixit epiſcopatũ eſſe dignio-
42 rẽ † omnibus alijs ordinibus † quia Chriſtus
43 fuit epiſcopus, iuxta illud pau. Chriſtus aſſi-
44 ſtens Pontifex futurorum bonorum: † ideo Pa
pa non erubeſcit ſe ipſum epiſcopum uocare
45 † quòd hoc non eſt maior titulus in eccleſia,
in prohœm. vj. & decretalium. ad hoc c. loqui-
tur dominus 24. q. 1. clem. ſi quis ſuadente. in
uer. epiſcopi dicuntur ſanctiſsimi Chriſti lega
ti. de pen. & c. accuſatio. 2. q. 7. Non immerito
igitur epiſcopis ob reuerentiam ſacri officij,
quod exercent, plurimum deferri conuenit, &
46 eos præ alijs honorari † c. quia pontificali. de
47 offi. deleg. in vj. † & iuriſdictionem conſecuti
ſunt epiſcopi à iure diuino: quoniam legitur,
apud Math. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis
ſuper ſedes, iudicantes 12. tribus Iſrael & in
hymno Apoſt. Vos ſecuti iuſti iudices. Vnde
Act. xv. Paulus perambulãs Syriam & Ciliciã
tradebat eis cuſtodire dogmata præcepta, &
decreta apoſtolorum. Item act. 20. Attendite
uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus
48 ſanctus poſuit epiſcopos &c. † Quocirca fra-
tres à Rom. Pont. nuncupantur. Abbas in pro-
hœm. decretalium, & ſi de dignitate epiſcopi
plura intelligere cupis, uide And. Sic. in tract.
de præſtan. Cardin. in primis allegationibus
illud unum ſcire potes, uniuerſum ius canoni
cum eſſe refertum miniſterijs & officijs epiſco
porum, qui in diœceſi. ſuis partem ſollicitudi
nis gerunt, in cura fidelium cum Roma. Pont.
c. ad honorem. de auct. & uſu pall.
49 Ideo ſcire debes † quòd quanuis Archiepi-
ſcopi, primates, & huiuſmodi, honorentur præ
ceteris epiſcopis, tamen quilibet epiſcopus, ha
bet ſuã diœceſim, & ſuas parochias, in quibus
nihil ſibi uſurpare debent. c. archiepiſcopus.
c. ſi autem, cum ſequen. 9. q. 3. Et dixi ſuperius.
& ſi uis ſcire multa elegantia in hac materia
circa originem & poteſtatẽ epiſcoporum, Ar-
chiepiſcoporum, & ſimilium, ui. Petrum Pap.
in quodam conſilio, quod eſt inter tractatus
Guido Papa. fo. 31. Illud tamẽ unũ te nõ prę
50 tereat, qui epiſcopatum optas † epiſcopum de
bere eſſe ſpeculum aliorum in moribus. c. cum
in cunctis, de elec. & c. cũ paſtoris 2. q. 7. Vita
paſtoris debet eſſe exẽplar ſubditis, quinimo,
nedum epiſcopi, ſed eccleſiaſtici omnes, effi-
cere debent, ut totum populum, ſermone, con
uerſatione, & operibus præcedant, cum id ec-
cleſia Dei maxime turbet, ſi meliores reperian
tur eſſe laici quàm clerici. c. qualis 8. q. 1. Vitia
namque prælatorum facile tranſeũt in exem-
plum ſubditorum, & ſcandalum generat in mẽ
tibus laycorum dicentium, ubi eſt Deus cleri-
corum. c. magne. de uoto. quod hodie facile ex
perimur: nam, dum laxatis beneuiuendi habe
nis, clericorum multitudo uniuerſum orbem
ſcãdalizauit, ſurrexerũt Huſſitani, Lutherani,
& id genus, & ideo dicit tex. in c. præcipuè. 11.
q. 3. Scire prælati debent, quòd ſi peruerſa un-
quam perpetrantur, tot mortibus digni ſunt,
quot ad ſubditos ſuos perditionis exẽpla tranſ
mittunt, ut. tex. in c. 5. & recenter. 40. diſ.
51 Adde prędictis, in quantum dixi † Chriſtũ
fuiſſe epiſcopum, quòd etiam fuit ſacerdos in
lege hebręorum oblatus templo a beata uir-
gine, & ſcriptus inter ſacerdotes ſub hoc titu-
lo: Ieſus Chriſtus filius Dei uiui, & Mariæ ma
tris eius uirginis: Erat enim hebręorum mos
in defuncti ſacerdotis locum, alium qui po-
pulo bonus uideretur, ſubrogare, eiuſque no-
men ſpeciali libro annotare cum nomine pa-
tris & matris: ex quo manifeſtè cõſtat, Iudæos
52 cognouiſſe Chriſtum Dei filium † Et refert
philelphus, iudæos librum illum ad multa tem
pora occultaſſe. Vide Io. Berth. In tract. de epi-
ſcopo li. 4. in prin.
Habent quoque Abbates ſuas iuriſdictio-
53 nes † de quibus per Spec. in tit. de diſpen. alb.
uerſ. Abbas quoque, quæ accedunt ad auctori
tatem legati de latere.
54 Habent † & Archidiaconi, Archipresbyte-
ri, plebani, & alij inferiores prælati priuile-
55 gijs, ſtatuto, uel conſuetudine † Cum quibus
omnibus concurrit legatus de latere, ut poſſis
uno uerbo concludere in legato de latere reſi-
dere quicquid auctoritatis eſt in prouincia ſi-
56 bi decreta per præmiſſa. Quia etiam † inferio-
res prælati dicuntur ordinarij. gl. & ibi phil. in
c. ordinari. de off. ordin.
Nunc oritur dubitatio. Pone: Reuerendiſſi
mus. D. N. Qui eſt legatus Aetruriæ, & Archie
piſcopus Florentiæ, conſtituit aliquem officia
lem ſuum generaliter ad audiendum omnes
cauſas Florentinas: uel facit quippiam aliud, ꝙ
poterat facere ut legatus, & ut Archiepiſco-
57 pus: quæro, an cẽſeatur feciſſe † ut legatus, uel
ut Archiepiſcopus.
Et uidetur primo, cenſeri factum ut a lega-
to, non ut ab archiepiſcopo, quoniam in con-

Illuſtris

Epiſcopatus dignitatum culmẽ.

Dignior alijs ordinibus.

Papa epiſcopus.

Chriſtum epiſcopum et ſacerdotem in lege hebræorum.

Iudei cognouerunt Chriſtum Dei filium.

Abbatis iuriſditiones.

58 curſu duarum poteſtatum, minor † cedit maiori c.uolentes,hoc tit. Item quia actus deno
59 minandus eſt a digniori † c.quod in dubiis.de conſecra.eccle.uel alta.ca.quanto,de iud. Item facit tex.in l.ij.ff.quod cuiuſque uniuer. nom. ubi municipes conſtituentes procuratorem unum,uidentur cõſtituere pro rebus uniuerſitatis, nõ pro rebus proprijs,ad hoc.13.q.2.c. non extimemus. quæ religioſis ff. de relig. & ſump. fun.l. cum qui edes ff.de uſuc.

Item pro hac parte facit l.tutorem ff. de his quib.ut indig.l. cum quædã C. de admini.tut. Nam tutor legatarius habebat duas qualitates circa teſtamentum patris pupilli:quia ut tutor & ut legatarius,ſi impugnat teſtamentum, cẽſetur feciſſe ut tutor,non ut legatarius, & ſic ex qualitate extrinſeca, magisquàm intrinſe-
60 ca † ita & legatus cenſebitur potius feciſſe ut legatus,quàm ut ordinarius. facit ad præmiſſa
61 † ꝙ qñ ex una diſpoſitione reſultante duo contractus,quorũ quilibet per ſe hẽt diuerſam naturã,contractus magis plenus trahit ad ſe contractum minus plenum.l.non ſolum.§.fi.ff.de uſucap.ubi licet uerba posſint adaptari ad locationem,& præcarium,tamen in dubio præſumitur locatio, & uerba præcaria trahuntur ad nẽcesſitatem locationis. quem tex. ad hoc not. Roma.conſi.504. Circa propoſitã.in uer. Tertio probatur.

In contrarium uidetur, ꝙ immo uideatur
62 feciſſe ut ordinarius† quoniam mandatum factũ ordinario ſuper his,quæ ordinaria auctoritate expedire poteſt, dicitur potius excitatio, quàm noua conceſsio auctoritatis, c. licet. de off.ordina.
63 Item quia†indefinita, & generalis diſpoſitio ſemper reſtringitur ad minus l.nummis ff. de lega.iij.l.ſemper ff.de reg.iu.& ad hoc c.ſta
64 tutũ.de elect.†in vi.Ita dicemus ꝙ in dubio actus geſtus à legato intelligatur geſtus ſecundum minorem poteſtatem.

Petrus de Anch.in c.uolẽtes,hoc titu. tenet
65 †ꝙ ea,quæ poſſunt ualere iure ordinario ualebunt,aliàs ualebunt iure legationis, & ratio, quia
66 Maior dignitas†ſuperueniens uenit cumulatiue,non autem priuatiue ad primam,quando ſunt compatibiles c.cũ ex officij.ubi Innocen.& alij,præcipue Fely. qui materiam latiſſ. attingit.de præſcr.ergo ex utraque poteſt agere.Et ideo dicimus ꝙ aliqs Rex poterit repreſentare perſonam Ducis,Comitis,& Marchio
67 nis,in aliquo loco.†hoc etiam tenet Bal. in l. ad fi.C.de fur.tu tamen pro ſolutione quæſiti,complectendo totam materiã quatuor uerbis,diſtingue plures caſus.
68 Primus caſus,†quando in uno concurrunt duæ iuriſdictiones,& expreſſe apparet, ꝙ uult agere,uel committere, ſecundum unam ex illis,tunc totus actus pẽdebit ab illa, & eſt perinde,ac ſi aliam non habuiſſet. c. ſignificantibus de offic. delegat. Innocent. & Hoſtien. in dicto c.cum ex officij.l.illc.§. cum in uer-
69 bis.ff.de leg.3.†Et iſta uoluntas poterit conſtare ex tenore proceſſus, uel facultatis conceſſæ,ut quando uocauerit ſe Archiepiſcopũ, & dixerit ſe facere iure archiepiſcopali, uel legationis.Gloſſ.in l.j.ff.de iud.Gloſſ.in l ſi prætor.§.Marcellus.ff.eo. facit tex. in l. ſed etſi ex utriuſque.ff.de euic.

Ex quo infero,quòd ſi Reuerendiſsimus legatus ſecundum auctoritatem legationis ſuæ poſſet unum, quod non poſſet auctoritate Archiepiſcopalis iuriſdictionis, ſi facit actum ex auctoritate Archiepiſcopali, non ſuſtinebitur
70 actus,† quia ad hoc ut ualeat geſtum ab uno, requiruntur duo, uoluntas, & auctoritas. In caſu noſtro deficiebat poteſtas & uoluntas: nam uoluit facere quod non potuit; & ſic deficit poteſtas, noluit facere quod potuit,& ſic deficit uoluntas.c.cum ſuper abbatia.de offic. deleg.ad hoc tex.in c.ex parte aſtenſis,cum ibi not.de conceſ.præbend.l.multum intereſt C. ſi quis ſibi uel alteri.l. qui alienam l. ſi is ad quem ff.de acquir.hæred.ergo nullo modo ualuit. de hoc late per Fely. in d.c. cum ex officij col.10 & 11.ubi conatur aſtruere quaſdã limitationes,quæ ex dictis ſuis redarguuntur.

Secundus caſus,quando dicit ſe uelle agere
71 ex utraq;† uel omni meliori mõ etc.quia tunc ſubſtinebitur actus,etiam ſi in proceſſu appareret ipſum egiſſe ex inutili.Innocen. & Car-
72 dina.in c.ex literis,de offic.del.†De iſta clauſula omni meliori modo,uide per Fely. in d.c. cum ſuper,ubi late.

Tertius caſus, quando ſumus in dubio,
73 †tunc cenſetur geſiſſe actum ſecundum illã facultatem,qua actus magis ſubſtineatur c.1. ubi de hoc,de ſponſa.impub.in vj. immo tunc utraque poteſtate uti uoluiſſe uidetur. caſus eſt in d.c.cum ex officii, iuncta Theorica Innocen.& aliorum ſequacium, & Rot. in deci. Aegid. Dec. 60. proceſſus factus,& deciſ.71. Archiepiſcopus Cantuarien. De quo tamen, quando eueniet caſus, uide per Andr. Sic.In d.c. uolentes. in princi.& per Fely. & Abba. in d.c.cum ex officij. De hac materia, ut dixi, ui. per eundem Andr. in c.uolentes, hoc titu. & Roman.in conſi.343. & Felin.in Rub. de offic.delega.ubi dicit quòd in dubio cenſetur quis feciſſe actum ſecundum poteſtatem,quæ
74 eſt generalior, & ualidior: propterea. † Ordinarius cõpromiſſarius,in dubio uidetur proceſsiſſe,ut ordinarius ſecundum eum.

Quis

Quis uero effectus ſit, an quis faciat ut dele
gatus uel ut ordinarius, uide plene per. Iaſ. in.
l.ius ciuil c.ff.de legibus.

Quando legatus in uiſitando concurrit cum alio.

Quæro nunc. cum dictum ſit quòd legatus
& Archiepiſcopus poſsint uiſitare prouinciā,
75 quid ſi in uiſitando † concurrant inter ſe uel
cum epiſcopo, ver. gra. legatus hodie uiſitat
vnam eccleſiam, quam etiam uiſitare vult Ar-
chiepiſcopus, & eccleſia non eſt ſufficiens ad
procurandum utrumque, quis præferatur? ſol.
76 † ſi apparet quis prior uenit, ille præfertur. l.
qui prior. ff. de iud. c. 1. de maior. & obed. c. 1.
de for. comp. ſi uero concurrant in tempore,
dic legatum præferendum ob maiorem prærogatiuam, arg. c. quæ contra. 8. diſtinct. & c. qui
reſiſtit cū. c. ſequen. xj. q. iij. Innoc. & Hoſtien.
& Io. Andr. in c. Roman. de cenſ. li. vj. & Frāc.
Paui. in Tract. de uiſit. in prima parte. q. 2. qui
loquuntur de Archiepiſcopo, & epiſcopo.
77 Et ita not. † quòd legatus uiſitando prouinciam, poteſt petere procurationem: quia
78 † procuratio eſt acceſſoria uiſitationi, ut in-
79 quit Abb. in d. c. cum ex officij. † & eſt magis
debita legatis iſta procuratio quàm epiſcopis,
aut Archiepiſcopis, etiam extra caſum uiſitationis, c. cum inſtantia, de cenſ. per quem text.
forſitan dici poſſet, quòd in quæſtione præ-
80 cedenti † legatus excluderet ordinarium, tan-
81 quā magis dignus, & magis priuilegiatus: † &
hoc non ſolum in legatis de latere, ſed in quibuſcunque nuncijs apoſtolicis, per illum tex.
82 & † procedit ut non ſolum poſsit exigere pro
curationem ab incolis locorum, ad quæ mittū
83 tur † ſed etiam quando ſunt in tranſitu a quo
cunque ſecundum Abb. in d. c. cum inſtantia

Legati in tranſitu à quocunque exigūt procurationem.

84 & † in hoc differunt legati ſedis apoſtolicæ à
legatis Imperatoris, qui expenſis Imperatoris,
mittentis aluntur, ut tenet gloſ. in c. inter
cætera, de offic. ordina. per tex. in authen. ut
nul. Iud. coll. 9. & in auct. de manda. prin.
85 §. illud tamen, collatio. 3. † Et in hoc ciuilis
lex magis diligit ſubditos quàm canonica:
Sed conſidera, quòd tex. in auct. de mād. prin.
loquitur, quando legati ab Imperatore de com
petenti ſtipendio ſunt prouiſi: unde forſan
erit tūc idem in legatis Papæ: quod honeſtius
eſt, per text. in c. Cauēdum. x. q. iij. quem text.
ante oculos habere deberent epiſcopi & legati: qui uiſitatos in expenſis grauant.

Quomodo procurari debeant legati.

86 At quæro † quomodo debeant procurari legati de latere. Reſpōd. ꝙ debēt acquieſcere illis cibis, qui dantur: & eos cauſa gratiarum actione ſuſcipere, c. 1. de cenſ. in vj. Decet enim
eos eſſe parcos, & imitari apoſtolos, quorum
ſe ſucceſſores faciunt c. cum apoſtolus. de cenſ. aliàs quomodo poſſent uiſitando inſtruere
plebem ad ieiunia & bona opera, ſi rubentibus buccis & uentre delicatis æpulis pleno
euangelium Dei prædicarent. c. eccleſiæ prin-
87 cipes 35. diſtin. c. denique. 4. diſtin. † Debent
legati ſeruare parſimoniam. c. parſimoniam.
88 xlj. diſtin. † ſunt. n. crucis inimici quorū deus
89 uenter eſt, ad phil. 3. † Presbyteri qui in delitijs uiuunt, in ſemetipſis mortui ſunt, ut dicitur ad Thimot. 5. Vnde dicit glo. in c. cum in-
90 ſtantia † quòd legatis dabitur lac ad bibēdum
ſecundum Io. qui locutus eſt ex more patriæ,
erat enim Theutonicus, aliàs lac debetur ei,
91 qui gregem paſcit. c. 1. 13. q. 1. † Item nec bibent legati ultra trinam uicem, ſed de magni-
92 tudine poculi nihil dicitur. † Item tenentur
comedere carnes cum aceto uel lardum. C. de
erogat. mil. anno. l. j. lib. 12. ad hoc 44. diſt. per
totum. in libris ſuis tit. de procur. uer. quæ aūt
93 ſunt † quod iſta per conſuetudinem ſunt abrogata. Meminiſſe tamen debent qui Reueren
94 diſsimos procurant, † alia cibaria eſſe danda
ruſticis, alia nobilibus: Nam ruſtici cœpis, &
fabis ac caſeo utuntur: & ſiquis eos aliter procuraret, peccaret, §. criminis 25. diſtin. c. non
cogantur. 41. diſtin. gloſ. in l. ſeruis urbanis, in
uerſ. cibariis. ff. de leg. iij. Nobiles ergo, qua-
95 les ſunt † Reuerendiſsimi Cardinales, qui sūt
ſuper illuſtres, & nobiliſsimi. c. nobiliſsimus
91. diſtin. ſunt bonis & conſuetis cibis procurandi d. c. non cogantur.

Lac datur ad bibēdum legatis. Non bibet legatus niſi ter. Comedit lardum cum aceto. Cibaria eadem non omnibus æqualiter.

96 Attendant tamen † ſemper, ne eccleſia procurans, ultra facultates ſuas nimis grauetur. c.
inter cętera 10. q. 3. c. cum apoſtolus c. cum nu
per c. ſopite decens, gloſſ. in d. cap. cum inſtantia.

Et hoc grauamen potius erit in numero
equorum & famulorum, qui numerus eſt taxatus in d. c. cū Apoſtolus, de cenſ. habita ſem
per cōſideratione ad facultates eccleſiæ, iuxta
97 c. cum acceſsiſſent. & c. cum. m. de conſti. † Nā
Archiepiſcopus non poteſt excedere num. 40.
aut. 50. euectionum: Epiſcopi uiginti uel tri-
98 ginta: † Cardinales. 25. † Archidiaconi. 5. uel
99 7. & ſi plures ducantur, non tenentur uiſitati
eos admittere: etſi propterea excommunicentur, non ualet excommunicatio, ſecundū Abb.
in d. c. cū apoſtolus. quāuis Gloſ. aliter ſentiat.

Quot equites ducant archiepiſcopi legati.

Et ſic nota unum mirabile, quòd Cardina.
100 debet ducere pauciores equos † q̃ Archiepiſcopus, uel etiā Epiſcopus: quod neſcio an
101 hodie admitteretur. † hoc fuit quando Epiſcopi dedignabantur Cardinal. ut per Ioann.
And. in c. cum aliquibus, de reſcrip. in vj. dicētem, quòd uſque ad tempora Bonifacij, non
ſunt reperti Epiſcopi qui uellent eſſe Cardinales: quod ēt fatetur Franc. Paui. in tract. uiſita.
fol. 5. attribuens hoc temporibus Ioan. And.
& Clem. v. ui. tamen q̃ dicā infr. lib. 5. in materia legiti. fol. 7. nō deſunt tñ qui dicunt text.
in c. cum Apoſtolus, non loqui de Cardinali-

Cardinales extra urbē minus honorabiles.

bus Roma. Ecclesię, sed de inferioribus digni
tatibus aliarum ecclesiarum, ut sunt decani.
etc. quod nō displicet, sed ꝓ primo facit: quia
licet Cardinales Ro. eccle. in urbe Romæ sint
adeo honorabiles, tamen extra urbē sunt mi
102 nus† honorabiles secūdū Bal. in Rubr. ff. de
off. procon. facit tex. in l. ij. de excu. tut.

Procuratio potest taxari de pecunia.

103 Et nota, quòd ista procuratio potest† ta-
xari; in pecunia secundum consuetudinem &
cōsensum uisitatorum, uel aliorum, quos adit
legatus, uel nuntius Apostolicus, ut per Cald.
cons. vj. hoc titu. Vnde oritur dubitatio.

Quando legatus reuocatur, an restituat procurationem acceptam.

Pone, quòd legatus, qui nunc accessit ad lo
cum, accepit procurationem pro toto anno, &
statim reuocatur, an teneatur restituere procu
104 rationem † acceptam, Feder. de Senis, consi.
111. incip. Quæstio talis ponit istam quæstio-
nem, & decidit quòd si legatus non fuit amo-
tus ex culpa sua, non tenetur restituere procu-
105 rationes impēsas † quia legato ultra uictum
debentur multa alia, propter q̃ dicēdum est
c. procurationes, de cēns. non habere locum in
legato, sed in episcopo. in fin. tamen concludi-
tur inspiciendum esse tenorem priuilegiorum
c. porrò, de priui. Tu uero pro examine huius
& similiū quæstionum, uide ea, q̃ latissimè tra
dūt moderni in l. dum functo. ff. de asses. & Al

An legatus reuertēs ante tertiā horā, habeat salarium.

106 ber. in l. si ante. ff. sol. mat. ubi ponitur. q. † de
legato reuertente ante tertiam horam, an de-
beat habere salarium totius diei, & Bar. in l. 1.
§. Diuus. ff. de uar. & extraordi. cog. ubi uolūt
107 † heredes legati decedentis in itinere, non
cogi restituere pecunias pro legatione accē-
ptas.

An exempti procurēt legatos.

108 † Quæritur, an ecclesiæ exemptæ tenēatur
procurare legatos. dicit quòd tenentur: quia
Papa non concedit priuilegium contra se. ca.
cum instantia, de cens. & ibi Abb. mouens. q.
quid de ecclesia, quæ hēt priuilegium ut nō te
neatur procurare legatos, quando legati habēt
etiam priuilegium ut debeant ab omnibus ꝓ
curari, non obstante quocūque priuilegio. Vi-
de illum, & Cy. in l. j. C. quādo Imp. inter pup.
& uid. Kal. consi. 11. de priuilegijs. Feder. con.
47. & consil. 231. inquit, sibi contrariatur: &
quia ista quæst. dependet ab illa materia quan
do clau. non obstantiarum, tollat priuilegia, ui
de quę dicam in materia potestatis legati in sta
tuendo. li. 8.

Et quid si legatus & ordinarius concurre-
ret in uisitādo, uide Henr. in c. cum ex officijs,
in 3. distin. eo. ti. & diximus supra.

An legatus concurrat cum ordinario in ijs, quæ competunt de iure speciali.

109 † Dubitatum fuit in eo, quòd dixi legatum
concurrere cum quolibet ordinario, an cōcur
rat in ijs, quæ competunt ordinario ex ui spe-
cialis facultatis, ut si Papa concessisset ordi-
nario indultum conferendi reseruat. in sua
diœcesi. Conclusum fuit non cōcurrere in ijs
ex solo titulo legationis: quia episcopus tunc
non facit, ut ordinarius, sed ut commissarius
apostolicus: quo casu est maior legato, ut dicā
in materia iudiciorum: quod tamen fallit in
ijs, quæ committuntur ordinario ex dispositio
ne iuris communis, ut in cle. quia contingit. &
similibus, quia cum lex concedat ista ordina-
rio, ut ordinario. non ut Io. uel Peno. cum lega
tus sit ordinarius. c. legatos, hoc titulo. cense-
buntur cōcessa & illi, maximè quia eadem rō,
immo maior: quia ipse est exemptorum domi
nus, ut dicetur loco suo.

Papa libenter approbat gesta legatorum.

110 Secunda† regula. Papa libenter approbat ge
sta per legatos suos Cardinales. c. gratum in fi.
de postul. pręlat. c. bone. de elect. c. coram dile-
cto. de offic. delega. c. exposita, de arbitr. c. in
præsentia, de prob. ca. cum dilectus. de iure pa-
tro. & isto titu. c. quod dilectio. de consan. & af
fini. c. & si quæstiones. de simon. ubi multum
præsumitur pro facto legati c. proposuit, de
cler. excom. ministr. c. cum dilectus. c. ad peti-
tionem. c. auctoritate, de priuil. in vj. c. si Abba
tem. de elect. eo. li. Et ratio, quia credit Roma.
Pont. eos, qui ob singularem industriam (ex-
plorata eorum fide & grauitate) ad huius offi-
cii magnitudinem adhibentur, non aliter iudi-
caturos esse pro sapiētia ac luce dignitatis suæ
quàm ipse foret iudicaturus l. 1. §. his cunabu-
lis ff. de offic. ꝑfec. præt. c. quæ de causa 2. q. 4.
c. Valde. 94. distin. ibi, nec enim de eius acti-
bus dubitare possumus, cui Deo auxiliante
totum nostræ ecclesiæ patrimoniū noscimur
111 commisisse. † Et ideo legato asserenti per-
mutationem, creditur in casu, de quo per Ae-
gid. dec. 183.

Papa tolerat & corrigit errorē legati.

Quare si quando errat legatus, Papa tolle-
112 rat, † & paterne admonet ut errorem suum
corrigat, nec uehementer redarguit, dummo-
do error palliari possit sine opprobrio sedis a-
postolicæ c. nisi. c. quod translationem, hoc tit.
c. nisi, de auct. & usu pall. Ibi tamen dicit Papa
quòd eliget potius ut legatus confundatur, q̃
ipse: quia prima charitas etc. l. præses. C. de ser
uit. & aqua.

Sunt igitur isti legati Cardinales qui specia
113 li † honoris ꝓrogatiuā gaudēt, c. 1. hoc titu.
114 in vj. † qui proprię dicunt fratres & sacerdo
tes leuitici generis, qui iudicare debent inter
lepram & lepram, c. per uenerabilem, qui fil.
sint legit. c. fundamēta §. decet nāque, de elec.
115 in vj. † Ex quibus constat auctoritatem lega
torum de latere esse fauorabilem, non odiosam
in prouincia, cum sit pars apostolicæ aucto-
ritatis.

Regula. 3. Legatus cōformat se stylo mittētis.

116 Tertia regula. legatus † in concessionibus
suis debet se confirmare stylo sedis apostoli-
cæ, cum illius rescripta subiaceant subreptio-
nibus & obreptionibus sicut rescripta Papæ,
Clem.

Clem.ij.de offi.ordin.c.super literis, in fin. de rescr.Domini.in c.præsenti.§.cæterum,in ult. col.hoc tit.in 6.& intelligo stylo, quem seruat Papa,non illi quem seruat cancellaria in expe
117 diendo† quia legatus non subiicitur regulis cancellariæ,quæ concernunt modum expediē di sicut non subiiciuntur expeditiones,quæ fiunt per uiam cameræ.

An abbreuiatores Papæ exerceāt officiū in legationibus.

118 Vidi in hoc dubitari,an officiales† Papæ,ut abbreuiatores, scriptores, & hmōdi possint exercere officia eorū in legationibus? Respōdi ꝙ si legatus deputaret eos,possint non ut offi
119 ciales Ro.Curiæ† sed ut officiales legati:quoniam eorū officia sunt extra expeditiones,quæ fiunt in Rom.Curia, & per Rom.Pont. Unde licet bonum sit,legatum ducere secum abbreuiatores & scriptores propter conseruandum stylum Rom. Curiæ, tamen quæ fiebant per eos,non iudicabantur ut facta officialium curiæ,aliàs necesse fuisset communicare taxas aliis & multa facere,quæ cessissent in damnum legati:& ita de facto seruatur.Fuit etiam dubi-
120 tatū iure, †an Annata esset soluenda de expeditionibus,quæ fiebant coram legatis,nō uidi priuilegia exactionis Annatarum.de facto seruatur quòd non soluuntur Annatæ.

Lega.potest omnia, quæ non sunt reseruatā Papæ.

Quarta regula.legatus de latere pōt oīa illa, quæ non sunt reseruata Papæ in signū specialis priuilegij, glo. in c. quod translationē,hoc titu.in c.quę de causa.2.q.4.c. In galliarū.25. q.1.c.frater noster.16.q.1.In quantum requirit ꝙ specialiter concedantur ea,quæ reseruata sunt,etiam si requiratur in aliqua re specialis licentia sedis Apostolicę glo.in c.auctoritate,& ibi Phil.de priuile.in vi. Ioan. de Ana. in cons.94.melior tex.in c.fi.de transac.

Ex quo infero, ꝙ quāuis aliquid sit reseruatum sedi Apostolicę,tamen si materia non est de se grauis,hoc permittitur legato,glo.in d.c. auctoritate.quia talis reseruatio non est semper in signum specialis priuilegij.

Solita concedi leg. transeunt cum generali legatione.

Fallit primo in his, quæ competunt Papæ ex speciali reseruatione,tamen solita sunt con-
121 cedi † legatis: Quoniam talia concedi solita transeunt cum generali mādato legationis, ca
122 sus est in c.quod translationem † quando dicit, ꝙ ex quo ex speciali indulto concessum est legatis sæpius, ut absoluant eos, qui inijciunt
123 manus uiolentas in excommunicatos† iam ex ipso legationis officio licere uidetur , & ita ibi not. Anto. in princ. ratio,quia ex diuturna concessione princeps uidetur uoluisse communicare illa inferioribus l.fi.C. de fideius.quando dicit ꝙ illa quæ inter contrahentes exprimi cōsueuerunt,habentur pro expressis, facit l.quod si nolit.§.quia assidua.ff. de ædil. edict.not.per Bart.in l.nemo est, qui nesciat. ff.de duo.re.ad quod faciunt multa, quæ late tradit Fely.in c.cum m.in 3.col.de consti.uer. not.4.& in c.quæ in ecclesiarū col.13.de consti.post Roma.in cons.59. Ad discutiendum col.2.decidetur per tex. in c.quod trāslationē, ꝙ Papa constituendo simpliciter aliquem uicarium ciuitatis,cēsetur dedisse eam facultatē quam solitus est dare alijs Vicarijs. Et ideo dicimus ꝙ licet ea,quę per Principē concedi solent dispensatiue,impossibilia reputentur: fallit tamen quando sunt solita concedi l.1.§.permittitur ff.de aqua quot.& estiu. Sed Abba.

Quādo Papa facit quē uicariū ciuitatis, quæ censeat dare.

Abbat 9. tex.

124 † In c.quod trāslationem.insurgit contra ra
125 tionē illius tex.dicens † facultatē absoluendi excommunicatos,competere legatis potius ex approbatione ecclesiæ, quàm ꝙ consuetudo concedendi id iubeat:quod ēt dixit placere Innocen.

An liceat contradicere rationi textus.

Et sic not.non esse absurdum contradicere ra-
126 tioni tex.†quod ēt firmant domini de Rot. dec.239.ut eos allegat Domi. in c.deliberatione.§.prohibemus, hoc titu. in vi. sed est inter dec.Bisgneti, in titu.de cōces.præben.decis.5. ubi refert audiuisse a compilatoribus illius decretalis,ꝙ fuerat erratum. And.Sic.in Apostil. ad Abba.in c.contingit,in uer. remedium ,de dol.& cont.asserit idem dicens,Papam errasse in c.eum qui.de eo qui mist.in posses. cau.re. seruan.in vj.quando dixit,talem possessionem non dari in beneficialibus, ne detur uitiosus ingressus:quoniam possessio nō dat titulum. Mouetur Abba. ad impugnandam rationem

Ex his quæ meræ facultatis cōsuetudo non inducitur.

127 tex.Quoniam ex his,quæ sunt meræ † facultatis,& gratuito conceduntur, non inducitur consuetudo. Concedere autem ista, est meræ facultatis, quo ad Roma.Pont.ut constat: igitur etc. Maior probatur:quia Inno. in c.cū ec-
128 clesia sutrina.de cau.posses.& ppri. dicit † ꝙ si milies quis hospitaretur amicū ad se uenien
129 tem,non tamen inducitur consuetudo† ut in futurum nascatur obligatio hospitandi: & no. Cyn.in l.1.& l.2.C.q̄ sit lon.cōsu.Ioā.And. in c. Ioannes,de cler. coniug. ꝙ si quis mille annis uenisset ad Molendinum alicuius, molēdi causa,non inducitur consuetudo, nec obliga
130 tio perseuerandi.†Item dicit Bart. in l.cū de in rem uerso ff. de usu.& ipse Abb. in c.peruenit,de cens.ꝙ rusticus, q̄ multis annis tibi gratuito donauit par capponum,non obligatur ad idem præstandū ex aliqua diutina largitione,
131 †& inquit Archi.in c.seruitiū 18.q.2. non est præsumendum ꝙ ille,qui ex liberalitate inuitat aliquem ad prandium uel ad cœnam,admittat eum tanquam utentem iure suo,nisi ex
132 primat† ad hoc,quæ tradit Dominic.in c.cōsuetudo.4.distin.& Fely. in c.cum.m.4.col. de const.Item adde Abba.in c.quoniam,in 1.col. de uit.& hone. cler. & in c.sua nobis, & in c. Apostolicā,de simō & i c. Abba.2.col.de uer.

signi.& in c.Ioãnes,de cler. coniug. ubi etiam Ioan.And.& Abba in c.cũ sit generale.de for. comp.in vj col.&.c.ex parte, de concess. præbẽ. Rot.in dec.457.in no.quæ dicit usum,seu cõsuetudinem à sola principis uoluntate descen-
133 dentẽ,nullum ius tribuere.† & uide glo.in c. consuetudo,in uersi.institutum.1.distin. quæ dicit,ꝙ licet aliquid sæpius factum sit,nisi eo animo fiat ut in posterum fiat, non inducitur usus. Vide Pau.de Castr. in l. si de eo fundo §. fi.in fi.ff.de acqui.poss.& ꝑ Roccum de Curt. in Repert.c.fi.fol.19.col.1.de cõsu. ubi explicat late quãdo & quõ inducatᷣ cõsuetudo hæc.

Ex quibus omnibus apparet, quòd ex acti-
134 bus gratuitis† non inducitur consuetudo,ni si concurrant ea,de quibus per eundem Abb. in d.c.Abbate.¶ Tu tamẽ nõ recedas a limitatione præmissa,quæ ad literam probatur in c. quod translationem,cõtra quẽ uel in dicto uel ĩ ratione nephas est dicere,ut cõcludit Domi. in d.§.prohibemus,& Lancel.deci.in l.si credi tori.in 3.col.ff.de leg.1.ubi dicit hoc esse peccatũ in Sp. S. & maxime: quia opin.est cõsona rationi,ut dixi:& eam sequitur Rom.cons.59. Ad discutiendum in 2.col.dicens ꝙ quãuis in
135 † Vicarium principis generaliter non transeant ea,quæ sunt meri & mixti imperij l.j.ff. de
136 offi.eius, cui.man.est iuris. † tamen si sunt communiter consueta concedi, princeps uidetur dedisse uicarium cum ea facultate, quæ communiter dari consueuit,cum præsumptio sit,principem uelle concedere ea,quæ consue-
137 uit concedere.† pro quo faciunt multa,quæ egregiè cumulauit Fely.in d.c.cũ.m.in 4.not. de constit.& And.Sic.in d.c. quod translationem,ubi defendit hanc limitationem, quæ uera est. ¶ Quam ut intelligas: adde ꝙ ante c. quod translationem,specialiter concedebatur
138 legato facultas absoluendi excõicatos.† Quare ponam exempli gratia unam facultatem cõcessam per Innoc. III. Cardinali S.Susannæ
139 legato † ut etiam uideamus,quàm parci erãt Rom.Pont.eo tempore in facultatibus concedendis.est autem in regestro Innocentij III. anni octaui,& noni.Facultatis uerba sunt hęc.

Ex actibus gratuitis non inducitur cõsuetudo.

HIS fiducialius,& plenius committimus uices nostras, quorum probitatem, & scientiam iugiter experimur. Cum ergo plenæ legationis officium in Imperio Constantinopolitano, tibi,cuius discretionem in multis experti sumus, duxerimus committendum,ut illud melius & plenius exequaris, Recipiendi cessiones episcoporum, transferendi eos undecunque sint: qui ad sedes alias in eodem Imperio constitutas,fuerint postulati,liberam tibi concedimus,auctoritate præsentium,facultatẽ. Similiter concedentes, ut eos, qui pro uiolentia manuum iniectione in latæ sententiæ canonem inciderunt, secundum ecclesiæ formam absoluas.

Bulla facultatis antiquæ unius legati.

Et paulo inferius. ¶ *Auctoritate tibi prædicta indulgemus,ut si patriarcha ipse à te commonitus procedere forte neglexerit, uel distulerit, iuxta formam indulgentiæ sibi datæ, & in eadem ecclesia,quæ sicut ecclesias alias in Constantinopolitano Imperio constitutas dignitate præcellit,sic debet inter eas personarum non tam numero, quàm merito efflorere. De quacunque natione uiros literatos,& honestos instituas, prout uideris expedire,tam in hoc quàm in alijs supra scriptis sub lato appellationis obstaculo processurus. Nulli ergo,&c. Dat.xiij.Kal.Iunij,Anno octauo.*

Ecce ꝙ eo tpe illa erant consueta specialiter cõcedi: & sic adhuc nõ licebant, sed postea credita sunt licere ꝑꝑ cõsuetudinẽ cõcedendi, ut in c.quod translationẽ.ad rationem Abba. dic quòd nõ concludit:quia ista limitatio est fundata in præsumpta uoluntate principis, & ratio illius concludit de potestate:quia nos non dicimus,ligatas manus principis, uel inductã aliquam obligationem cõtra principem, sicut concludit eius ratio,sed quòd princeps in dubio præsumitur uoluisse concedere consueta: quæ præsumptio etiam militaret in exemplis suis,nam si rusticus consuetus singulo anno donare capones, hoc anno daret par caponũ, præsumeretur etiam dedisse animo donandi ꝑ præmissa,quãuis aliàs donatio nõ præsumatur l.campanus ff.de solut.pro quo faciunt quę dicemus in sequenti quæst.

Ex ista limitatione resultant duo notabiles *Correlaria.*
140 effectus.primus† quòd cum legati Bononiẽses soliti sint habere quasdam facultates communiter solitas uniformiter dari omnibus legatis,cum primum aliquis erit legatus Bononiæ, habebit omnes illas facultates.
141 Secundus effectus:† qm̃ cum ista cõsueta cõcedi legatis,uideantur iam cõpetere ipso iure,ad ualiditatem horum, quæ per huiusmodi legatos gesta sunt, non erit necesse ostendere
142 literas facultatum,licet aliàs† in his,quæ specialiter reseruatã sunt,non credatur.Spec.isto titu.§.superest uide supra in Rubr. Qualiter se gerere debeant cum ciuita.est ingr.uer.prima conclusio.

Pro præmissorum uero intelligentia,dubiũ
143 restat,quando aliqua dicantur solita† concedi.sol.quando probabitur idem esse cõcessum bis legato: quod probatur per tex. in c. quod translationem.quando dicit pro eo, quòd le-
144 gatis sæpe fuere indulta† & uerbum, sępe, intelligitur.i.bis, sicut dictio, sæpius, importat plusquam bis,glo.in clem.ij.in uer. uidetur,in fin.de appella. glos.& Salyc.in l. seruos C.ad leg.Iul.de ui. pub.glo.in authẽ.de testi.§.quia uero:& hoc tenet Andr. Sic.in d.c.quòd translationem.Abba.uero tenet requiri spaciũ tanti tem-

Solita concedi quãdo dicantur.

ti temporis, de cuius initio memoria nõ extet, c. super quibusdam, de uerb. signi. Nam cursus
145 †tanti temporis habet uim priuilegij l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. et æsti. l. 1. §. ultimo ff. de aqua pluui. arcen. Sed ista ratio Abb. cõfunditur: quia hic nõ agitur, an ex priuilegio competat legato ista facultas, sed an mens concedentis sit concedere quæ consueuit: nam mens hominis deprehenditur ex eo,
146 quod consueuit facere † l. seruis legatis. §. seruus. & l. seruis urbanis. ff. de leg. iij. Quare solemus dicere, quòd ea, quæ à principis uolunta-
147 te dependẽt, sunt impossibilia † ut suprà dixi. & facit l. apud Iulianũ §. constat etiã ff. de leg. 1. l continuus §. cum quis sub hac. ff. de uerbo. obliga. melior tex. in l. 4. in princ. ff. de fideic. liber. tamen si sunt consueta concedi, reputan-
148 tur possibilia † d. l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. & æsti. l. intercidit ff. de cond. & demon. & consequenter præsumitur princeps ea uelle dare sub generali manda.

Cursus tãti temporis habet uim priuilegij.

Mens ex consuetudine deprehẽditur.

Quãdo tres legati præcedentes.

149 Ego igitur credo † ꝙ si tres legati immediate præcedentes habuerint certas facultates uniformiter, sine dubio dicatur res consueta concedi sicut quando in contradictorio iu-
150 dicio sunt obtentæ tres: sentẽtię † cõformes: nam quãuis aliqui teneant ꝙ duæ sufficiant, tamen multi uolunt ꝙ tres: de quibus opin. habetur in l. de quibus ff de leg. & in l. 1. & 2. C. quæ sit long. consue. glo. & doct. in §. ex nõ scripto. instit. de iur. nat. gent. & ciui. & recentiores in Rep. c. fi. fol. 19. de consuet. & ideo tres uices faciunt consuetudinem in dubita-
151 tam † argu. c. 1. de arb. in vj.

Quod tamen declaro esse uerum, quando fuerũt diuersi legati. secus si eidem bis uel ter sit concessa uniformis legatio: quia stante eadem persona, est eadem ratio concedendi: ideo non inducitur consuetudo, & reputatur una legatio. Bald. in c. cum causa. de re. iud. dicens non esse bis iudicatum super consuetudine, quando secunda sententia pronuntiatur ea ratione, qua prima. ad hoc l. qui bis ff. de uerb. oblig. & d. c. cum causa. & not. in c. Abbate, de uerb. sig. Et hoc teneo, quanuis de rigore pos-
152 sit dici duas uices sufficere &c. † præmissa aũt intellige dici consueta large loquendo, aliàs in stricta signifi. aliud est solitũ, aliud consuetũ propter ea, quę late tradit Deci. in Rub. de consue. Aduerte tamen ꝙ pręmissis obstat text. in l. mella. §. sed si alimenta. ff. de alim. & cib. leg. unde pater familias dicitur solitus pręstare alimenta certo modo, quando sic semel ultimo pręstitit. Dec. in Rub. de consuet. attingit hunc articulum. & denegat esse uerũ, quòd solitum fieri dicatur quod semel fit: quia dicitur id raro fieri: ergo non solitum. l. nam ad ea ff. de legi. l. fi. vers. sed quia ibi semel & non sæpius. C. de iure delib. & per alia ibidem per ipsum adducta. Rocc. in eadem Rub. exploso decio, dicit esse casum in. l. mella. quòd solitum fieri dicitur quod semel fit, licet aliud sit de consueto. quod tenet Bart. in l. mella, per illum tex. eorum differentia est uerbal. Ideo ad illum text. respon. quòd non probatur ibi quem dici solitum aliquid præstare qui semel tantum præstitit, sed quòd mens testatoris uidetur esse, ꝙ si legauit alicui alimenta, quæ uiuens præstabat, in dubio attendẽda est præstatio, quæ erat solita. & si uariè præstitit, ultima præstatio. propter hoc non dicit ꝙ ita esset solita. neque etiam dixit testator, quę solitus. sed decisio procedit à præsumpta mente. uide Rocc. in loco præallegato, ubi multa aggerit, tamen circa istos actus, quot sint necessarij, non potest dari certa regula, sed relinquitur, arbitrio iudicantis, ut late cõcludit Rocc. in. c. fi. fol. 19. col. j. de consuet. cumulatis auctoribus, qui dicunt hanc esse cõem sententiã.

An aũt requiratur etiam spatium temporis
153 saltem. 40. † annorum: uidetur dicendum
154 requiri † quoniam licet trino actu inducatur consuetudo, tamen requiritur etiam tempus aptum ad præscriptionem, secundũm Aegidium decis. 627. in fi. quod uidetur satis rationabile: quia consuetudo quæ dat ius, debet esse legitime præscripta spatio 40. ann. c. cum ecclesia. de caus. pos. & propr. c. fi. & ibi not. de consue. sed huic rationi aliqualiter repugnant quæ supra dixi.

An requiratur spatium 40. annorũ.

Fallit secundo, quando aliqua utilitas euidens ecclesiæ, uel necessitas subesset: quoniam legatus posset attemptare ea, quæ sunt reseruata Papæ in signum specialis priuilegij.
155 And. Sic. in c. nisi. ult. col. hoc tit. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs, in 4. col. de. iud. Et nos dicemus loco suo, ubi tractabitur materia dispensationis.

156 Item, † quod dixi, legatũ posse omnia, quæ non sunt specialiter reseruata, fallit quando materia esset ex se grauis & deducta in consequentiam ab his, quæ sunt prohibita. Spec. in d. §. nunc ostendendum. pen. col.

157 † Qui autem sint casus, quos sibi Papa reseruat in signum specialis priuilegij, Doct. uarij sunt, alij plures, alij pauciores enumerant, glo. in c. quod translationem & in c. 1. de trãsl. episcopi & in c. sicut unire. de excess. prælat. enumerant tantum undecim casus, quos quatuor hisce uersiculis includunt,

Casus speciale reseruati Papæ.

Vers. glos.

Restituit Papa solus, deponit & ipse,
Articulos soluit, sinodum facit generalem,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipso,
Diuidit, ac unit, eximit, atque probat.

Quos etiam uersiculos sequitur Goffr. in sua summa, hoc tit. Sed hi uersus, nec numeris, nec

nec ſillabis conſtant, & credo ipſos corrupte traditos, & mutilatos: quia poſt tres exametros eſt pentameter: debebant.n. eſſe duo alij pentametri intermedij. quod etiam oſtenditur: q̃a iſti uerſiculi non comprehendunt omnes illos caſus, quos glo. pręnumerat. Rayn. in ſua ſumma enumerauit. 24. caſus. Hoſtien. uero in hoc tit. enumerauit Sexaginta, quos his uerſibus complexus eſt: quos etiam in parte emendaui.

Verſus Hoſtien. emendati.

SI ſit Catholicus, Papam non iudicat ullus,
Erigit, & ſubijcit Cathedras, & diuidit, unit,
Mutat uota Crucis, reſtaurat, & eximit ad ſe,
Maiores cauſæ referuntur, legitimatque.
Promouet, appellare uetat, prohibet profiteri,
Deponit, transfert, ſupplet, renuntiat illi
Præſul, & exemptus, Simon, Iurans, anathema,
Vel proprium, uel legati, uel lex, utriuſque
Nequàm participans, & ſi quem ſponte ſalutat,
Quemq; canon damnat, ſibi ſoli quando reſeruat,
Soluitur à Papa, nec non quem regula damnat,
Addas ſuſpẽſum, & cũ cauſa refertur ad ipſum,
Reſcripti ac fidei dubium, confert bona plura,
Irritat infectum, legem condit generalem,
Approbat Imperium, firmat, deponit, & ungit,
Concilium generale facit, ſancit quoque Sanctos.
Ens non eſſe facit, non ens fore, pallia ſemper
Portat, concedit, legi nec ſubditur ulli,
Appellatur ad hunc medio ſine, iudiciumque
Eſt pro lege ſuum, monachum reuocat renuentẽ,
Maius adulterio ſoluit, generaliter arctat,
Et laxat quicquid ſponſis nocet, ordinat extra
Tempora, dando Sacrum, promotũ promouet idẽ,
Ordinat, atque die, qua conſecratur, & ipſe,
Viuentiſque locum concedit, iureque priuat,
Inſignit, layco ſacra donat, & Criſma miniſtro.
Summa ſede ſedet, plenuſque uicarius extat.

Hęc quidem Hoſti. Spec. uero, iſto tit. §. nũc oſtendendũ, enumerauit 89. caſus, includendo declarationem Hoſt. ſuper præmiſſis carminibus ad literam. Ego nunc ſuccinctè pro introductione materiæ, enumerabo iſtos caſus, ut in hoc noſtro tractatulo nihil deſideretur, quod ſciri expediat. Et quia multi enumerantur, qui uel non ſunt ueri, uel ſi ſunt ueri, non procedunt in legatis de latere, reſeruabo diſcuſſionẽ eorum in locis & materijs opportunis.

Nemini ſubiici.

Primus caſus eſt, nemini ſubijci, & à nemi-
158 ne iudicari: † quia hoc eſt ita ſolius Papæ, ut nemini alteri concedatur, c. aliorum. 9. q. 4. c. ſi Papa 40. diſtinct.

Cauſæ epiſcoporum. Epiſcopatuum.

159 Secundus caſus in cauſis epiſcoporum † & epiſcopatuum: quæ quia maiores ſunt, per ſolum Papam tractantur, ſiue agatur de transferendo epiſcopo, c. quod translationem: ſiue agatur de deponendo epiſcopo: ſiue de uniendo epiſcopatus, uel de diuidendo, aut aliàs alterando, c. niſi c. quod translationem, ubi not. & in d. c. 1. de transl. epiſcopis. ſiue etiam de cre-
160 ctione alicuius eccleſiæ in cathedralem † c. felix c. præcipimus. 16. q. 1. Spec. & Hoſti. ubi ſupra. Quod temen dicitur de deponendo epiſcopo. Vide quæ diximus de Patriarcha. Et credo quòd hodie lagatus poſſet deponere Epiſco-
161 pum in partibus ultramarinis † ubi habitabãt illi quatuor patriarchæ, qui talia priuilegia habebant, ſicut dicimus quòd tunc poſſunt portare ornamẽta pontificia, ut per Hoſti. & alios in c. antiqua, de priuil. Tamen uidetur contra tex. in c. inter corporalia, de transl. pręl. ideo cogita. Quod dicitur de erectione, uide quæ dicemus poteſtate leg. in erigendis eccleſijs, lib. 6. Et illud ſemper not. quòd licet legatus non poſſit Epiſcopum deponere, poteſt tamen de-

Legatus pronuntiat Epiſcopum deponendũ.

162 ponendum † pronuntiare, ut dicunt doct. in d. c. quod translationem: quia nõ ſequitur, hic non poteſt punire: ergo non poteſt puniendũ pronunciare. Nam Vicarius Epiſcopi ex ſuo generali officio non poteſt reos punire, poteſt
163 tamen eos puniendos pronunciare † Io. An. & Domi. in c. 1. de offic. uic. in vj. Nam magna eſt differentia inter ſententiam de præſenti,

Differt ſententia de præſenti & de futuro.

164 † & de futuro, cum prima habeat executionem, ſecunda non, ſecundùm Bal. in l. 1. C. ſi
165 aduer. liber. Vbi glo. & Bart. dicunt † aliud eſſe pronunciare quem eſſe liberum uel eſſe liberandum. idem glo. & Bart. in l. fin. C. ubi & apud quos. ad hoc eſt gl. in c. biduum. 2. q. 6. q̃ loquit̃ de Metropolitano. quã gl. ſequũtur Ant. Abb. Imo. And. Sic. in epa. 1. hoc tit. Et ſcias ẽt
166 † quòd legatus poteſt hodie confirmare epiſcopos, & alia facere, de quibus in c. ſi Abbatem, de elect. in vj. item ſcias, quòd ſub iſta generalitate uidetur prohiberi mutatio cathedræ Epiſcopalis de uno loco ad aliũ, quòd Epiſcopus non poſſit transferre epiſcopatum de ciui
167 tate ad caſtrum: † quod innuunt illa carmina male intellecta, mutat uota &c. Nam ſi ſolus Papa transfert perſonas de uno loco ad alium: ergo & ſolus ſedem, arguendo à perſona ad locum. l. ij. ff. ne quis eum qui in ius uoc.
168 † Sed tamen hoc non tollit, quin epiſcopus poſſit ex cauſa in quacumque parte diocœ. habitare, & ibi ad tempus iuriſdictionem exercere, cum & id q̃nque extrà diocœ. pręſtare poſſit. clem. 1. de fo. comp. & ſecundum hoc poteſt intelligi c. quoniam §. prohibemus. de offic. or
169 di. † Alias autẽ cauſas ciuiles & criminales Epiſcoporum nõ req̃rentes depoſitionem, audire poteſt, excommunicare eos, & punire, ut per Io. And. in c. ut litigãtes. de offi. ordi. in 6. glo. in ca. accuſatus. 3. q. 6. ad hoc c. Romana in 2. Reſc. de offi. ordi. Vnum tamen no. quòd licet Abb. ubique uideatur firmare hanc opi.
170 † quòd legatus poſſit pronũtiare epiſcopum deponendum. tamen contrarium tenet ipſe in c. nõ poteſt. de re. iudi. dicens, diffin. cauſa reſeruari

tiari Papæ:quia aliàs qui pronuntiat deponen-
dum uerbo deponit:iō declarandū hoc dictum
ut legatus poſſit facere proceſſum contra epm:
171 ſed pronuntiare nullo modo. † quia paria
ſunt dicere pronuntio deponendum uel depo-
no: quia omnino illa ſententia ſi potuit ferri,
habet executionem neceſſariam. Tu tamen nō
172 recedas a communi:† quia illa interlocutoria
legati,qua pronuntiat epiſcopum deponendū,
poterit reuocari per Papam,ſicut in ſimili dicit
173 Alexan.in l.j.ff.de offi.eius.quando dicit†of-
ficialē, cui ob temporis breuitatem interdicta
eſt executio:licet non poſſit exeq̃,poſſe pronū
tiare aliquid exequendum, & ſucceſſor poterit
exequi,& nō exequi:& dicit Ang.in conſ.250
Dom.Libertina.in fi.prout eum refert Deci.in
174 d.l.j. quòd in eo qui poteſt condemnare † pa
ria ſunt dicere pronuntio condemnandū,uel
condemno.ſed in eo qui non poteſt,nō eſt idē.
175 ita in caſu:quia † legatus non poteſt condem
nare epiſcopū:ideo ſua pronuntiatio nō habe-
bit uim diffinitiuæ. Pro deciſione præmiſſorū,
uide quæ in ſimili ponit Alex.in l. cū fundus.
§.ſeruum,in 1.col.uer.nota circuitum.ff.ſi cer.
176 pet. quando dicit quòd paria † ſunt obliga-
re ſe de præſenti, uel promittere ſe obligatu-
rum: cuius dictum ſequitur Iaſo. in l. Domi-
nus.ff.de condi.inde.quod eſt uerum:quia totū
dependet ab uno.multa ſimilia ui. per Alex. in
l.j.§.ſi quis ita.ff.de uer.ob.ui.Io.An.in addi.ad
Spec.titu.de obligat.& ſol.in princ. in uerſ. eſt
alia.q. ubi originaliter ponit illam deciſ. Alex.
ꝙ qui ꝓmittit ſe obligare,ſtatim eſt obligatus.
177 III. Caſus in commutatione uoti terræſan- *Votum terræ ſanctæ.*
ctæ,pro redemptione eius c. quod ſuper his c.
ex multa. de uot.& dixi pro redemptione eius:
quia ſi aliàs uouiſſet deuotionis cauſa ire ad
partes ultra marinas,ſecus ut per Abb.in ca. ex
178 multa † nam de iure duo uota tantum ſunt
reſeruata Papæ,caſtitatis, & terræ ſanctæ redē-
ptionis. Cæterorum commutatio ex cauſa, epi
179 ſcopis & legatis eſt permiſſa † Abb. in ca. 1.
de uot.Fel.in c.quod ſuper.de fid.inſtr.in prin.
Vide infra,libro ultimo, concluſione antepen.
180 IIII. Caſus in exemptione †alicuius ab or *Eximere ab ordinario.*
dinario: quia ſolus Papa dat exemptionem.
Spec.& Hoſt.ubi ſupra. gl.in c. frater 16. q. 1.
glo.Io.And.Dom.& Filip.in.c.1.de priuil. lib.
vj.per illum tex. qui parum probat: quia non
dicit quòd legatus non poſſit eximere, quam-
uis meminerit de exemptionibus à ſede apoſto
lica factis.Nam & legatus apoſtolicæ ſedis lo-
181 cum tenet † ut not.in c.auctoritate,eo. tit.&
lib.Credo tamē caſum uerum, prout illum col
182 ligit Abb.in c.fi.de confir.uti.uel inut.†quia
hoc eſt adimere ius tertio, quod ſolus Papa fa-
cit,per not.in c.conſtitutus,de relig.domi.
V. Caſus, quòd omnes maiores cauſæ ad *Paria ſunt ſe obligare*
ſedem apoſtolicam referuntur. Vnde dicit uer- *de præſenti uel promittere de ſe obligando.*
Ad ſe maiores cauſæ referuntur c.1. de tranſ-
la.epiſ.c.1.de iur.cal.c.maiores.de baptiſ.Cau-
183 ſæ autem dicuntur maiores † ſiue grauiores, *Maiores cauſæ quæ ſint.*
quæ concernunt articulos fidei,& quæ uerſan-
184 tur in dubijs iuris † quoniam ad ſolum Papā
ſpectat elucidare dubia huiuſmodi c.inter alia.
de ſenten.excomm.d. c. 1. de iur. cal. ubi dicit
185 Abb.† hoc procedere in dubijs iuris canoni-
ci,uel diuini,non autem in dubijs iuris ciuilis
quia illa interpretatio fit per Imperatorē. Sed
contra hoc opp.de c.omnis oppreſſus.2. qō.6.
186 ubi dicitur † quòd maiores cauſæ deferun-
tur ad primam ſedem. j. ad metrop. ergo non
187 ſunt reſeruatæ Papæ.† Item cauſæ matrimo-
niales dicuntur eſſe arduæ & graues,cap. 1. de
conſang.& affin.not.Doc.in c.per tuas, de præ
188 ſump.† Item quando agitur de omnibus bo-
189 nis uel maiori parte c. 1.de reſtit.ſpol.† Item
quando eſt cauſa,quæ infamat l. infamia C. de
decur.lib.10.Abb.in c.querelam,de procur. Et
tamen epiſcopi & archiepiſcopi cognoſcūt de
iſtis, ut notum eſt.igitur etc.& hoc not.in c.de
conciliis 18.diſtin.Sed Reſpon. quòd hoc uer-
bum,maiores, eſt æquiuocum. Ideo tu ſequen
do dicta Hoſtien.& An. in c.fi.in 3.col.de cri-
190 mi.fal.† Dic tria eſſe cauſarum genera quan-
tum ad rem noſtram attinet. aliquæ uocantur
maiores,aliquæ mediæ,aliquæ minores.Mediæ
& minores tractantur per inferiores à Papa, &
ſub illis duobus terminis omnes cauſæ non re
ſeruatæ Papæ comprehenduntur, quamuis una
ſit minor altera, & iſtæ ſunt quodammodo in-
finitæ.
191 †Maiores uero,quæ reſeruantur Papæ, ſunt
tantum illæ,quæ in iure reperiuntur expreſſæ:
quoniam,quæ ſibi non reſeruat, alijs concedit.
c.nuper, de ſent.excomm.de quibus cauſis per
gloſ. in c.quamuis, de elect.in 6.in c.præceptis
12.diſtint.& in c.ex multis xvij.diſtin. ubi per
modernos.
192 †Cauſæ igitur matrimoniales & huiuſmodi,
licet certa ratione ſint maiores, tamen non sūt
maiores quo ad caſum noſtrum: ex quo appa-
ret inepte factum, quòd iſte caſus ſit ſpeciali-
ter enumerādus,cum ſatisfuiſſet dare regulam
generalem.
Vnum not.quòd ſi cauſa maior incipiat co-
193 ram inferiore tractari,appellatio emiſſa†ſta- *Appellatio ſtatim deuoluit cauſam.*
tim deuoluit etiam ſi ſit nulla. Spec. ubi ſupra
Anan.ubi ſupra:& ideo in iſtis etiam ſine gra-
uamine appellari poteſt, ſecundum Hoſtien.
hic.
194 VI. caſus in legitimatione: † nam ad ſo- *Legitimatio.*
lum principem ſpectat legitimare c.per uene-
rabilem,qui fil. ſint legit.Dicam de hoc infra,
quando tractabitur de poteſta. lega. in legiti-
mationibus.

195 VII. Caſus

Reſtitutio degradatorum.

VII. Caſus, quòd ſolus Papa reſtituit
195 † eos, qui ſolemniter degradati ſunt, glo. in.c.ideo.2.q.6.c.ex tuæ.§.fin. de cler. non reſid.& ille tex.loquitur de legato.

In oppoſitum eſt tex. in c. Epiſcopus preſbyter 11.q.3.ubi dicitur epiſcopus presbyter, aut diaconus, à gradu ſuo deiectus, ſi in ſecunda ſinodo innocẽs inueniatur, gradus amiſſos accipiat de manibus Epiſcoporum coram altare. Ecce ergo, quòd Epiſcopi reſtituunt degradatos. Sol. Ille text. procedit in degradatione uerbali: nos autem loquimur in ſolẽni. Hoſti. ubi ſupra. Spec. in dicto §.nunc oſtendendum.

196 † Solemnis autem degradatio eſt ipſius depoſitionis executio: de qua in c.degradatio, de pœn.in vj. Et fit degradatio talis, quando poſt ſententiam depoſitionis, Epiſcopus, præſente iudice ſeculari, cui degradandus debet relinqui, publice abradit illi loca capitis, & manuũ, in quibus in collatione ordinum unctio facta fuit, & poſtea ſucceſsiuè detrahit omnia ſigna, quæ in ſuſceptione ordinum ſuſcepit: & demũ exuit eum clericali habitu, & induit laycali, dicens iudici ſeculari, ut illum ſpoliatum, & depoſitum in ſuum forum recipiat. inſtabit tamẽ ut iudex ſecularis circa illum, ut pœnam mortis, uel ſanguinis moderetur, d. c. degradatio. Circa iſtam materiam reſtitutionis depoſitionis, uide Abb. in d.c.ex tuæ.in fin. de cler. non reſid. ponentem tres opin.

Super defectu ætatis.

197 VIII. Caſus, cum patientibus defectũ † ætatis ſolus Papa diſpenſat. c. cum in cunctis. de elect. Hoſt.& Spec. ubi ſupra, & dicemus loco ſuo: & ſic de bigamis & alijs. Spec. in dicto §.nunc oſtendendum uer.13.

Appellatione remota.

198 IX. † quia nullus appellat à ſententia Papæ: nec etiam committit cauſam appellatione remota. uide in materia iudiciorum.

Annullatio profeſsionis

199 X. † quando agitur de annullanda profeſſione emiſſa in ætate legitima: quia ſolus Papa poteſt eam inhibere. c. quia in inſulis. de regul. cuius profeſsionis uide mirabiles effectus, quos ponit Feli. in c. Cum deputati. in 2.col. de iudi.

Suppletio defectuum in cõtractibus.

200 XI. † quando arguitur de ſupplendo defectus, qui in contractibus interuenerunt: quia ad ſolum Papam ſpectat. c. illa quotidia-
201 na. de elect. c. j. de tranſact. † habet enim Papa plenitudinem poteſtatis in his quæ ſunt iuris poſitiui c. propoſuit. de conceſ. præb. c. ex tuarum, de aut. & uſu pall.

202 Fallit † quando ageretur de ſupplendo defectus earum rerum, quæ per inferiorem expediri, & ſuppleri potuiſſent ab initio: quoniam tunc ſimiliter per legatum ſuppleri poſſunt hu-
203 iuſmodi defectus. ratio: quia † ꝓpriũ confirmationis eſt, ſupplere defectus ſolemnitatum, quæ interuenerant in actu. Bald. in l. fin. ff. de teſt. tut. Alex. in conſi.103. in 4. uol. & in conſi. 3. & conſi. 92. in. 5. uol. ideo dixit Bal. in tract. ſciſm. col. 15. uerſ. ſequitur. quòd confirmatio erat proprie de his, quæ nõ ualebant. idem Bal. in l. ſi quis filio §. irritum ff. de inius. rup. irrit.
204 teſt. † quòd qui poteſt actum facere de nouo, poteſt illud inualide factum confirmare.

Defectus iuris naturalis nõ ſuppletur.

Attende, quòd iſta ſuppletio defectum, quæ
205 fit à principe, ꝓcedit reſpectu defectuũ † iuris poſitiui, non autem iuris naturalis, ſecundũ Io. And. in addit. ad ſpec. iſto tit. §. nunc oſtendendum. uer. 18. Ant. & Imo. in c. 1. de trãſact. Card. in d. c. illi. q. quintadecima, inferens quòd ſi eſſet defectus egens abſolutione, uel diſpenſatione, non cenſeretur ſublatus niſi exprime-
206 retur: & ſubdit † quòd ad hoc ut confirmatio ſuppleat defectus, oportet quòd ſpecificentur, aliàs generalis confirmatio non tolleret illos. Archid. in c. Canouarienſem. 56. diſtint. arg. l. ſed ſi quis. §. quæſitum ff. ſi quis caut. c. ex parte il 2. de offic. deleg.

Suppletio defectuum, quid operetur.

Item aliud not. Card. ibidem, quòd clauſula
207 ſuppletionis † defectuum non facit actum inualidũ tenere, ſed ſolum remouet defectus, p quos poſſet agi ad caſſationem. Vide ibi latius per eum, & per moder. in c. 1. in 5. col. uerſ. & ſubijcit Abb. hic de corfir. uti. uel. inutil.

Ego tamen intelligo, niſi tempore intermedio eſſet acquiſitum ius alteri, per ea quę ponit phil. in reg. ratihabitionem. de reg. iu. in 6.

Renuntiatione exemptorum.

208 XII. in prelato exempto: † quia non poteſt renuntiare niſi in manibus Papæ, ſecundum Hoſt. & Spec. ubi ſuprà, Hodie. hoc non procedit per tex. in c. ſi Abbatem de elect. in 6.

Quando licẽtia Papæ requiritur in materia conceſſa: id præſtare poteſt legatus.

Signa unam Theoricam, quã ponit Domin. in d. c. ſi Abbatem. quæ eſt quòd quando mate-
209 ria eſt conceſſa, ſed requiritur licentia † Papę, legatus impartitur talem licentiam: ſecus quando materia eſt prohibita, ſuper qua cogitabis.

Cum Simoniacis.

XIII. in ſimonia: quia Papa tantum diſpen-
210 ſat cum ſimoniacis † c. quia ſimoniacis. 1. q. 1. dicetur loco ſuo.

Facere iuramentum.

XIIII. in iuramento: quia ſolus Papa decla-
211 rat utrum iuramentũ ſit licitum uel non. † c. uenerabilem §. eos, de elect. Dicam infra quando tractabitur de poteſt. leg. circa iuramenta.

Abſolutio a cenſuris de legati Papæ.

XV. in abſolutione excommunicationis
212 † latæ à Papa, uel eius delegato: quia non poteſt inferior abſoluere. idem in excomunicatione lata à legato, cuius officium expirauit, ſpec. ubi ſuprà: & Hoſti. ad hoc c. inferior 21. diſtint. c. cum inferior, de maior. & obedi.

Abſolutio ex ſalutatione.

XVI. in ſalutatione Papæ facta ex certa ſciẽ-
213 tia, quia operat̃ † abſolutionẽ, c. ſi aliquãdo, de ſent. exc. de hoc eſt tex. in cle. ſi ſummus. de ſent. excõ. q hãc materiã declarat. De iſta ſalutatione q̃d operetur, uide Abb. & alios in ꝓhemio decretalium, & præcipue apoſtillã ad Abb.

XVII. quando

Absol.in casibus reseruatis papæ.

214 XVII.quando lex reseruat † absolutionem ab excõmunicatione Papę,Host.& Spec.ubi supra,dicemus in materia excommunicationis.

Ab irregularitate.

215 XVIII.in † irregularitate: quia solus Papa absoluit ab ea,c.si quis episcopus damnatus,xi. q.iij.c.ueniens.de eo qui furti. ordin.recep. dicetur infra,de potestate lega. circa irrigularitatem.

XIX. in c. excommunicamus itaque §. sanè clerici,de hæret.

In cã promota corã Papa.

216 XX. quando causa promouetur † coram Papa, siue per relationẽ, siue per appellationẽ, seu aliter quomodocũque,c.licet hoc tit.c.intimasti,de appell.c. decreto.2.q.6.c. nostrum,de appell.

Fallit,quando appellatio esset friuola,Spec. in d.§.nunc ostendendum.

Declaratio rescriptorũ Papæ.

217 XXI.in declarationẽ † rescriptorum Papæ c.ij de offic.deleg.c.cũ uenissent,de.iudic.c.1. & ij.de confir. uti. uel inut.c.pastoralis,de fid. instr.

Causa fidei.

218 XXII.est diffinitio causæ † fidei:quia est de maioribus, & spectat ad Papam c. maiores. de baptis.c. cũ Christus,de heret.l. fin.C. de sum. trinit.& fid.cath.c. ad abolẽdã, de hæret.c. quoties.24.q.1.

Sed cõtra d. c.frater noster 16.q.1.ubi dr̃ ꝙ quando causa fidei est mediocris,spectat ad episcopum. At responderi posset,quòd illa mediocritas intellligitur de alijs causis. Verum nunc magis opp.de c.ij.80.distint.ubi beatus Petrus iussit poni Patriarchas & primates in prouincijs,ut causas Episcoporum cognoscerent, & maiora negotia in fide agitarent. Ad hoc Respõdit. ibi Glo.& in d.c.quotiens, quòd uerbũ in fide exponitur.i. fideliter: qua expositione nihil ineptius: ideo aliter soluit,quòd possunt agitare,sed non decidere:quæ etiam sol. nõ placet. Dic igitur:si quæstio fidei est inter laycos, episcopus cum clero imponit silentium laycis, & terminabit quæstionem fidei secundùm canones:& ita praticauimus nos hic in ciuitate Florentiæ in causa Francisci de mileto & Thehodori monaci,q̃ se pro Papa angelico gerebat: nam uocatis magistris in theologia, & iure canonico, eorum scripta & dogmata canonice damnauimus.

Aut uerò quæstio est inter clericos, & causa refertur ad Papam,ne contingeret in una diocesi determinari aliquid,deuium ab uniuersali ecclesia.glo.ita explicat ind.c.ij.80.distinct.poterit tamẽ huiusmodi quæstio uentilari in cõcilio,& obseruabitur illud quod ponit Card. Alexã.in c.Anastasius.19.distinc.Nam Papa deuiando à fide,subest cõcilio.c.si Papa 40.distinct. Oporteret hic intrarę illum articulum,an Papa sit supra concilium:de quo forsan aliquid dicetur infra.

Dispẽsatio super pluralitate incõpatibilium.

XXIII. in dispensatione duorum, plurium-219 ue beneficiorum incompatibilium, † c.de multa,de præben. de hoc late infra in materia de potest.leg.circa beneficia.

Depositio regum,& Imperatorum.

XXIIII. in depositione Regũ & Imperato-220 rum: † quia ipse solus deponit eos,demeritis suadentibus c.ad apostolicæ.de re iud. c. alius. 15.q.6. ubi Papa deposuit Zachariam Regem Franchorum, & dat etiam curatores, quando sunt inutiles ad regendum,c.grãdi.de supplen. negl. præl.lib.6.

Item uacante imperio supplet defectus Imperatoris:quæ omnia sunt interdicta legato, c. licet.de for.compet. Nec poterit etiam tunc legatus se intromittere de quęstionibus laycorũ, nisi ratione pacis, Spec.in d §. nunc ostendendum,uers.19.

221 Item † solus.ungit & confirmat electum Imperatorẽ c.uenerabilem,de elect.per Hosti. hoc tit.in sum.& in tit.de elect.§. quis eligi, & in tit. de sacr. unctione §.à quo & qualiter.

An possit eligi alius Imperator quam Germanus.

Nunc occurrit quæstio,de qua fui interrogatus annis pręteritis,cum agitaretur de elect.noui Imperatoris post obitum Maximiliani à Reuerẽdissimo Domino meo Iulio de medicis,Vicecancellario.&c. An scilicet posset eligi Impe-222 rator † ex alia natione quàm germanica:agitabatur.n.tunc causa hæc inter Electores Impe-223 rij †.Ego respondi, Imperatorem posse eligi ex omni natione:quia æquum est ut qui toti mundo præesse debet,ex toto mundo eligatur, uel eligi possit,ut sit electio liberior, & sit facilior uia ad inueniendum Imperatorem pro salute totius orbis,arg.c.ubi periculum,de elect.in 6.Nam ipse est totius mundi dominus,l. bene à zenone.c.de quadr.præscr.l.de præcatio ff.ad reg. rod.de iact.c.quo iure 8.distin.immo principalius pro salute ecclesiæ,cuius res tutari debet,c.Adrianus 63.distint. c.principes seculi.c. res autem,23.q.5. glo. & Card. in clem.i.§.fin. de iur.iur.ubi dicitur aduocatus ecclesiæ, glo. in clem.ad nostram,de hæret.Nam indignitatibus,in quibus uirtus non sanguis quæritur,nõ debet esse distinctio gentis, ad hoc.c.uenerabilis,de prȩben.

Item germani in electione Imperatoris suc-224 cesserunt loco populi Rom. † qui populus Romanus eligebat ex omni gente & natione, ut patet discurrendo uitas Imperatorum, quorum aliqui fuerunt Galli,aliqui Hispani,aliqui Itali,& aliorum nationum:ergo & electio erit apud eos libera,sicut apud Roman. populum, c.ecclesia Sanctæ Mariæ,ut lit.pend.

225 Item † natura electionis est libera: qui .n. dicit eam arctatam ad unam gentem, probare debet,arg.l.sancimus l.præcipimus.c.de appell. hoc autem non probatur,ergo &c.

Quid si omnes Germani essent inhabiles ad

tantum pondus?& hanc opin.tenet Card. in d.
c.uenerabilem.& ēt multi alij, relati per Abb.
& Bal.in tit.de pac.constan.uers.cōsenserimus,
226 dicentem† ꝙ quilibet poterit eligi in quem
Electores consenserint:& hoc affirmat Pius.ij.
in sua Europa fol.47.Contrarium tenet Abb.
in d.c. Venerabilem, duabus rationibus: pri-
227 ma,quia ille tex. dicit † imperium esse trans
latum à Græcis in Germanos in personam Ca
roli:ergo actiue & pasiue,ut scilicet Germani
eligant Germanos:secunda,quia si posset eligi
alius quàm Germanus, nō diceretur facta trās
latio à grecis in germanos: quia posset eligi
etiam Grecus.

Accedit tertia ratio:quia à tanto tempore,
de cuius initio memoria hominum non extat,
hoc ius electionis pasiue est acq sitū germanis
228 †ergo hoc ius uelut ex priuilegio acquisiue
rūt l.j.§. ductus aquæ.ff. de aqua quot & æsti.

At respon.ad primam,& secundam negan-
do consequentiam:& ratio, quia imperii trans

Translatio imperii quo sit facta.

229 latio,† quæ fuit à Gręcis in Germanos,
ita se habuit,cum ecclesia opprimeretur à rege
Longobardorū.Gregorius tertius id Constan
tino significauit,cuius literæ,& legati ab Agi
stulfo contemptę sunt, cum nulla legatorum
aut literarum Constantini ratione habita, Ro
manum, & ethruscum agrum quotidie depo-
pularetur.Quare Gregorius in Galliam pro-
ficiscens,Pipinum in Italiam adduxit, cū quo
Longobardorū motus compresit. sunt qui ne
gotium istud Stephano secundo ascribant,sed
credo utrunque id præstitisse: nam & postea
Leo tertius,Pipino mortuo,cum adhuc à Lon
gobardis uaxaretur,in Saxoniam ad Carolum
Pipini filium profectus est:qui etiam aliàs in
Italiam uenerat alterius Pont.rogatu. Is Caro
lus,suo in Italiam aduentu,desiderium regem
Longobardorum regno priuauit, & Romam
deinde uenit,ubi toto acclamante populo, per
Leonem Romanorum Imperator declaratur,
& sic Imperium a Græcis in Gallos translatū
est in personam Caroli:à gallis autem in Ger-
manos postea cucurrente spatio annorum cir-
citer ducentorum, tempore Ottonis,qui fuit
primus Germanorum Imperator:& hæc trans
latio dicitur facta:quia Papa deputauit ibi Ele
ctores, qui essent loco populi Roma. Et sicut
prius erat Romæ,& postea in Gręcia, ita noui
ter sit apud Germanos, cuius deputationis cā
triplex leg. ut declarat. August. de Ancona
230 in tract.de ecclesf.pōt.q.35 † nā Gregorius
v. tempore Ottonis,uocatis principibus, Ala-
manię septem ellectores instituit:quatuor lai-
cos,uidelicet regem Bohemiæ, Ducem, Saxo-
nie,Comitem,Palatinum,& Marchionē Bran
deburgensem.item tres clericos, Archiepisco
pū Maguntinū.Colonien. & treueren. Quod
fecit:tum quia de Alamania fuerūt, qui eccle-
siam à Longbardorum seruitute liberarunt:
tū quia natio illa maxime ueneraretur aposto
lorum memoriam:tum quia Gregorius.v. fuit
teutonicus Ottonis consanguineus: ergo non
poterit eligi nisi germanus: uide quanta sit
ratio:quia etiam potuisset dici:ergo Roma nō
eligerit nisi Romanum, & Græci Græcum:
Quod à, uero abest: Quare minus sequitur,
Germani eligunt Græcum in Imperatorem:
ergo Imperium apud Græcos.

Ad ultimam rationem itidem respon.elege
runt Germanos:quia uoluerūt, actus erat gra
tuitus,Abba.in c.quod translationem, hoc tit.

Vnum tamen nota:quia non possum addu-
ci ut credam,legatum de latere non posse cō
231 firmare electum Imperatorem † si potest
confirmare electum in Episcopum,uel Archi-
episcopum,cum sit quòd ista confirmatio tri-
buat parum,cum ut dicunt Hostien. & alij in
d.c.uenerabilem,electus in Imperatorem abs-
que confirmatione Papæ habet administratio
nem: & multi Imperatores confirmationem
hanc non habuerint:immo, ꝙ hoc posit lega
tus de latere, probat text.in d.c. uenerabilem,
ubi casus in terminis, si aliter non suppleatur
litera,& satis dicitur factum à Papa,c.si Abba-
tem,de elect.in 6.Cogita tamen, quia Impera
tor est secundum lumen in terris,c. solitæ de
maior.& obed.& totius orbis Dominus,ut la
te prosequitur Hostien.in d.c.uenerabilem.
232 Hic caderet illa quęstio,an Imperator † ha *An Imperator habeat ordinem.*
beat ordinem,eo ꝙ inungitur, & Pontif. ele-
ctioni assensum pbet,ut ī c. Valētinianus,& §.
principibus.63.distin.Sed uide Spec.ī d.§.nūc
ostēdendū, uers.39.qui dicit ipsum nō habere
ordinem sed officium.i. caracterem militarē.
233 XXV. quia solus Papa canonizat † san- *Canonizatio sanctorum.*
ctos,& facit aliquem haberi pro sancto,referē
do eorum nomina in catalogo sanctorum c.1.
de relig.& uen.sanct. De materia ista canoni-
zationis sanctorum, uide Ioan.And.& alios in
c.unico,de relig. & uen.san.in 6.ex quibus eli
ce unam cōclusionem,ꝙ nullus,quantiscunq;
miraculis fulgeat,est adorandus, nisi sit inter
sanctos ab apostolica sede relatus: sed contra,
immo uidetur sufficere ꝙ approbetur ab Epi-
scopo & clero suo,c.1.de consecra.distin.3. ibi
& illæ festiuitates,quas singuli Episcopi ī suis
Episcopatibus cum populo collaudauerint,&
ita tenuerunt quidam antiqui glos.ꝙ ēt Epi-
234 scopus canonizare posset † tu tamen dic in
oppositum esse ueritatem,ut tenet glos.in d.c.
1.de consecr.distint.3.& glo.in d.c.ult. de re-
ligio.& uen.sant.in 6.quæ glo.ponit quinque
rationes,& ibidem late per Ancha. & alios, &
per Abba.in c.1.de fer.& in c.1.de relig.et uē.
sanct.ubi etiā per Ant.& alios. Et est conclu-
sio,

sio firma propter illum tex. quando dicit, Nō licere uobis illum pro sancto absq; auctoritate sedis apostolicæ uenerari.

Fallit hoc, quando legatus uel epus cum cō sensu cleri uellet decernere aliquē sanctū aliàs canonizatum feriari. Doct. ubi supra & sic respon. ad c. j. de consecr. distin. 3. de. materia ui. Troi. de maluit. q. fecit ellegantē tract. de canonizatione sanctorum.

De nihilo aliquid: de aliquo nihil.

235 XXVI. in eo q̃ Papa de aliquo† facit nihil, & rei naturā mutat l. unica §. 1. C. de rei uxor. act. ubi actio rei uxoriæ tollit, & īducit actio ex stipulatu, ēt si nō adsit stipulatio. c. tāta, de exces. pla. ubi irritat collatiões factas ab epo, q. uiolauit iterdictū, & aufert ēt bñficia prius obtēta. item mutat naturā rei, faciendo de illegitimo
236 legitimū † c. per uenerabilē, qui fil. sint legit. & de monacho facit canonicū. c. quorūdā 74. distint. Itē de nihilo facit aliquid c. i. de trā
237 sact. † Vbi transactionem inualidam confirmando, ualidam efficit, ad hoc. c. hæc quippe. 3. q. 6. 2. q. 1. In primis, c. constitutus, de concess. præbend. hoc Specu. ubi supra, uers. 42. & uers. 43. & Hostien. in enodatione suorum carminum. iste casus traheret secum totam materiam fictionum, & dispensationum: unde non est attribuendus papæ, nisi in materia ad ipsum spectāte. Immo. c. quorundam 73. dist. loquitur de epo, qui facit de monacho canoni
238 cū † & ēt in casibus aliquibus pōt epus legitimare, seu facere de inhabili habilē, ut qñ habilitat spurium ad minores ordines, & ad beneficia minora, ut late dicā infra, qñ tractabit de potestate legati in legitimādo. Itē quis magis has fictiones, & assumptiones unius pro alio facit, quàm imperator, & lex ciuilis, ut l. unica C. de rei uxo. actio. & late per Bart. in l. si is qui pro emptore ff. de usuc.

Sed rursus oppon. quòd Papa nullo modo pos
239 sit facere de ente non ens † & de non entē ens: qm̄ aut id fingendo facit, & non pōt: quia a lege, non ab homine inducitur fictio. Barth. in d. l. si is qui p̄ emptore. Card. & alij in clem. quod circa de elect. aut ueritatē rei operando, & tanto minus pōt: quia factū nō esse factum
240 repugnat † l. ā bello. §. factæ. ff. de cap. & postli. reuer. & hoc solo priuatur Deus, iuxta not. in clem. j de summ. trini. & fid. catho. & si dixeris, quòd principi placuit. §. principi instit. de iur. nat. gent. & ciui. rō. illud obtinet qñ facit animo legis cōdendæ, & tunc illa irritatio erit cōis oībus legem condere uolentibus: legatus aūt condit leges in prouincia: igitur &c. Ideo dic intelligendū esse de effectibus iuris positiui, quos Papa generaliter cōdēdo legē cōtrariā tollere pōt. c. j. de cōsti. in 6. Itē particularē tollendo effectū iuris ab isto, uel ab illo facto. c. proposuit de conces. præben.

Conuocare generale concilium.

XXVII. In cōuocatione gñalis concilii
241 † quæ ad Papā spectat solū. c. 1. §. ēt. 17. dist. glos. in c. qđ trāslationē, Spec. & Hostiē. ubi supra, ꝓuinciale aūt cōciliū indicere pōt legatus
242 † sc̄d̄m eosdē: qa hoc pōt Archieps c. sicut de accusa. ergo & legatus a fortiori. Et hoc uerū, q̄uis glo. i §. porrò. 3. dist. teneat ꝯriū & male.

At cōtra q̃ immo legatus posit cōgregare cōciliū generale, argu. qa Impator hoc pōt. c. habeo librū c. sexta 16. dist. c. Adria. 63. distint. Sol. non oīa q̃ potest Impatorē, pōt legatus: nec ēt est uerū, q̃ imperator hoc posit, q̄uis olim ex cā fuerit toleratū d. c. 1. disti. 17. q. aūt ad ꝓuincialia cōcilia sint uocādi, uide tex. Abba. & alios in c. graue, de p̄bē. uide quę dixi in cōmen. Extraua. Iul. 2. super elect. Simo. Papa.

Concedere pallium.

XXVIII. Solus Papa cōcedit palliū in-
243 stanter petēti, † c. prisca. 100. distin. c. obten
244 tū, ead. dist. c. significasti, de elect. † Legatus aūt hoc nō pōt. c. nisi, de auct. & usu pall. Sed cōtra. patriarcha hoc pōt. c. antiqua de priuil. ergo, & legatus, p̄ ea, quæ dicta sunt. Sol. quatuor principales Patriarchæ hoc possunt in sedibus ꝓpriis, & hoc speciale in illis p̄p summam prærogatiuā, quā habent. † quia uide
245
246 bantur socij Papę † ex quo mundus erat diuisus in quinq; Patriarchatus. Primus erat Lateranensis. Secundus Constantinopolitanus. Diximus supra quando egimus de Patriarchis, sed nō sequitur, q̃ alij Patriarchæ hoc possint: & hæc specialitas ēt causabatur ob locorum distantiam, & hodie ēt haberet locū in legatis, si forte essent in partibus illis, per ea, quæ tradit Hostien. in c. antiquā, de priuil. Cum distantia xxx. dietarū à sede Apostolica, faciat licita, quę aliàs nō licent. Oldra. in cōsi. 9. c. nihil, de elec. de quo pallio & eius qualitatibus, multa p̄ gl. in c. cōtra morē. 100. dist. & p̄ totū. & p̄ Host.
248 in sum. eo. tit. & in rōnale diui. offi. † de quo
249 unū nota, qđ hoc pallio utebanī olim tātū Imperatores, & Valentinianus donauit Archiepiscopū Rauēnatēsem eo, ex quo nata est illa altercatio inter Ro. & Rauennaten. eccle. Antistites. uide Sabelliani Aen. 8. lib. in fi. p̄p qđ uerisimile est, ornatū hunc, sicut & mitrā, ac reliqua Imperii ornamēta, à Cōstantino, uel alio quopiā Imperatore donatum, Roma. Ponti.

Inuētio & origo pallii.

Sententia principis sola facit ius.

XXIX. In snīa principis, q̃ facit ius inter alios, & ad consequentiā trahi pōt, c. in cāis, de re. iud. Sed cōtra, de lege iij. §. sed etsi generali. C. de legi. ubi Imperator dicit, non esse iudicā-
250 dum secundum pronuntiationes à se † factas in particularibus negotijs. glos. Cyn. & Bal. in d. l. iij. laborāt in soluendo contrarium. idem faciunt Canonistæ in d. c. causis. Spec. uero in §. nunc ostendendum, uers. 48. dicit simpliciter, quòd si pronunciat animo condendi legem, illa erit lex. Tu autem breuiter sequen

251 do † Henr.qui fuit magister canonicæ & legitimæ disciplinæ, in d.c.in causis, dic. sententia principis,aut est dicta ad partis consultationē:aut iudicialiter,cōtrouersia existente inter partes:aut ex necessitate casus occurrentis, ut quando dispensat.Primo casu, si relatio principis ad consultationem est incorpore iuris clausa,facit ius.Probant hoc infinitę decretales. Si non est clausa,secus,secundum ueriorem opinioni,nisi aliter de mente constet.§.quod principi.instit.de iur.nat.gent.& ciui.

Secundo casu, quando est incorpore iuris clausa, & tenor rei patitur, facit ius generale. Et hoc seu sit diffinitiua, seu interlocutoria,d.l.iij.C.de legi.Ad hoc c. cum uenissent, §.nos igitur, de instit.Et in l.unica C.de nou.cod.cōpon.si uero non est clausa in corpore iuris, si interlocutoria, aut præcedente examinatione & discussione partium præsentia, & facit ius generale ut supra.l.Imperialis C.de leg.c.licet 16.q.3.aut his non pręcedentibus, & non facit ius,d.l.iij.C.de legib.Si diffinitiua,& parte præsente, & indistinte, facit ius. Si parte absente,non: quia præsumitur lata per contumaciam.In Tertio casu,quando dispensatiue propter necessitatem aliquid ordinatum est, hoc non debet trahi ad similia, ut in regula,quod alicui,in 6.l.si uero, ff.de leg. hæc. Henr.in d. c. in causis ex snia . Innoc. Hostien. & glos.

Extrahere monachū de monasterio, et dare principi in sociū

XXX. Quia, contradicentibus Abbate &
252 monacho,potest extrahere † monachum de monasterio, & alicui episcopo,uel principi in socium assignare; uel secum tenere.9. q.3.per principalem,immo potest de monacho facere
253 non monachum † secūdum aliquos. id not. in c.cum ad monasterium,in fin.de stat. monac.& ratio huius rei est fundamentum obedientiæ:quod principibus exhibere tenemur; c.quæ contra mores,8.distin.c.qui resistit xi.q. iij.hæc Spec.uers.49.Et Host.ubi supra.

De monaco nō monacū.

Item inquantum dicit, Papam posse facere de monacho non monachum,plerique Theologi hanc sententiam irrident : tamen commu
254 nior opin.est † quòd Papa possit dispensare cum monacho,ut urgente magna causa utili totæ Christianitati,possit contrahere matrimonium : quia stante hac causa,non soluitur castitas,& cōmutatio fit in melius : quia non creditur,Deum uelle præferre quietem unius hominis saluti multorum:& datur exemplum in linea magni Regis deficiēte. Vide Io. Andr. in reg.semel Deo , in mercur.qui hoc late Disputat:& concludit Papam posse,& per omnes Doct.in d.c.cum ad monasterium.

Restringere & annihilare impedimenta matrimonii.

XXXI. Solus Papa restringit & annihilat
255 † impedimenta matrimonij , c.nō debet.de consan.& affi.c.quędam lex.35.q.2.& 3.Et intellige de impedimētis perpetuis,impedientibus contrahendum,& dirimentibus cōtractū.
256 † in alijs uero dispensant episcopi † ut dice
257 mus loco suo.

Item,& solus Papa dispensat sine istis impedimentis,c.quod dilectio,c.qa circa, de consang.& affin.c. fin. de transac.Spec. in §. nunc ostendendum,uers.75.Et Vide apostillam.

Ordinare extra tempora.

XXXII.ꝙ nullus nisi Papa, pōt ordinare ad
258 ordines sacros extra † tempora, & festiuis diebus,c.1.& 2.c.de eo, de temp.ordin. & dixi
259 ad ordines sacros † quia ad minores possunt episcopi ordinare diebus quibuslibet festiuis,
260 d.c. 1. & c.de eo † Item nec potest aliquis promouere ad duos ordines una die, nisi Ro. pont.c.dilectus,eo.tit. Sed contra primum est tex.in c.quod à patribus,c.quod die.& quasi ꝑ totū.75.distinc.ubi dicitur,sacros,& præcipue sacerdotales ordines,nō esse conferendos nisi die dominico. glo. in illis locis exponit, sacerdotes.i. episcopos, ut sit speciale in ordinatione episcoporum , quæ debeat fieri diebus dominicis:sed illa expositio uiolat literam. Vnde, uide tex. & glo. in c.literas,de temp. ordin. & ibi Docto. quòd ordines sunt conferendi die-
261 bus sabbati †,quia sabbatū interpretatur requies,ut ostēdatur aliquem transire à tumultibus laycalibus ad requiem clericalem. Episcopi aūt ordinantur die dominica , ut solemnior sit ordinatio, & tamen utraq; ordinatio fictione iuris censetur facta die dominico propter continuationē ieiunij, glos. ibidem. Sed quid

Quare ordo datur in die Sabbati.

An unus possit ordinari a duobus episcopus eadem die.

262 si aliqs uellet à duobus † episcopis eadē die ordinari,an prohibeatur?Sol.prohibetur: quia ratio ꝓhibitionis est potius respectu recipiētis q̄ respectu dātis,& fieret fraus illis cōstitutionibus.ad hoc c.cū qd.& c.fin.de regu.iur.in 6. Cogita tñ,qalicet ꝓhibitio locū hēat, uidet ꝙ pœna nō habeat locū,p ea, q̄ tradit Card.in c. nō magno,ne cler.uel mon. Attamē ꝓdicta nō habēt locū in ordinibus nō sacris: qa cōsuetu-
263 do hēt,ut ordines uno die cōferant.† q̄ consuetudo non est improbata,Card.in c.de eo,in 5.quæstione,de temp.ordinat.

Duo ordines sacri nō dantur eodem die.

Itē aduerte,qa sicut epus nō pōt uno die cō
264 ferre duos ordines sacros,† ita nec duobus
265 diebus continuis,† puta,conferendo diaconatū die sabbati,presbiteratum die dominico. c.literas eo.tit.

Fallit,qñ ueniret aliqs ordinādus in epum: quia die sabbati pōt ordinari in ꝑsbyterum:die dominico in episcopū,secūdum Card. in d.c. literas,quod cōiter tenetur. sed forsan aliquis
266 Theologus diceret † quia episcopatus nō est ordo,de quo per Card.in clem.in plerisque uer.xi.quæstio.de elect. Abb.in c.ex literis, de excess.prę l.Ant.in c.cum contingat,de ętat.& qualit.in prima col.Domin.in c.cleros, 21. distinct.gl.in c.quia periculosum,de sentē.excō. in

in 6. Archid. in c. diaconos 93. distint.

Ordinatũ à papa nullus ad ulteriores ordinat.

XXXIII. quia nullus ordinare potest ad ul
267 teriores ordines, ordinatũ à Papa † sine spe
tiali eius licentia c. cum in distribuendis, de
temp. ordin. sed hoc nunquam mihi placuit,
quoniam, ut dicit Glo. ibi esset onus, & ad illũ
tex. respon. quòd loquitur in subdiacono Ro.
ecclesiæ. i. qui erat, subditus specialiter eccle-
siæ Roma. ratione domicilii, uel beneficij, se-
cundum ea, quæ habentur in c. cum nullus. de
temp. ordin. in 6. Verum quòd clericus unius
diocesis ordinatus à Papa non possit postea
ab episcopo suo ad ulteriores ordines promo
ueri, hoc non probat litera illa, cogitabis. cre-
do consuetudinem esse pro prima opi.

Ordinat in die consecrationis suæ solus Papa.

XXXIIII. Solus Papa facit ordinatio
268 nes in die consecrationis suæ † c. quod si-
cut, §. præterea, de elect.

Cõcedere insignia episcopalia.

XXXV. Ipse solus concedit Abbatibus,
169 & alijs inferioribus episcopalia isignia, † mi
tram, annulum &c. Specu. in §. nunc ostenden
dum. uer. 59.

Adimere ius suũ uni & dare alteri.

XXXVI. Solus Papa adimit ius uni, &
270 dat alteri † & hoc propter omnipotentiam
suam, c. cuncta c. per principalem 9. q. 3. l. bene
a Zenone C. de quad. præscr. Spec. ubi supra,
uers. 57. allegat c. conuenior, cum c. sequenti.
23. q. 8. & c. futuram. 12. q. 1. quæ iura nihil ꝓ
bant. De hoc per Doct. in c. fi. de cõfir. uti. uel
inut. in c. renouantes. 21. distint. in c. antiqua,
de priuil. in reg. non est sine culpa, in 6. per De
ci. in d. c. fi. col. fi. de confirm. uti. uel inut. in c.
quæ in ecclesiarum, de constit.

Concedere spiritualia laico.

XXXVII. quia ipse solus concedit lay-
271 co spiritualia † uide Spec. in d. §. nunc osten
dendum, uer. 60. & Ioã. And. in addit. ad ipsum
in §. nunc tractemus. in addit. quæ incipit:
Contulit illam.

Dare facultatẽ crismãdi præsbytero.

XXXVIII. cõcedit solus Papa presbyte
272 ro, ut possit infantes crismare in fronte † c.
quanto, de consuet. Sed contra, in c. peruenit,
95. distint. ubi conceditur simplicibus præsby
teris, quando nõ adsunt episcopi. sol. illud fuit
dispensatiue præsbytero concessum in defectũ
episcoporum. Glo. in c. unico. §. quia uero, de
273 sacr. unct. † Ego credo ꝙ legatus, & patriar
cha, immo ẽt Archiepiscopi hoc possint di-
spensatiue cõcedere in defectum episcoporũ,
per tex. in d. c. peruenit, cum text. in c. quanto,
habeat locum quando præsbyter temere, & ꝓ
pria auctoritate id facit, ut ibi patet. Cum igi-
tur ista dispensatio non reperiatur prohibita,
censetur concessa. c. nuper, de senten. excom.

Sedere in sede Petri.

274 XXXIX. Solus sedet in sede Petri † quã
sibi Dominus specialiter reseruauit, c. per ue-
nerabilẽ. qui fil. sint legit. c. maiores. de baptis.
c. cum ad monasterium. de stat. mon.

Approbare scripta aliorum.

XL. Ipse solus approbat cõcilia, & scripta
275 aliorum † c. damnamus, de sum. trinit. & fid.
catho. c. si Romanorum. 19. distint. c. fraterni-
tatis de hæret.

Absoluere incẽdiarios publicatos.

XLI. Absolutio incendiariorum, qñ iam
276 sunt publicati excõmunicati, † c. cõquesti c.
tua, de sent. excom. de quo dicetur in materia
excommunicationis infra.

Item occisores clericorum.

XLII. Ipse absoluit occisores clericorũ
277 † Dicemus in materia excõmunicationis.

Vt inhabiles fiant episcopi.

XLIII. Vt monachus laycus, uel in mino
278 ribus ordinibus, fiat episcopus, † c. mira-
mur. 61. distint. c. ualentinianus 63. distint.

Qui excommunicatus ordines recepit.

XLIIII. Dispensatio cum illo, qui excõ
279 municatus ordines recepit, † solus Papa di-
spensat. c. cum illorum. de senten. excom.

Cum ordinato in apostasia.

XLV. Quia nullus dispensat cum ordina
280 to in Apostasia, † nisi Papa. c. fin. de Apost.
nõ obst. c. ex parte. de temp. ordin. quia ibi nõ
erat uera apostasia, secundum glos. in c. fi. quia
ingressus erat aliam religionẽ, & sic no. reg. ꝙ
Religiosus ingrediens aliud monasterium, ẽt
in casu non concesso, non dicitur apostare,
Abba. & glos. in d. c. fin. glo. in d. c. ex parte. de
temp. ordin.

Sed quæritur, quid si ordinetur ad ordines
minores? Aliqui doct. tenent ꝙ episcopi pos-
sint dispensare: quia reperitur tantum prohibi
tum de eo, qui accepit ordines sacros, tamen
hodie est idẽ in quocunq; ordine: quia omnis
281 apostata est excommunicatus † c. ij. ne cler.
uel mon. lib. vj. Et ideo ordo reperitur colla-
tus in excommunicatione, & sic distinguendũ
est, ut in d. c. illorum. Abba. in d. c. fin.

Vt regulares exeant ad audiẽdũ leges, uel Phisicam.

XLVI. Est dispensatio cum regularibus
exeuntibus claustrũ ad audiẽdũ leges, uel phi-
282 sicam † quia sine dispẽsatione Papæ promo-
ueri non possunt. c. nõ magno, ne cler. uel mõ.
quod ẽt ꝓcedit cõtra clericos seculare præsby
teros, uel habentes dignitatem. c. super specu-
la. eo. titu. At quia iste casus est ualde periculo
sus, pro eius declaratione moueo quędã dubia.

An monachi possint exire ut audiant Theologiam uel ius can.

Primum, an monaci possint exire claustrũ
283 ad audiẽdũ ius caconicũ, uel Theologiã † &
primo uideẽ nõ posse: qa ius canonicũ ꝓ ma-
iori parte uersatur circa expeditionẽ negotio-
rũ ecclesiasticorũ, & litiũ dirimẽdarũ, ut patet
284 ꝑ totã cõpilationẽ gregorianã † & leges ci-
uiles nõ addiscũtur ab ecclesiasticis, ad aliũ fi-
nẽ, nisi qa in his ecclesiasticis decidendis sunt
adiumẽto, c. si in adiutoriũ x. distint. c. j. de no.
ope. nunc. & sunt ita adiumento, ꝙ multæ ma
teriæ, de quibus ius canonicũ tractat, sine legi
bus haberi nõ possunt, ut est materia testamẽ-
torũ, possessionũ, & Dominiorũ, de emptione,
uẽditione, dona. depos. pign. fideicom. fideius.
noui oper. nunc. uerb. signi. & simp. in quibus
intelligẽdis simplices Canonistas uel in ipsis
terminorũ primordijs turpiter errare uidebis,

ut inquit Anch.in d.c. ſuper ſpecula: & tamẽ
non habita ratione huius eccleſiaſticorum ne
gociorum terminationis,Papa inhibet mona-
cis ne leges audiant: ergo nec etiam canones
ad idẽ tendentes audire poterunt: qm̃ ubi ea-
285 dem ratio etc.†l.illud.ff.ad leg.aquil. nã ra-
tio ne à contẽplatione retrahãtur, tam in iſta,
quàm in illa uiget. propterea Goffr. Hoſtien.
Ioã. And.& Card. in d.c.non magno, mouẽtes
iſtam quæſtionẽ,cõſulunt monacis, ne exeant
ad audiendum ẽt ius canonicum: quia ſæpius
datur materia malignandi poſtea contra Abba
tes:uidentes.n.quid iura canonica uelint, in-
ſurgunt contra ſuos Abbates eos accuſando,
ſed ad rem redeo: & inter monachos ſunt qui
maxime ſapiant. Cõmunis opin.quam,& uſus
comprobat,habet ut ius canonicum atq; theo
logiam audire poſſint:qm̃ ſunt meræ pietatis
diſciplinæ,& nullo iure prohibentur: ſuntque
Chriſtiani populi regimini ſpirituali admodũ
neceſſariæ c.inter cætera,de offi.ordi. ꝑ doct.
in c.ſedes apoſtolica.de reſcrip. in c. de multa.
de præbend. ius aũt ciuile prohibetur: quia
286 nimiũ à cõtẽplatione diſtraheret † nec prin
cipaliter dirigit hominẽ in Deum ſicut ius ca
nonicum.c.ut animarum.de conſtit.ubi late di
xi. Abba.in d.c.nõ magno. Sed iſta quidem in
monacis. At quare clericis ſecularibus, quos
287 decet canones exacto intelligere†ita ut uix
ſacerdotis nomine dignus ſit q̃ canones igno-
288 rat†prohibetur ſcientia iuris ciuilis,cum &
illa ſit diuini iuris pars c.1. de iur. cal.l.1.in
princ.& ij.C.de uet.iur.enucl.ubi dicitur legũ
auctoritas,quæ & diuinas, & humanas res be-
289 ne diſponit. † l.leges ſacratiſſimę.C.de leg.
& ſaltem eſt adiumento ad faciliorem pontifi
cij iuris uiam:& apparet eſſe eundem utriuſq;
290 fin.†ut.ſ.appetitus noxius ſub iuris regula
limitetur,ius ſuum cuiq; tribuatur, alter non
lædatur: & de iure pontificio dicitur in prohe
mio decretalium: De iure uero ciuili habetur
inſtit.de iuſt.& iur.§.iuris præcepta. Certe hęc
uidetur ſtultitia:quia conceſſo fine, non debẽt
negari media, per quæ ad finem peruenitur.
291 †l.oratio.ff.de ſponſ.Roffr. beneuentanus
in Rubr.de rapt.ut eum referunt Hoſti.Ioan.
And.& Anch.& Abba.in c.fi.ne cler. uel mõ.
dicebat,Papam,& Dominos curiales in prohi-
bendo clericis ne audirent leges ciuiles, imita
292 tos fuiſſe uulpes, † quæ ſub ceraſo ſunt: hæ
.n. uidentes ceraſa ab altis ramis pendentia
comedere non poſſe, eadem damnant, ac uili-
293 pendunt. Quo circa refert Anch.† multos
Canoniſtas,ut retuli,dum leges ignorant,fede
lapſos eſſe in ipſis rerum elementis.concordat
Salyc.in l.pręcibus in 3.col.C.de impub.& ali.
294 ſubſtit. † qui uocat canoniſtas miſeros, ꝙ
dando inſtantiam, reſpondent argumentis. Et
295 Bal.in prohem.decret. † dixit: merus cano-
niſta,merus aſiniſta.

Ad hoc tamen.Reſpon.tu, Papã in d.c. fin. *Ratio cur*
ne cler.uel mon.rationabiliter prohibuiſſe, ut *legas prohi*
homines ſint propenſiores ad ſtudiũ Theolo- *bite clericis*
296 gię†non enim ſapientiam ciuilem damnat,
ſed certis perſonis uetat,ne in illo immẽſo pe-
lago immerſi, Theologiæ ſtudia deſerant.Itẽ,
quia clerico oſtendere ſe peritum forenſium
297 cauſarum,eſt opprobrium† l.conſulta diua
lia ad fin.C.de teſtamen. & quod dicitur iura
ciuilia ad iuris canonici ſcientiam neceſſaria,
ſic ꝙ in camera,& ex lectione doctorum cano
niſtarum,leges,quæ ad negocium hoc attinẽt,
haberi poſſunt,ut inquit Hoſt.ibidem & Ant.
298 in c.Raynutius.de teſta.& hoc uerũ:†quia
tota prattica legalis eſt hodie canonibus expli
cata,ut patet intuenti.

Non omitto incidenter Saly. falſo inurere *Defendun-*
299 †notam ignorantiæ canoniſtis, ꝙ reſpõde- *tur canoni-*
ant arg.dando inſtantiam:quia nulla ſecurior *ſtæ a morſi-*
reſponſio aduerſus eum, qui ex uniuerſalibus *bus Saly.*
nititur aliquid concludere. Quoniam ſi propo
ſitio ſumpta ex uniuerſo in parte eſt falſa, tota
efficitur falſa,atq; negari poteſt.c.ſi is qui du-
centa.§ utrum.ff.de reb.dub.ad hoc.c. ſicut ur
geri.1.q.1.nec ſubeat admiratio ꝙ Saly. ita dã
300 nauerit canoniſtas:q.a multi†legiſtæ,neſciẽ *Legiſtæ ne-*
tes ſoluere obiecta canoniſtarũ, dicebãt eos er *ſcientes ſol*
raſſe, ut cõtigit Cy. ꝑut refert Bar.in l.1.§.ꝑſi *uere argu.*
des.ff.de requi.reis. iõ Pau. de Ca.in l.in ꝯcti- *dicũt cano-*
bus C.de nõ num.pec.admonet Cy. ut deſinat *niſtas erra-*
dãnare canoniſtas: q.a fuerunt doctiones in le *re.*
gibus Cyno.ui.Abba. in c.ſuꝑ literis,de reſcr.
301 Quid ſi monachus uellet audire † leges ci *Monachus*
uiles, pro expediendis monaſterij negotijs? *non audit le*
ſol.non poteſt,ut fraus euitetur:& talem ratio *ges etiã pro*
nem reprobat tex.in c.nõ magno. & ibi Anch. *neceſsitati-*
poſt Vincent.& Alan. *bus mona-*
ſterii.

Quid ſi monachus exiuit clauſtrum eo ani *Quod exi-*
mo,ut audiret leges uel phiſicham, poſtea nõ *uit,ut audi*
302 audiuit,† an incidat in pœnã c. non magno *ret leges,et*
ſi non reuertatur ante duos menſes? Abb. cre *nõ audiuit.*
dit talem incidere in pœnam.pondera tex. ibi,
in eo quod uult. exeuntes ad legendum &c.
Monacus autem exiuit ad legẽdum, ut præmit
titur,& intra duos menſes non eſt reuerſus:igi
tur conſtitutionis uerba adaptantur:& ſic pœ-
na.

Hæc probat per ea, quæ not.in c.1.in verſ.
mandauerit. de homic. lib.vj. ubi ex quo illa
conſtitutio uult mandantem uiatorem interfi
ci, eſſe adiectum illis pœnis, quòd etiam ſi re
integra reuocaſſet mandatum, tamen quia
mandando facit cõtra conſtitutionem, incidit
in pœnã.ad idẽ Glo.in clem ne in agro.§.quia
uero,uer.ipſo facto de ſtat.monac. qñ dicit mo
nachos adeuntes curias principum ut noceat
monaſterio.

monaſterio, incidere in pœnam conſtitutionis cum primum intrauit curiam, quamuis deinde non noceat. cum igitur ponderetur exitus & cauſa exitus in c. magno, cum alterum aderit, habebit locum pœna conſtitutionis, adeo, ut illud audire, & legere non ſit neceſſarium ad incurrendam pœnam.

Immo ſi monachus ſe cōferat ad ſtudium ꝓ theologia audienda, & poſtea audiret leges,
303 non incurreret hanc pœnam, † quia ſtrictè ſunt intelligendæ pœnæ: & non excedunt caſum proprium. Pōderatur enim cauſa, propter
304 quam principaliter exiuit monaſterium. † Ad hoc c. cum ex eo. de elect. iuncto c. perpetuæ eo. tit. in vj.

Credo, cum reuerentia, utrumque dictum Abb. eſſe falſum. quoad primū expeditum eſt, quòd regulariter uerba ſunt intelligenda cum
305 effectu, † l. iij. §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. c. intelligentia. de uerb. ſign. c. cogitationis. de pœnit. diſtinct. j. not. in d. c. j. de homicid. At non dicetur exiuiſſe ad audiendum qui non audiuit: ergo, &c. Ad hoc not. per Ioan. Andr. in c. perpetuo. de elect. in 6. dicentem: ꝙ quando pœna imponitur ipſo iure, nunquā incurritur
306 per conatū, qualiſcunque fuerit † Io. de Ana. in c. j. in 3. not. de adult. ipſe Abbas in c. cum in cunctis, in §. pen. de elect.

Item. c. non magnæ, ponderauit aditum, & non exitum cum animo andiendi, patet neceſſario, arg. in d. c. fin. Nam extendit pœnam. c. non magno, ad clericos ſeculares, inquiens, ꝙ ſi illi clerici, de quibus ibi, infra dictum tempus non deſtiterint, pari pœna cum monacis inuoluantur: ergo illud tempus fuit conſideratum à lege, eò quòd audiebant ſcientias uetitas, non eo, ꝙ exiuerant animo audiendi: aliàs & æquiparatio, & relatio fuiſſet perperam facta cum terminus referens ſit in relato cum
307 qualitatibus ſuis † ut dixi ſupra, in princ. & hæc eſt mens Innocent. & aliorum. quicquid Abb. dicat.

Similiter, ſecundum eſt falſiſsimum: quia eſſet aperta uia manifeſta ad fraudem illius prohibitionis, & iret monachus ſub nomine theologiæ, & poſtea ſtuderet iuri ciuili, eſſetq́; deluſa conſtitutio, contra ea, quę habentur in c. quanto, de diuort. immo tenendo illud quod ipſe Abbas firmat in d. c. fin. ſua opin. eſt falſa: dicit enim quòd illa conſtitutio cum ſuis pœnis extenditur ad clericos, de quibus ibi. Si autem illa conſtitutio loqueretur de exeuntibus non audientibus, extenſio non fieret de conſtitutione, ſed de pœna. & cōtra iſtam opin. Abb. aperte tenent Io. And & Anchar.

Ego autem dicerem, quòd aut apparet iſtū religioſum exiuiſſe clauſtrum pro audiendis legibus ciuilibus, ut quia incepit audire: & tunc, quamuis non audiat, tamen quia abſentia ſua pręſumitur durare ex eadem cauſa, ſi non apparet ipſum manifeſte mutaſſe animū, ut quia parauerit libros theologię, & inceperit illis ſtudere, elapſis duobus menſibus, eſt innodatus pœnis illius conſtitutionis: ſed ante duos menſes completos non, ut per Hoſt. & alios in d. c. fin. arg. c. commiſſa. de elect. in vj. aut ſumus in dubio, & præſumitur habuiſſe animum audiendi: quod lex permittit.

At quæro, an cum primum monachus exit, incurrat præiudicia illius text. uel ſint ſpectā- *An monachus exiēs, ſtatim incidat excommunicationem.*
308 di duo menſes † gloſſ. in d. c. fin. tenet ipſos monachos, uel clericos, ſtatim incidere in excommunicationem, & quòd illi duo menſes currebant à die notitiæ conſtitutionis. in contrarium eſt communis opin. doct. dicentium, iſtos duos menſes currere monacho à die exitus de monaſterio: ſacerdoti uero à die, quo incepit audire, Abb. in d. c. fi.

Item quæro, an abſolutio ab illa excommu- *An abſolutio ſit reſeruata Papæ.*
309 nicatione, de qua ibi, ſit reſeruata Papę? † dic quòd non, ſed epiſcopus poterit abſoluere, ex quo ſibi Papa non reſeruauit. c. tuæ. de ſent. ex comm. ita communiter doct. in d. c. magno, & c. fin.

An legatus poſsit diſpenſare cum monacho *An legatus eo caſu diſpenſet.*
310 uel clerico, † qui incurrit præiudicia illius decret. Card. & Abb. quòd non. Ego contra. primo, quia hoc non eſt de maioribus cauſis, & diſpenſatio non eſt reſeruata Papæ, ſed ſedi
311 Apoſtolicę: quo caſu † in iſtis materijs leuibus appellationem ſedis Apoſtolicæ, uenit legatus, gloſſ. in c. auctoritate. de præben. lib. vj. & diximus ſupra.

At contra hoc arg. diſpoſitio. c. non magno, eſt conciliaris, contra quam non diſpenſat le-
312 gatus † c. dilectus. de præben. gloſ. in c. cum dilectus. de elect. gloſ. in clem. j. de elect. Abb. in d. c. non magno.

Item, quia, eſt uerbum, omnino, quod peni-
313 tus excludit diſpenſationē. † gloſ. in clem. ut hi, qui. de ętat. & qualit.

Ad primum reſpondetur, quòd quando concilium aliquid ſimpliciter uetat, quòd in ſe ſit damnabile ut ſucceſsionis futurę, ſpes in beneficijs, & ſim. legato interdicitur talis uetiti cō-
314 ceſsio † d. c. dilectus, el primo. de pręben. Quando autem aliquid non eſt ſimpliciter uetitum, ſed uetitum fieri ſine licentia ſuperioris,
315 † tunc legatus, qui tenet uicem Papæ, poteſt
316 dare talem licentiam † c. cum uenerabilis, de conſuet. c. ſi Abbatē, de elect. in 6. & ibi. ſentit Dom. in fin. illius. §. 1.

Item & .ij. reſpon. ꝙ quanuis iſta conſtitutio ſit edita à Papa in concilio, tamen, ex quo non apparet materiam originatam à concilio, immo à Papa: quia ſub eius nomine inſcribitur,

& editur ut patet in d.c.magno. & in c.super
317 specula, † constitutio erit Papalis, nõ conci liaris, per ea quæ tradit Abb. in c.1.in.5.not.de sponſ.& Moder.in c.1.de iudi. in supra script. Et sic euacuabitur hoc fundamentum, in quo tantùm insistit Abb. de quo tamen dicetur latius loco suo.

Ad id, quod dicit de dictione, omnino, Dic ꝙ ista dictio respicit illum casum primum, quòd non possit dari licentia ut eat, sed non respicit ultimum casum, ubi dispensatio conceditur apostolicæ sedi. Cogitã tamen.

Item super his solet oriri dubitatio, an excusentur à pœna illius canonis scolares studentes

An forma priuilegii excuset scolares Bononienses.

318 Bononiæ † ex quo fama constans ibi uiget quòd studio illi à sede apostolica inductũ est, ut clerici beneficiati inibi studentes, possint audire leges ciuiles. Doct.in d.c.fin.communiter quòd nõ: quia tenetur diligenter inquirere &c. Vide ibi Abb.& alios.

Vbi etiam quid de eo, qui studet in camera: & quid de eo qui uadit non ut audiat, sed ut amicum honoret. de materia.gl.in c.1.37.di.fili.in c.Ecclesia.S.M.col.22.de Consti.in uehit contra canonistas meros.

XLVII. Quia nullus, excepto Papa, potest concedere Diaconis, ut utantur compagibus,

Concedere ut diacons utantur cõpagibus.

319 seu mapulis † c.peruenit cũ c.seq.93.distint. Quid autem compagi, aut mapulæ sint, uario
320 modo intelligitur. † aliqui compagos, idest sandalia, seu calciamenta episcoporum: Mapulas uero, linteamina equorum: & aliàs multipliciter. nobis satis erit, quòd compagi sunt ornamenta sacerdotum. Mapulę sunt ornamenta episcoporum: Diaconis ergo in c.peruenit, inhibetur, ne portent ornamenta sacerdotalia: Sacerdotibus uero, ne portent mapulas, idest ornamenta episcopalia. Vide utrumque &c. & hoc probari satis est.

XLVIII. Quia solus Papa dispensat in deci-

In decimis non dandis.

321 mis non dandis † in c.ex parte.c.significauit. de deci.

XLIX. Solus Papa Dispensat cum clericis conferentibus ecclesiastica sacramenta herę-

Cũ clericis conferentibus ecclesiastica sacramenta hæreticis.

322 ticis † c.excommunicamus.§.sane. de herę.

L. Quia ipse solus habet utrumque gladiũ

Papa habet utrunque gladium.

323 † ut in c.1.22.distint.c.quoniam.x.distin.c. cum ad uerum. 96.distint. c. per uenerabilem. qui fil.sint legit.& est caput ac princeps totius
324 Christianitatis † habens plenitudinem po-
325 testatis † Cæteris episcopis uocatis in partẽ sollicitudinis, ut in.c. ad honorem. de auct. & usu pall. Quam potestatis plenitudinem temporibus nostris, quando omnia mala in præcipiti sunt, in dubium reuocauit quidam perditionis filius, temere asserens Petrum cæteris apostolis parẽ fuisse. de quo, locus iste & seruitutis meæ, ac singularis erga sedem apostolicã deuotionis officium exigit, ut uerba faciam. sed quia libellus iste satis oneratus est, in principio sequentis libri paucula dicam.

Ex hoc casu inferre licet ad multa: ꝑsertim an liceat Ro.pont.exercere uindictã sanguinis, indicere bellum, tractare arma, & id commit-

An Papa exerceat uindictam sanguinis uel gerat bellum.

326 tere alijs clericis. † Super quo dicendum est, quòd bello interesse, & iudicare homines nocẽtes ad mortem, quando iustè fit, non est prohibitum de iure diuino. cũ Moyses, qui sacerdos erat. iuxta illud. Psal.38. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, mãdauit leuitis, ut interficerẽt fratres suos. Exod.33. Et plures ipse sacerdos iudæum coeuntes cum madianita interfecit. Nume.xxv. Samuel quoq; Dei minister Agab. regem in frustra concidit. Reg.1.c. xv. Helias Deo acceptissimus, Baal prophetas extinxit. Reg.iij.c.xxviij. Mathalias Io.filius, & ipse Sacerdos iudæũ Idolis sacra peragẽtes obtrũcat. Machab.j. Itẽ Deo auctore acri bello in digenas Syrios proprijs laribus expelli mandauit. Michael quoque ductoris exercitus munere functus est, cum lucifer tentauit sedẽ ad aquilone ponere: unde bella initium sumpsere. secundum Ange.in §.j. insti.de iure na.gent.& ciui. Christus quoque, ut habetur Io.2. eiecit ementes & uendentes de templo facto flagello ex funiculis: quod armorum usum præstitit. l. armorum. ff. de uer.sig. Et licet ipse dixerit, aduersus Petrum. qui de gladio ferit. &c. hoc intelligendum, quando iniuste, & sine superioris auctoritate. ar. c. quid ad Pet. 23.q.1. Petrus autem iniuste, & sine superioris mandato, Malcho auriculam amputauerat: quia ut dicebat Christus, data erat potestas illa desuper iudęis, ut medio passionis nasceretur regnum Christi: quod erat animarum redemptio. ideo duo sunt animaduertenda. quòd Christus tunc nõ præcepit Petro ut abijceret gladium, sed ut reconderet in uagina, significans cohertionem illam temporalem, quæ per gladiũ designatur exercendam per Petrum, quando esset ad profectum animarum non ad impedimentum, sicut tunc fuisset. Omnis ergo prohibitio facta sup istis clericis, est de iure positiuo: & quando deducitur à iure diuino, intelligitur de clericis, qui uersantur circa iurisdictionẽ, uidelicet spiritualem tantum. ubi uero adest uterque gladius, licet spiritualis principalius consideretur, possunt exercere iura sanguinis, & omnia, præsertim Rom.Pont.c.per uenerabilem. Qui fil. sint legi. Ad propositum igitur. Q. Papa potest nutu suo, non manibus proprijs bellum gerere, & stipendia militibus soluere, ubi iusta ratio suaserit. sicut legimus de Gregorio, qui soluit stipendia militibus Etruscis cõtra Longobardos.c.pridem.c.seq.& nu.8.in registro.23.q.8. sicut etiam legimus de Leone IIII. uiro Sanctissimo.

ctißimo.& de Hadriano.c.hortam.c. igitur.&
Bern.de consid.ad Eug.li.4.Aug. de Anto. in
lib.de Eccl.pot.q.26.art. 4. glos. & Ang.in §.
Rursus.instit.de Acti.Alex.de Ales. in 3. sent.
Thom.2.2.q.40.ar.2.Alexan.in c. Clericum.
50.distinc.hoc tenet,quicũq; tenet,Papam ha
bere utriusque gladij potestatem. cum facul-
tas belli gerendi ueniat in consequentiam. de
præsente hodie habemus extra.Bonifacij, an
Sanctam. de hoc aliàs late scripsi in quodam
meo consilio.

Hi sunt casus,quos ut Rom.Pont. reseruatos accumularunt.Host.& Spec.ubi supra,exprimendo longe maiorem numerum; sed aliquos omisi,uel quia sub expresis continebantur:uel quia(ut ego existimo, & inferius uidebimus)non sunt ita reseruati,quin legato competant.

Noui casus Papæ.

Duos alios casus,etiam ultra præmissos,de
327 iure antiquo soli Papæ reseruatos † quos,
neque Spec.neque Host. uiderant,posuit Ioã.
And.in addi.ad Spec. Primus est in c.fi. de Re
lig.domi. quando concilium prohibet creari
nouas religiones propter confusionẽ, quæ generatur in ecclesia Dei.Secundus in c. Aduersus.de immu.ecc.quos duos casus miratur Io.
Andr. non fuisse animaduersos per Spec. &
Host.

Defenduntur antiqui ab impugnationes Ioã. And.

At dic,neque animaduersos, neque dignos,
qui animaduerterẽtur ab ipsis.Nam.c.fi.Quã
uis certa ratione prohiberet multiplicari Religiones,Tamen non uetabat quin cessante cõstitutionis ratione,pro diuini cultus augmen
to, de ordinariorum licentia admitti posset.
Item,quamuis adesset prohibitio, non tamen
dicebatur non ualere.Nam multa fieri prohi-
328 bentur † &c. c.ad Apostolicam. de regula.
Et ideo postea in d.c.j.de religio.dom.in 6.Papa suppleuit quod illi decretali deerat, & uetuit Religionẽ institui sine Apostolicæ sedis
auctoritate.quare ille casus est potius referendus inter decisiones Sexti.

c. Aduersus.

329 Ad c.aduersus.† dic quod continet duos
casus:unum de excommunicatione: & ille fuit
expressus in generalitate.uersi.17.& unum de
consilio habẽdo à Rom.Pon. in uers. propter.
330 † Et dic,quòd ex quo, materia est permissa,
sed requiritur licentia Papæ, Legatus poterit
eam impartiri per ea, quæ tradit Domi.in d.
c.Si Abbate.§.j.in fi.sed iam ad casus alios.

Casus reseruati papæ per iura sexti & clemẽtinarum.

331 Casus † reseruati Papæ per Iura. Sexti & Clementinarum.

Solus Papa dat facultatem parti

De casibus excommunicationũ,di-
332 cemus in materia † de absolutio
ne ab excommunicatione.

cipãdi fructus absenti in perpetuo.

Primus casus est in concessione facta alicui
de participãdo ꝑpetuo de fructibus beneficij
333 in absentia † quia hæc per solum Papam fie
ri potest:quoniam talis indulgentia est perni-
tiosa.c.fi.de Rescrip.

Etiam si esset limitata ad causam.

Et est aduertendum, quod ista prohibitio
habet locum non solum quando simpliciter di
334 spensaretur,† sed etiam,quando ratione stu
dij,uel residentiæ in altero ex beneficijs curatis,uel permansionis in Rom.Curia, ut inquit
idem tex.Nec ualet si diceres, quando in indulgentia apponitur, donec in studio permanseris,uel donec in Rom.Curia.quasi uideatur limitata gratia, quæ poterit esse non perpetua.

Satis est quòd potest esse perpetua.

Nam satis est,ex quo tempus non est præfini-
335 tum,eam posse † esse perpetuã.l. sufficit.ff.de
condi.indeb glo.in d.c.fi.ubi Io.An.& Domi.
illam sequuntur.Ad hoc decisio Dy. & Bar.in
l.2.uers.quæro,hic dicitur. ff. de publi. iudi.&
Car.in c.ueniens ad fi.de accusa.quando dicatur procuratorem non admitti in causa, quan
do pœna capitalis uenit imponenda, alternati
336 ue,† hoc est, uel pecuniaria, uel capitalis.
Nam,quia posset esse capitalis, non admittitur procurator.ad hoc.l.fulcinius. §. si quis.ff.
qui.cau. in pos. ea. ad idem. l. si usufructus,in
prin.ff.usuf.quemad.caue.glo.pro,& contra in
sti.qui.mo.test.infir.§. 2.Et hanc partem tene,
quamuis aliqui contra:quoniam est fauorabilis ecclesijs.Nam si ratione aliqua honesta uoluerit Episcopus,uel Legatus dispensare, præfigant tempus, & satisfactum erit constitut.
d.c.fi.quæ utinam obseruaretur sicut optime
est ratione fundata.

337 Itẽ opp. quòd legatus posit indulgere: †
quia de hoc uidetur casus in c. cum ad hoc. de
cler.non resi.ubi mandatur Legato sedis Apo
stolicæ,quòd reuocet licentias de non residen
do concessas,tam à Rom.Pont. quàm à prædecessoribus suis.i.Legatis. uel, si libet, patriar-
338 chis:† erat enim ille,cui scribitur, & Legatus, & Patriarcha Antiochenus: ergo alius q̃
Papa dat has licentias de non residendo.

Item, uidetur dicendum, quòd Episcopus
339 dare posit, † quia dari possunt ex causa ad
tempus.c.Ex cod.de elect. ergo, & etiam per-
340 petuo eadem causa subsistente †.l. quæ de
tota.ff.de rei uendi.Et hoc maxime,quia Episcopi est estimare,an absens habeat iustam ab
341 sentiæ causam.† c.fi.de cle.non resi.

Consuetudo de non residendo, quãdo ualeat, & in quibus beneficiis.

342 Sol.ad id,quod de consuetudine † dicitur,
dic,quòd aut sumus in beneficijs simplicibus:
& tunc,aut quis abest ex iusta causa, & potest
induci consuetudo, si ecclesia non indiget
ministris,ut percipiat fructus in absentia, etiã
non deseruiendo per substitutum:aut uero abest quis ex causa uoluntaria, uel ecclesia indiget ministris,& non ualet consuetudo,ut quis

percipiat

percipiat fructus, nisi deseruiendo p substitu-
tum: aut uero sumus in bñficijs curatis,& nõ
ualet consuetudo ut quis percipiat fructus in
absentia,et seruiendo per substitutum. Archi.
in c.sacerdotibus.31.distin.Domi.& Philip.iñ
d.c.fi.ponentes omnia ista membra: & Cardi,
mod.in d.c.sacerdotibus.Feli.in c.cum omnes,
col.xx.de cõsti.ratione assignat: quia talis con
suetudo est corruptela,cum in beneficiis cura
tis sit electa industria personæ.

Ex quibus apparet ualere constitutionẽ in
Sinodo Florentino nobis dictantibus proxi-
Constitutio Florentina.
343 me factam† qua priuãtur beneficiis illi, qui,
uel per se non resederint, uel uicarius de ordi-
narij licentia in beneficijs non posuerint.

Ad arg.igitur patet responsio: quia non ita
obtinet consuetudo, quin indulgẽtia multum
operetur.

Ad id,quod dicitur de legato & Episcopo,
dic quod legatus, & Episcopus possunt dare
licentiam, ut quis ex iusta causa quantocunq;
tempore sit absens:sed indulgentiam dare nõ
possunt:quia indulgentia est gratiæ: licentia
Indulgentia gratiæ, licẽtia iustitiæ.
344 est iustitiæ † Abba.in.d c.Cum ad hoc. Et
no.q absens in seruitio legati,habetur pro pre
sente,secundũ ea,quæ tradit miles in Repert.
in uer.Absens.uers. si.

Nunc quæritur, an Reuerendissimus lega
tus habet facultates huius tenoris.

An legatus habens facultatem de qua hic, det indulgentiã perpetuo de non residendo.
345 *Ac personis quibuscunque ecclesiasticis ad se
recurrentibus, ut ad uitam uel aliud tempus in
Ro.Cu.uel altero beneficiorũ suorũ residendo: aut
literarũ studio in loco, ubi illud uigeat generale in
sistendo fructus, redditus, & prouentus omniũ, &
singulorum bene.pos.obtentorũ & obtinendorum,
ac personalem de iure, statuto, uel consuetudine,
fundatione, aut aliàs resid.requi. Citra tamen quo
tidianas distributiones lib.percip. ual. sunt. per-
ciperent si in.e.ecc.siue lo.resi. & ad residendum
in eisdem inuiti, non ualeant coarctari: prouiso
quod ben.præd.deb.propterea non fraud. obs. &
animarum cura in eis null.negligatur.*

Quæritur,an possit dare istam indulgentiã
perpetuo contra tex.in d.c.fi. Et respon. quòd
propter uerbum. ibi, ad uitam, quod exponi-
tur,perpetuo potest.

Secundo, quæro, an possit hoc sine causa
Et an sine causa.
346 concedere.† Sol. potest, seruatis his,quæ in
facultate exprimuntur:quia,cum causa potest
dare licentiam, ut dixi, & Legatus & Episco-
pus:unde hic conceditur indulgentia & non
licentia. Nec ista res multum obuiat illi decre
tali:quia uult,quod per alium deseruiatur: Et
istis temporibus dantur beneficia multis, qui
per se deseruire nesciunt: & melius ecclesiæ
satisfit p substitutũ.Et hæc indulgentia hodie
parum nocet ecclesijs, si detur: propterea q
qui beneficia habent, ut plurimum, uel pueri,
uel inhabiles sunt.

Tertio, Q. an tales indulgentiæ durent fi-
Legati indulgẽtiæ an durent finita legatiõe.
347 nita legatione. † Sol.durabunt propter uer
348 ba facultatis,quæ non sunt cauillãda. † Sed
late interpretanda c.olim, de uerb. sig. Et hoc
ibi quando dicit,ad uitam.Et hæc facultas, in
quantum est concessa Episcopo uel legato, est
349 fauorabilis, ac late interpretanda † secun-
dum Domi.& Phi.in d.c.fi.

Secundus casus est in c.de consu. in 6. ubi
Secundus casus.
nullus potest esse triplex in ecclesia absque di
350 spensatione sedis apostolicæ † dicemus in-
fra,in materia dispensationis beneficiorum.

Tertius in c. fundamenta. §. ut tamen,de
Tertius casus.
elect.quod personæ uetitæ præficiantur in ur
be Romæ.

Quartus casus est in administratore dando
Quartus casus.
351 ecclesiæ cathedrali † quia illũ dat usus Pa-
pæ.c.is cui.de elect.in 6.c.Ecclesiæ Cathedra-
li.de supplen.negl.præla.

Fallit, quando capitulum uacante ecclesia
Negligentiam capituli supplet legatus in administratore dando.
352 esset negligens in administrãdo: † qm tunc
Archiepiscopus, & per consequens legatus,
hũc dare potest.d.c.ecclesiæ Cathedrali. prius
autem non possent quia Legatus aut Archie-
piscopus non possunt auferre ius tertio.nam
353 †hoc ius administrandi competit capitulo
354 uacante sede †.c.si Episcopus,eod. tit.c.j. de
insti.li.6.Item Papa propter plenitudinem po
testatis,glo.in d.c.ecclesiæ.

Ex quibus nota quatuor esse genera platorũ
Quatuor prælatorum genera in ecclesiis chathedralibus.
355 in ecclesijs Cathedralibus.† Nã aliqui sunt
356 ueri prælati,& hi uocantur Episcopi: † ali-
357 qui uero sunt tantum administratores,† &
hi tripliciter:nam modo uocantur uisitatores
358 † ut in c.Pontifices 7.q.1.c.obitum. c. Cati
niensis.61.dist.modo autem commendatarij.
359 †.c.Relatio.c.qui plures.21.q.1. Quando-
que autem uocantur administratores.d.c. is,
cui poteris addere Iconomum, sed non facit
ad rem.Et quod dixi istos prælatos,intelligo
large:sed de hac materia latius uidebimus quã
do tractabimus de Commenda: quia est mate
ria satis confusa, & male tradita apud docto-
res nostros.

Quintus est dispensatio cum ultramonta-
Quintus casus.
360 no ordinato per Episcopum Italiæ †. con-
tra formam.c.1.de temp.ordi.in.6.

Sextus est,quòd nullus alius præter Papã,
Sextus casus.
potest dare in genere potestatem recipiendi
renunciationem,& conficiendi beneficium re
nuntiatum.c.deliberatione.§.prohibemus. de
Legatus an det potestatẽ recipiendi renuntiationem.
361 offi.deleg.† qui tex.proprie loquitur in le-
gato,sicut etiam non potest concedere faculta
tem conferendi primum uacaturũ simpliciter
362 † Abb.in c.constitutus de conces. præben.

Sed

An epiſcopus cõcedat facultatem recipiẽd renuntiationem.

363 Sed dubium eſt, an Epiſcopus poſsit illam facultatem concedere in genere alicui: & intelligo de eo, qui non ſit officialis generalis, ne diſputemus de his, quæ terminata ſunt in c. fi. de offi. uic. in 6. Et dicendum quod nõ poteſt. glo. in d. §. prohibemus. glo. in c. ſtatutum. §. fi. de præben. eo. lib. Oldra. in conſi. 76. Anto. & Abb. in. c. conſtitutus, de conceſſ. præb. Domi. & Philip. poſt Io. An. in d. § prohibemus, moti ex generalitate rationis illius tex. qui conclu dit etiam in ordinario: Nam per talem faculta tem aperitur uia contra Concilium Lateranen. de quo in c. 2. de conceſſ. præb. ut inquit text. in d. §. prohibemus & tex. in d. c. Conſtitutus: & ita pluries iudicatum fuit in Rota.

Tamen domini de Rota aliàs tenuerunt contrarium, ut habetur in deciſ. Bernardi, deciſ. 5. in tit. de conceſſ. præb. ſecundum impreſſionem meam. & ibi dicit collector ter fuiſſe iudicatum in fauorem ordinarij: & ad tex. in §. prohibemus, dicunt eſſe intelligendum in legato, prout loquitur, cuius iuriſdictio eſt odio

364 ſa & extraordinaria, † ut in cle. 2. de offi. ordi. ideo reſtringenda propter præiudicium ordinariorum.

Nec obſtat ratio. §. prohibemus: quia compellatores errauerunt aſsignando illam rationem, quæ non erat: & ita dicunt, quendam Auditorem Rotæ uiua uoce audiuiſſe ab uno compilatore illius conſtitutionis, quòd fatebantur ſe erraſſe imponenda ratione illius tex. Nam quando habetur beneficium per renun-

365 ciationem † non datur uotum captãdæ mortis, ut requirit Concilium Lateranen.

His tamen non obſtan. tene primum: quia ſe hoc inhibet legato: igitur tanto magis Epiſcopo, cum legatus ſit maior quocunque ordi

366 nario poſt Papam †. c. Si abbatem, de elect. in 6.

Nec obſtat, quòd dicunt de ratione falſa: quia hoc eſt nephas aſſeuerare, ut inquit Domi. in §. prohibemus. cũ omnia ſuperflua ſint reſecanda, ut in prohœmio Sexti. tamen nota ſemper illam deciſionem, quòd licet nobis re-

Licet nobis reprehendere rationẽ tex.

367 prehendere † rationem tex. & adde gloſſ. in l. Si ſic. ff. qui. mo.

Aequum tamẽ eſt ut per quaſcunque etiam ſubauditas interpretationes defendamus ra-

368 tionem legislatoris † per not. in c. quòd autem uxor. 30. q. 4. Et in c. ſi quando. de reſc.

Ratio quare prohibetur beneficium cõferri antequã uacet.

Et quòd ratio Concilij urgeat, probo. in Concilio Lateranen. prohibitum eſt, ne bene-

369 ficium conferatur antequam uacet † & hoc multiplici ratione. Primo, ne detur occaſio captandæ mortis: & ut quando uacat, poſsit prouideri de perſona idonea. c. relatum. de conceſſ. præben. Item ne ſucceſsio hæreditaria, uideatur habere locum in beneficijs. c. ex parte. de filijs præsbyt. c. apoſtolica. 8. q. 1. iſtis tribus cauſis iura uetuerunt ius acquiri in beneficio uacaturo: & ideo tex. in c. Relatum, & in c. Ex tenore. de conceſſ. præb. faciendo mentionem de Concilio Lateranen. ponderant tantũ hoc,

370 quomodo † promittatur beneficium antequam uacet, & quòd dicatur fieri contra Concilium, quando aperitur uia, ut quis habeat ius in beneficio non uacante. At iſta ratio eadem habet locum, quando conceditur alicui facultas recipiendi reſignationes, & conferendi: quia iſto modo facilius habens nepotem non idoneum, prouidebit illi de beneficio ſuo: & aperitur magis uia ad promittenda beneficia, antequam uacent. & ad ſimoniacas pactiones. de facili enim paciſcetur, qui uolet beneficium cum renunciãte, & cum eo qui in tali caſu habet auctoritatem conferendi, ut re ipſa conſtat. bona eſt igitur ratio tex. in §. prohibemus. quæ dicit, quod per hoc poſſet aperiri uia ad habendum beneficia uacatura. contra Concilium Lateranen. Nam conſiderauit pactiones, & promiſsiones de beneficijs, quæ fieri poſſent, quando partes eſſent ſecuræ, quòd beneficium conferetur ei, pro quo renuntiarẽt,

371 cum aliàs renuntiatio debeat eſſe libera † c. ex tranſmiſſa. de renunt.

372 Item fieri in manibus ſuperioris †. c. admonet. eo. tit.

Item magis poſſet frequentari hęc fraus in articulo mortis: quoniam Rectores eccleſiarum in extremo conſtituti, de facili haberent quos uellent ſucceſſores.

Sed finge text. erraſſe in ratione, an nulla eiuſmodi cõſtitutione ſubeſt ratio? utique aliqua etiã non expreſſa, per not. in l. in Quãuis, C. de fideicommiſſ. ſed non poteſt eſſe niſi aliqua ex præmiſsis, quæ pariter militant in Epiſcopo. igitur &c. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Nec ualet, ſi dicas: ſpecialiter ſtatutum eſt in legato ad reſtringendum iuriſdictionẽ eius: quia hoc non cõſtat: immo conſtat quòd tex. mouetur ratione facti indecentis, non ratione odij perſonæ. Ergo cum id ſaltem conſtet in quem factum, non perſonam damnatam, erit accipienda ratio ſi expreſſa non ſufficit ex parte facti damnati, non ex parte perſonæ, quam Papa in beneficijs conferendis ampliori prærogatiua proſequetur. c. 1. hoc titu. in 6. Rationes autem facti damnati ſunt communes: igitur, &c.

Item ego quæro à te. in d. c. conſtitutus, & in d. c. ſtatutum. in fi. de præb. li. vj. dicitur, qđ Epiſcopus non poteſt committere collationẽ

373 beneficiorũ, niſi ſuo uicario generaliter, † ne aperiatur uia ad promittendum beneficia uacatura: an ualebit ſaltem iſta facultas reſpe-

374 ctu beneficiorum renuntiatorum? † nemo eſt

est qui non dicat habentem talem facultatem non posse etiam uacantia per renuntiationem conferre: Nam ratio.c.Constitutus.in fi. est tā tum, ne per talem facultatem aperiatur uia ad promittendum beneficia, antequam uacent: quæ promissio facilius cōtingere potest quando interuenit renuntiatio.

Et illa ratio ne detur uotum captandæ mortis, quamuis impulerit pontificem ad ita statuendum, non est finalis, sed impulsiua, sicut

Causa in dubio ĩpulsiua.

375 † in dubio præsumitur omnis causa.l.Titio in prin.ff.de condi.& demonstra.l.Sed si mors in fi.ff.de don.inter uirum & uxorem.l.si mulier.& ibi not.ff.de iur.dot.l.2.& 3.in fi.ff. de donatio.Et hoc maxime uerum, quando dictū latius se habet quàm ratio.Io.An.& Domi.in c.pen.de immu.eccl.in vj.Philip.in c.cum cessante.de appel.sicut est in casu nostro, ubi est generaliter, prohibitio, ne promittantur beneficia, non uacatura:& sic euitatur glo.in l.cum tale.§.legati.ff.de condi.& demonstra.

Aliàs, si uolles dicere oppositum, sequeretur, quod Episcopus posset promittere beneficium uacaturum, per renunciationem: quod falsum esse, non expedit ostendere.

Redeundo igitur ad casum nostrum, dic qđ sicut legatus nō potest concedere facultatem recipiendi resignationes, ita nec Episcopus: quod tenet Rot.in decis.397.in nouis.quomodò ante hoc uterque possit, uide Abb. distinguentem in d.c.constitutus.

Potest committi resignatio ex cā permutationis.

Vnum tamen nota.quòd legatus posset cōmittere uni, ut acciperet resignationem eo-
376 rum, qui permutare uellent, † ut per Domi. in.d.§ prohibemus.

Item & disiunctim posset cōmittere: ut si committeret uni: ut reciperet resignationem:

An cōmittatur disiūctā ut unus recipiat resig. alter conferat.

377 alteri ut conferret † Rot.in prællega.deci. 397.Nam tex.in §.prohibemus, loquitur quādo uni cōiunctim committitur ut recepta resignatione conferat: tunc enim uertitur periculum.sed si dat uni tantum facultatem recipiendi resignationem, hoc nō est contra illum tex.qui copulatiue illa duo requirit l.si is qui.§.utrum.ff.de reb.dub.similiter non habebit locum ratio tex.quando beneficio iam uacante per resignationem, alicui committitur ut conferat, uel etiam eidem, qui renuntiationem iam admisit, glo. in d.c. deliberatione.§. prohibemus.Rom.in deci.397. in nouis.adde. quod d.Gondis.in fi.9.q.mouet dubium, an legatus possit committere alicui receptionem
378 renūtiationis beneficiorū † & inuoluit se, recitando dicta archidiaconi, & Io. quæ loquuntur in alio casu. Nam quæstio, quam ipse ponit, est quæstio præcedens, decisa per glo. & omnes, ut dixi: quam ēt ipse sequitur. Sed dicit communem esse in cōtrarium, alleg.Ioā.And. & Archi. qui nō loquuntur, ut ipse credit, sed dubitant, an in casu quando legatus committit uni coniunctim cōtra terminos tex.nostri, ut recipiat resignationem, & conferat, posito quòd resignationem recipiat, uacet beneficiū. Et sic ualeat saltem renuntiatio. Nam potest ualere renuntiatio, etiam si non ualeat collatio:& hic irritatur concessio non renuntiatio. Tamē Ioā. And. Archi. & omnes concludunt, quòd non ualet: quia tex.irritat omnē concessionem factā per legatum de recipiendo renūtiationem &c.quod est uerum.

Septimus, est in beneficijs uacātibus in cu-
379 ria † c.ij.de præben. in 6. hæc enim Rom. Pontifi.reseruata sunt, ut ibi.

Prosequitur casus reseruatos Papæ.

Octauus, est dispensatio cum religiosis, ut
380 habeant plures prioratus † uel ecclesias c.Cū singula, de præben.in 6.de quo dicemus infra in materia beneficiorum.

381 Nonus, in dando coadiutorem Episcopo † c.5.de elec.Aeg.lib.6. de materia coadiutoris, dicemus in materia beneficiali loco suo.

Decimus, est in c. hoc cōsuetissimo, de reb. eccle. nō alie.in 6.circa recognitiones, & submissiones ecclesiarum, dicemus loco suo.

Vndecimus, & duodecimus, in c. 1. de relig.domi.in 6.

Tertiusdecimus in c.5.de Scismaticis, eo.li.

Quartusdecimus, in c.5.de.exces.pla.eo.li. circa acquisitionē nouorū locorū, uel antiquo-
382 rū mutationem per mendicantes faciēdā. †

Quintusdecimus, in c.felicis.§.Cum autem de pœni.eo. lib. ubi missi ad pœnitentiam agendam ultra mare, non possunt redire sine li-
383 centia Roma.Ponti. †

Sextusdecimus, est immutatio, uel dispensatio contra c.ubi periculum.quæ soli Papę cōceditur, ut in cle.Ne Roman.de elec.

Septimusdecimus, est in cle.6.plerisq;.eo.ti. ubi nullus præter Papam potest prouidere ec-
384 clesijs carentibus clero, & populo. †

Decimusoctauus, in citatione per edictū
385 fienda † secundum formam Clem. dudum, de iudi.quia fit tantum mandante Papa.

Decimusnonus, est in clem.quia contingit, de relig. domi. & in hoc no. glo. in uers. sedis Apostolicę: quæ dicit, solum Papam posse alte-
386 rare usum illorum, q̄ p̄ fideles donata sunt † uel relicta: de quo dicetur in materia, quid possit legatus circa testamenta.

Vigesimus, quia solus Papa moderatur &
387 declarat priuilegia à sede concessa. † cle.1. de censi.c.2.de deci.lib.6.c.5. de stat. reg. nota plene in reg.decet, in glo.fi.eo.lib.

Vigesimusprimus, in reseruatione fructuū
388 beneficiorum uacaturorum, † de quo in c.Si Papa. in glos. Concedimus, de resc. in vj.& dicemus infra.

Vigesimus

Vigesimus secundus, est in appellatione ad
389 Papã interposita super cõfirmatione:† quo
niam tunc non potest adiri legatus, nisi sit ap-
pellatio manifeste friuola, quæ non de uol-
390 uat † glo.in c.cupientes.§.i.in uers. appella
tio.de elec.in 6. & dicitur in materia iudiciali.
Vigesimus tertius, est ĩ Abbatissa, q̃ minor
391 30.annis, non potest postulari nisi a Papa†
c.itẽ c.indemnitatibus.§.1.in uers.eligatur.de
elect.in 6.dicã infra.& in simili est glo.in Cle.
1.in uers.eligatur eo. titu. ex quibus colligo.
quòd ubi lex prohibet electionem, non pro-
392 hibet postulationem, † sed postulatio de-
bet fieri à Papa.
Vigesimusquartus casus habetur in gloss.
4.in cle. literis, de probatio.
Vigesimusquintus habetur ex q.disputata
per Io. An.in reg.indultum, de reg.iur.li.6.

Nunc ponuntur casus reseruati Papæ per extrauagantes diuersorum Pontificum.†
393

Extrauagãtes an ligent.

394 EST igitur sciendum, quòd extra
uagan. † Rom. Pont. postquam
publicatæ sunt, ligant, ut plene
not.glo.in prohœm.clem.j. in uers. de cætero.
& in cle. nolentes.de hæreti. & sententia lata
395 contra eam, est nulla † sicut quando lata est
396 contra legem scriptam † Bal.in.l.2. C. quã
do prouoc.non est, nec.de quo tamen uide la-
tius per Franc. de Paui.in ꝓhœm. Extrauagã.
Io.22.ubi etiam ponit quid de reg. Cancella-
riæ, & quid de decis. Rot. & per Feli. in. c.1.
col.6.uer.4.limita.de re iudi. ubi late attingit
397 † quanta fides sit danda extrauagan.† An
398 liceat illam ignorare, an deducere in arti-
399 culis † & teneatur pars respondere. omit-
tam casus excommunicationum, quarum ab-
solutio reseruatur Papæ: quia de his loco suo.

Casus reseruati per extrauagã.

400 Primus casus† est, ut nullus possit esse Co
mes, uel Capitaneus in terris, quæ sunt de pa-
trimonio ecclesiæ, extrauag. Ioã.22. Ecclesiæ
Rom.in tit.de maio.& obed.
Secundus casus est, quando aliquis acceptat
secundum beneficium incompatibile: & illius
pacificam possessionem adeptus est, uel per ip
sum steterit quominus adeptus fuit: ita uacat
primum incompatibile, quòd tenetur illud sta
tim resignare in manibus ordinarij, & si nõ re
signauerit sine fraude, utrũq; uacat, & eius col
latio est soli Papæ reseruata, extraua. execrabi-
lis Io.22.de ꝑben.§.qui uero deinceps: de quo
ẽt uide in extraua. eiusdẽ, ut quos.de offi.ordi.
Tertius est in extraua. Ad Apostolatus Ioã.
22.de concess.pręben.ubi facta diuisione, Epi-
scopatuum nihil adimi potest de iuribus Ar-
chidiaconi, & aliarum dignitatum ecclesiæ di-
uisę, nisi quantum per Papam uel in ipsa diui-
sione uel postea fuerit ordinatum.

Vacãte imperio nullus potest esse Vicarius.

Quartus casus est, quòd uacante Imperio,
nullus potest assumere nomen Vicarij Impe-
ratoris, uel cuiuscũque alterius officij sine spe
401 ciali licẽtia Papę, uel sedis apostolicæ†, & cõ
trafacientes puniuntur, extrau. si fratrũ.Io.22.
ne se.uac.ubi aduertit, in quantum dicit, sine li
centia nostra, uel sedis apostolicæ, uidetur qđ
402 non extendatur legatus, † Et maxime quia
in prohibitione numerat Patriarchas, Episco-
pos, & nullam mentionẽ facit de legatis, quasi
tunc factum legati, dicatur factum sedis ap.
403 † & per illum conseruetur iurisdictio ec-
clesiæ Rom.c.si abbatem, de elec.in 6.facit qđ
dixi supra, quando disputatum est, an factum
404 legati, sit factum sed.ap. †
Quintus est dispensatio, ut quis possit assu
mere habitum fraticellorum, & pizochorum:
405 quia soli Papæ reseruatur† extrauag.Io.22.
Sancta Rom.de relig.dom.
Sextus, in relaxatione pœnarum, de quibus
in extrau.dierũ de pœnis.Io.22. de quibus ta
men pœnis sigillatim dicemus locis suis.
Septimus, in Extraua. Io.22. ad Conditorẽ
in fi.de uerb. sig. ubi pro bonis relictis fratri-
bus Sancti Francisci, nullus potest agere no-
mine Ecc. Rom. sine speciali mandato sedis
406 apostolicæ.†
Octauus, ut Regulares mendicantes, & se-
culares minores 27. annis postulentur ad cer
407 tas ecclesias, solus Papæ dispẽsat:† Et cõtra
riũ faciẽtes, nõ habita eius dispẽsatione, puniũ
tur, extrau.Io.22.dispendiis, de postul.prælat.
Nonus est contra episcopos, & Abbates, &
alios prælatos, qui apud sedem apostolicam ꝓ
mouentur, ut sine literis Papæ non admini-
408 strent. † Nã nec ipsi debent se administrari
409 ingerere, nec alij eos recipere. † Et contra-
rium faciẽdo tam diu sunt à beneficiorum ad
ministratione suspẽsi, donec per sedem aposto
410 licam dispẽsetur. † Extrau. Io.22.iniuncta.
de elect. Et credo istum casum specialissime
reseruatum.
Decimus est Extrau. eiusdem ex debito pa
storalis, de electione: ubi specificat omnia be-
neficia, quorum collatio est Rom.Pont. reser-
411 uata: † & est extrauag. Benedicti.12. Ad
Regimen, de præb.& in illa, quæ sequitur.
Vndecimus, Extra. eiusdem, quia cunctos.
de offi.custo.ubi fratres mendicantes non pos
sunt habere plures campanas sine speciali li-
412 centia sedis ap. † in hoc credo, legatum ex
413 causa posse dispensare: † quia factum eius
dicitur factum sedis apostolicæ in his, quæ nõ
414 sunt multum grauia† per ea, quę in superio
ribus dicta sunt.

E Duodecimus,

Duodecimus, ut ſolus Papa diſpenſet non
eo, qui male alienauit bona eccleſiæ inconſul-
to Rom. Pont. ſuper beneficijs retinendis,
415 † in Extra. Pauli II. Ambitioſæ. de reb. eccl.
quam extrauagantē ſolemniter commentatam
416 unam tribus alijs propediem in lucem † (Si
Deo placuerit) dabimus.

Decimustertius, quòd nec Inquiſitores hæ
reticæ prauitatis, nec ordinarij poſſunt proce
dere ſine licentia Papæ contra officiales Rom.
417 Cu. Extrau. Io. 22. Cū Mathæus. de hæret. †

Decimusquartus, eſt in extrau. Pauli. 2. Et
418 ſi dominici. de pœni. & remiſ. † ubi abſolu-
tio offenſæ eccleſiaſticę libertatis, uiolationis,
interdicti, ab apoſtolica ſede emanati, crimi-
nis hæreſis conſpirationis in perſonam, aut
ſtatum Roma. Pont. uel ſed. ap. rebellionis ab
419 eiſde † præsbitericidij, offenſę perſonalis in
Epiſcopū, ſeu alium prælatum, inuaſionis Ro
mipet. ſeu aliorum quorumcunque ad Rom.
420 Cur. uenientium, prohibitionis † deuolutio
nis cauſarum ad eandem curiam, delationis ar
421 morum ad partes infideliū, † impoſitionis
nouorum onerum, realium uel perſonalium
422 eccleſijs, aut eccleſiaſticis perſonis, † ſimo-
niæ ſuper ordinibus uel beneficijs aſſequen-
423 dis ubicunque contractæ † reſeruatur Ro-
man. Ponti. ita quòd in generali quacunque
abſoluendi facultate, iſta nunquam intelligā-
tur conceſſa.

Decimusquintus, ꝙ ſine ſpeciali licentia
Papæ, non pōt interdici ciuitas pro debito do
mini officialium, aut priuatarum perſonarum
424 † extrau. Bonifacii. 8. proinde attendentes,
de ſenten. excommu.

Decimusſextus, eſt in extrau. Iul. 2. cum tā
425 diuino, quàm humano: quæ loquit de † elec.
Roma. Ponti. magna prouidentia, & exquiſi-
tis remedijs prouidens ne in Roma. Pont. ele
426 ctione Symonia committi poſſit, † inhibe-
tur enim alteratio illius conſtitutionis etiā
collegio Cardinaliū ſede uacante, Sancta quip
427 pe, & nunquam ſatis laudata conſtitutio, †
quæ utinam perpetuis tēporibus obſeruetur:
& quæ cauſa fuit ut Sanctitas ſua, quæ nun-
quam in pecuniæ theſauris ſperauit, ad ponti-
ficatus dignitatem promoueretur.

Decimusſeptimus, Colligi poteſt in ex-
trau. Leonis. x. Concil. Lateranē. in decima ſeſ
ſione, de non amouendis rectis cauſis à foro
428 ordinariorum ante ſentētia diffinitiuam. †

Decimusoctauus, in remisſione pœnæ
applicandę fabricæ Apoſtolorū Petri & Pauli,
429 cōtra † imprimentes libros abſque ſubſcri-
430 ptione inquiſitoris, uel Epiſcopi † in extra.
eiuſdem ea. ſeſſ. inter ſollicitudines.

SECVNDI LIBRI FINIS.

LIBER TERTIVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 Legatus de latere in conferẽdis beneficijs, quã habeat facultatem.
2 De suprema Pontificis auctoritate remißiuè.
3 De collationibus legatorum lib. 3. tractari, & diffiniri pariter multas quæstiones tum iucundas, tũ utiles, ab alijs prætermissas.
4 Et quæ quottidie in sacro Rotæ auditorio in controuersiam ueniunt discutiuntur.
5 Ibidemque obiter de intellectu plurium regularum, & materia iuris patronatus.
6 Legatus, quòd conferat omnia beneficia in prouincia sibi decreta.
7 Legatus, institutiones, & confirmationes ne dũ inferiorum, sed & episcoporum, & Abbatum approbat, & confirmat.
8 Legatũ, canonicatus ecclesiæ cathedralis cõferre.
9 Beneficia si quæ sint iurispatronatus ecclesiastici, legatum conferre, & de illis prouidere.
10 Beneficia de iure patronatus laicorum ex cõsuetudine, uel præscriptione inducta, legatum conferre.
11 Beneficia exempta, legatum conferre.
12 Legatum exemptorum quorumcunque ordinarium fore.
13 Legatus de latere, quòd conferat etiam beneficia deuoluta ad Pontificem, & in quibus casibus procedat, & non procedat assumptum.
14 Legato si currat tempus conferendi.
15 Legato etiam extra prouinciam ius conferendi competere.
16 Legato iure ordinario ius cõferendi competere, & quo casu.
17 Legatus, quòd quocunque tempore cum ordinario concurrat.
18 Accessorium, quòd sequatur naturam sui principalis.
19 Finẽ attendi, in quacunq; re, non aũt principium.
20 Legatus, quòd tunc decimum concurrat cum ordinarijs, in his scilicet, quæ faciãt ut ordinarij, & de rebus, quæ sunt in prouincia.
21 Legatus Bononiæ, quòd aliter non possit conferre, beneficia in Gallia, & Hispania, si quando spectẽt ad collationem Abbatis Nonantulani uel Cruciferorum.
22 Potestates deuoluta ad aliquos ex alijs Prouincijs, non deuolui ex eo, quia de Prouincia, sed ex eo, quia caput religionis, quæ non concluditur in Prouincia.
23 Legato tanquam gerenti uicem duarum personarum, an competat duplex tempus ad conferen.
24 Legato si quando sit deuoluta collatio, uel si conferat iure suo, an teneatur cõferre hominibus illius agnationis, uel cognationis, sub distinctione quadam.
25 Facultas legati in conferendo si competat iure ordinario siue extraordinario, quis sit effectus.
26 Legati iurisdictio in conferendo, quòd amplianda sit, non coangustanda ex eo, quòd respiciat Papam dantem.
27 Legatus in beneficijs cõferendis, quòd quam maxime priuilegiatus existat.
28 Actus odiosi, & fauorabilis concursus, id præualere, quòd magis fauorabile.
29 Taciturnitas, quòd aliter non uitiet collationẽ inferioris collatoris, si eidem competat ius cõferendi consuetudine, uel priuilegio.
30 Inferior collator, quòd conferat iure extraordinario.
31 Ordinarium dici, si quod à iure datur, & promittitur alicui.
32 Motus proprius in literis legati si tollat subreptionem.
33 Legati, ꝙ gerant uices Papæ iure proprio.
34 Literæ Papæ, et legati, uitio surreptionis, et obreptionis expositæ, quòd uitietur ipso iure.
35 Literas inferiorũ per surreptionem non uitiari.
36 Papa, & Legatus non præsumuntur informati de qualitate beneficij, & beneficiandi.
37 Ordinarius uisitando, & Sinodos faciẽdo, omnia nouit quo ad beneficia, & si quibus prouideri contigerit.
38 In literis legatorum, quòd de beneficijs obtentis mentio fieri debeat.
39 Limitatio ad idem.
40 Permutatio, quòd non sit libera collatio.
41 Delegatus, ꝙ debeat se cõformare stilo delegãtis
42 Valor beneficij, quòd exprimi debeat non minus in literis legati, quàm si à Papa impetrari contingat.
43 Qualitatem beneficij hoc præsertim tempore quàm maximè attenden. fore.
44 Motus proprij effectus, est gratiam ampliandĩ.
45 Motus proprius, quòd aliter non operetur circa qualitates intrinsecas.
46 Motus proprius, quòd non tollat oppositionem iuris communis.
47 Cautela pro aduocato ne de facili opponat de surreptione, sed de grauamine, & alijs defectibus Motus proprij.

48 Motus proprius licet tollat impedimentum surreptionis, quòd tamen non tollat alia impedimenta.
49 Falsam causam, motum proprium uitiare tanquam non procuratum à parte.
50 Rescriptum uitiari propter generalem conditionem subintellectã si preces ueritate nitantur, cum censeatur non procuratum à parte.
51 Præbendam uacaturam, si quando Papa cuiquã contulerit uigore motus proprij, quòd fiat plenißima interpretatio.
52 Gratiam motu proprio concessam, fauorabilem diiudicari.
53 Valor beneficij, quòd sit quid extrinsecum ab ipso beneficio.
54 Generalis clausula non obstan. quid operetur.
55 Clausulæ motus proprij plures effectus.
56 Concessa motu proprio, quòd censeantur concessa ob merita.
57 Prouisus à Papa per modũ motus proprij, quòd præferatur à prouiso ab ordinario habenti possessionem.
58 Dictum huiusmodi in Rota aliter non obseruari.
59 Concessio motus proprij ad Papæ, & sedis Apostolicæ beneplacitum, quod duret etiam post illius mortem.
60 Limitatio ad idem.
61 Motu proprio concedi, & id, quòd petitur.
62 Gratia concessa Motu proprio, quòd certo modo dicatur impetratio.
63 Exceptio de gratia Motus proprij concessa, quòd fuerit concessa ad sollicitationem partis in Rota reiecta.
64 Rotam de procuratis a partibus Motu, proprio quandoque male sentire.
65 Legatus si quando utatur clausula Motus proprij.
66 Clausulam Motus proprij per testes non probari, sed per literas tantum, in quibus de ea constare debet per illius specificam expreßionẽ.
67 Instrumenta propter confeßionem partis habere executionem paratam, si quando de eadem confeßione in literis expreße constet & non aliàs.
68 Ampliatur dictũ etiam si quando uehementes præsumptiones concurrant.
69 Clausula Motus proprij quemadmodum per testes non probatur, non item contrarium probari poße si, in literis sit adiecta.
70 Legatus, quòd nõ sit legibus solutus sicut Papa.
71 Gratia legati, quòd non sit ita fauorabilis sicut gratiæ Papæ.
72 Factum Papæ rectum præsumi, non sic de facto inferioris, qui debet examinare uitam eius, cui prouidet, & quare prouideat.
73 Clausula Motus proprij in literis legati adiecta si quando nihil operetur.
74 Impetrationem, quòd multa impediant, quæ collationi aliter impedimento non sunt.
75 Limitatio, quòd Motus proprius Papæ non admittat probationem in contrarium.
76 Legati an conferant in mensibus expectantium.
77 Legatus, quòd non poßit conferre, beneficia Archiepiscopi habentis indultum.
78 Et ĩt in indultis Cardinalium taliter obseruari.
79 Gratia facta uni ex una causa quòd nõ debeat nocere alteri ex alia causa.
80 Legato si competat facultas conferendi beneficia reseruata, an conferat in mense expectantium.
81 Legati collatio an reconualescat, si expectans aliter non acceptet.
82 Legatus an conferat Cathedrales, regulares, collegiatas, & ecclesiarum Cathedralium electiuas dignitates.
83 Electiua beneficia si quis quærat sine electione, quòd ambitiosus is sit.
84 Electiuum beneficium, & Collegiatum, quod nã esse intelligatur.
85 Collegiata ecclesia quomodo dignoscatur.
86 Collegium quot faciant, & si tres hi sint.
87 Diminuto numero collegiatorum, ecclesiã ipsam nihilominus collegiatam remanere.
88 Ius Collegij etiam in uno conseruari.
89 Et si omnes deperire contingeret, non propterea perire ius collegij, sed interim dormitare, resurgendo postmodum alijs institutis.
90 Collegij signa si quæ sint & nu. 91.
91 Ecclesia si quando dicatur esse in quasi poßeßione Collegij.
92 Signa indicantia collegium, quòd præcipua sint si syndicum facere consueuerint, iurare per eũ tenere sigillum commune, Prælatum eligere.
93 Legatus an conferat regularibus collegiatas non electiuas.
94 Legatus, quòd sit ordinarius collator, etiam in beneficijs exemptis.
95 Episcopi, quòd non poßint conferre beneficia spectantia ad electionẽ ecclesiasticarũ personarũ.
96 Legato autem permissum.
97 Legatus si quando conferat plebanias.
98 Item collegiatã ecclesiam habitu tantum, & non actu.
99 Idem iudicari de habitu, qui potest deduci ad actum, quod & de ipso actu.
100 Legatus si conferat dignitates non electiuas etiam indistinctè.
101 Et an electiua ad Episcopum deuoluta ex capite negligentiæ eligentium.
102 Legatus si ex duabus dignitatibus pontificalibus in ecclesia, non satis constito quænam maior utramque conferat uel nullam.
103 Et nullam conferre nonnulli uoluerunt, in quam rem consuetudinem attendendam.
104 Dignitas si quæ dicatur maior post põtificalẽ.

Maioritas

105 *Maioritas, quòd possit esse diuersa respectiue.*

106 *Maioritas, quòd intelligatur de prælatione, & attendatur consuetudo ecclesiæ.*

107 *Archidiaconatus, quòd sit maior dignitas in ecclesia, consuetudine circunscripta de iure communi.*

108 *Maior dignitas eius, qui sedet in altiori loco. nonnunquam reputatur.*

109 *Vicarius episcopi, quòd maior Archidiacono.*

110 *Legato si quãdo concessa sit, facultas conferendi dignitates maiores, an electiuas conferre possit, & ualeat.*

111 *Dispensatio licet sit stricti iuris, quòd tamen non debeat esse absque effectu aliquid operandi.*

112 *Legatus si habuerit facultatem cõferendi omnia beneficia spectantia ad collationem, prouisionem, institutionem quorumcunque, quòd nõ possit prouidere de electiuis.*

113 *Verum si in facultate expressum appareat de beneficijs spectantibus ad dispositionem quorumcunque, uel de omnibus beneficijs in genere, quòd utique etiam de electiuis prouidere possit, & ualeat.*

114 *Legati facultatem aliquando strictius interpretari, quàm mandatum de conferendo.*

115 *Mandatum de conferendo quantumuis generale, quòd non comprehendat beneficia electiua, & collegiata, nisi specialiter expressum sit.*

116 *Legatus an conferat beneficia reseruata collationi Papæ.*

117 *Quòdque eidem interdicta sit collatio huiusmodi, nisi de speciali mandato.*

118 *Legatus, licet cõferat beneficia deuoluta, quòd tamen reseruata aliter non conferat.*

119 *Nuncius apostolicus, uel legatus si habuerint auctoritatem componendi cum his, qui iniuste tenent beneficia, quòd nõ poterint componere cum his, qui tenent reseruata sine speciali mandato.*

120 *Reseruata conferre si cui datum sit, quòd is non conferat generaliter reseruata.*

121 *Reseruatio generalis, quæ nam sit.*

122 *Beneficia uacantia in curia, quòd specialius cæteris sint affecta Papæ, & sub generali facultate aliàs non ueniant.*

123 *Beneficia reseruata, quæ nam esse intelligantur, & infra 126.*

124 *Beneficia uacare apud sedem, quando dicantur.*

125 *Beneficia uacare in loco, quomodo dicantur.*

126 *Reseruata beneficia si quæ dicantur & supra 123.*

127 *Legato si competat facultas conferendi omnia beneficia familiarium, an extendatur ad reseruata.*

128 *Genus, quòd capiat species inclusas, si quando simus in fauorabilibus, non secus, ac si specialiter expressæ essent.*

129 *Auctoris opinio super contentis in proximo. præcedenti nume. 126.*

130 *Legatus si habeat generalem facultatem conferendi omnia beneficia qualitercunque uacantia, an conferat reseruata.*

131 *Reseruationis causa, si quando cesset, quid dicendum.*

132 *Semel affectum, semper, & perpetuis futuribus temporibus affectum remanere & diiudicare.*

133 *Legatus an conferat beneficia familiarium suorum, qui aliàs fuerint familiares Papæ.*

134 *Cardinalem de Medicis consimilem facultatem habuisse.*

135 *Auctor, de quo primum tempore, Rotæ auditorum numero aggregatus fuerit.*

136 *Familiaritatis prærogatiuam durare quousq; duret familiaritas.*

137 *Familiaritatem cessare per recessum à familia animo amplius non redeundi.*

138 *Regulæ de familiari Cardinalis defuncti, transeuntis ad familiaritatem alterius Cardinalis locum esse, si Cardinalis uiuentis consensus in collatione beneficiorum eius intercesserit.*

139 *Indultum concessum ab Alexandro VI. Regi Valentino, quo ad eius familiares.*

140 *Familiares familiarium Papæ, an ueri familiares Papæ intelligantur & sint.*

141 *Indultum ad effectum prærogatiuarum.*

142 *Familiares si qui sint ueri et non ficti.*

143 *In his, quæ de pendent à uoluntate agentis, quòd in dubio actus sit uerus & non fictus.*

144 *Verbum, uidetur, quid importet.*

145 *Veri familiares cum commodis, & incommodis intelligantur.*

146 *Quæstio illa de ueris, & fictis familiaribus quòd de tempore auctoris penderet indecisa.*

147 *Veri familiares, ut qui dici possint, ad id requisita necessario.*

148 *Familiarium appellatione in odiosis continuos commensales aliter non uenire.*

149 *Familiares aliàs, & quam plurimis modis dici.*

150 *Continui commensales qui nam esse intelligantur.*

151 *Familiares familiarium Papæ, quoad prærogatiuas in beneficialibus, familiares Papæ non dici, nisi in tinello comederint, nisi in casu, ut infra. nume. 154.*

152 *Socius socij mei, quòd non sit meus socius.*

153 *Vasallus Vasalli mei, quòd non sit meus Vasallus.*

154 *Papa si quando dederit expensas toti familiæ Cardinalium, etiam familiares familiarium de familia dici posse concurrere in omnibus qualitatibus familiarium.*

155 *Familiares si qui sint recepti, dato eis loco in tinello, an dicantur continui commensales, licet nunquàm comederint in tinello.*

156 *Cõtinuus cõmensalis, ut quis dici possit, idipsum requiri ut per quatuor menses saltem in tinello comederit.*

157 *Quòdque uiuat expensis Cardinalis uerè.*

158 *Fraudibus recipientium quamplures infamiliaritatem suam ut gaudeant prærogatiua collationum, quàm maxime obuiandum.*

159 *Papa quòd non intendat dare consimiles prærogatiuas quo ad eorum familiares, nisi actu habuerint onus alimentandi.*

160 *Quòd quicumque comederit in tinello, dicatur continuus cõmensalis, à ratione alienum, cum aliàs uia aperiretur fraudibus & regulæ dispositio eludi contingeret.*

161 *Electus in familiarem assignato sibi loco in domo & tinello, quòd dicatur effectus familiaris & commensalis inquantum est ex parte Cardinalis.*

162 *Familiaris effectus, si nolit uti liberalitate Domini, sibi imputet.*

163 *Continuus cõmensalis etiam is, qui continue poterat comedere in domo Cardinalis: quo casu tempus quadrimestre minus considerabile.*

164 *Fraudis suspitionem cessare dato principio receptionis in familiarem, maxime, in Cardinali.*

165 *Quo casu maxime, attenditur si receptus in familiarem sit uisus sæpius comedere in mensa Cardinalis.*

166 *Beneficia familiarium Papæ, qui non erant cõtinui commensales, an reseruata intelligantur.*

167 *Papa si quando excipiat familiares suos in facultate legati, an etiam post eius obitum excepti censeantur.*

168 *Familia clerici, quòd non sit amplius mortuo clerico.*

169 *Facultas conferendi beneficia reseruata, quòd sit magis latè interpretanda, quàm facultas conferendi non reseruata.*

170 *Qualitas exclusiua potestatis conferendi, scilicet familiaritas, quòd debeat intelligi de eo tempore, quo uacauit.*

171 *Legatũ factum de paratis causa uxoris, quòd intelligatur de his, quæ erant parata tempore mortis testatoris, quando incepit testamentum habere effectum, & non ante uel post.*

172 *Familiaritas quòd sit quædam quasi societas, quæ non est sine consensu amborum.*

173 *Qualitas limitans si quando cesset, quòd potestas libera remaneat.*

174 *Reseruationes siquæ fiant per Papam ratione officiorum, expirare morte Pontificis, per locum à cessante causa.*

175 *Beneficium semel exemptum à collatione ordinaria per familiaritatem, quòd perpetuo remaneat exclusum.*

176 *Beneficia semel affecta, an semper affecta remaneant.*

177 *Collectorum, et subcollectorum beneficia, quòd sint taliter reseruata, ut talia censeantur, etiã si tempore mortis non sint in officio.*

178 *Reseruationem ex uarijs causis uiuificari.*

179 *Beneficium, quod durante familiaritate dicebatur reseruatũ ratione familiaritatis, cessante remanere reseruatum adhuc ex constitutione Pauli II.*

180 *Extrauagans Pauli an habeat locum in beneficijs aliter reseruatis.*

181 *Intellectus dictæ extrauagantis Pauli.*

182 *Lex quantumuis correctoria, si habeat rationẽ expressam pro ut illa, quòd extendatur ad amplitudinem rationis, cum non sit extensio, sed intensio & comprehensio.*

183 *Lex generaliter loquens, quòd constituat nouam regulam.*

184 *Reseruatio & decretum ita afficere beneficia, quòd perpetuo censeantur ligatæ manus ordinarij.*

185 *Exclusio semel facta, quòd perpetuo duret.*

186 *Reseruationem factam per regulas Martini, durare ipso mortuo propter illam rationem, ꝙ Papa semel apposuerit manum.*

187 *Reseruatio facta per reg. Cancellariam, quòd dicatur esse ad uitam Pontificis.*

188 *Decretum, & reseruationem quæ sunt sequela regularum, sublatis regulis, aliter non durare.*

189 *Beneficia uacantia in curia, si post mensem non fuerint collata, ordinarij conferent.*

190 *Reseruatio non intelligitur inducta nisi per mẽsem à die uacationis.*

191 *Rerseruationis tempore euacuato, euacuatur & omnis eius effectus, & beneficium remanet liberum.*

192 *Prebendam affici, si quando aliquis creatur in canonicum sub expectatione.*

193 *Constitutionem si quando reuocari contingat & omnes effectus fundati super illa, reuocari intelliguntur.*

164 *Reseruatio, quòd sit odiosa inquantum præiudicet ordinariæ collationi.*

195 *Specialis appositio manus, quòd debeat plus operari quàm generalis.*

196 *Reseruatio si quãdo intelligatur facta cõtẽplatione sedis apostolicæ, an cõtẽplatione beneplaciti Papæ diuersimode diiudicari intelligatur.*

197 *Sede uacante si contigerit uacare Episcopatum, electio & confirmatio in partibus facta ualeret & teneret.*

198 *Legato habenti facultatem conferendi beneficia reseruata, præterquàm ratione familiarium Cardinalium, an possit conferre beneficia suorum familiarium.*

199 *Legatus quòd conferre possit beneficia familiarium Cardinalium absentium, quorum non sit requirendus consensus.*

200 *Conferre aliud esse: aliud uerò conferenti consentire.*

201 *Interpretatio si quæ sit reductiua ad ius commune, quòd sit adiuuanda.*

202 *Legatum conferre beneficia reseruata in fauorem alicuius, cum clausula, quæ infra mensem duxeris, acceptanda, elapso mense.*

203 *Legatus si contulerit ante mensem, & postea non subsequatur acceptatio, an collatio facta ualeat & teneat.*

204 *Annullatio actus, qui inducitur fauore alterius, quòd talem habeat conditionem annexã, nempe si uoluerit is, de cuius fauore agitur.*

205 *Decretũ, quod apponitur in reseruationibus, irritare ne dum collationem, sed & possessionem usque adeo ut non detur restitutio.*

206 *Reseruationes si extendantur ad beneficia, si quæ sint iurispatronatus laicorum, & illa comprehendat.*

207 *Legatus si possit conferre beneficia quæ cadũt sub concordatis Alemaniæ.*

208 *Concordata inita cum prælatis Alemaniæ, quod habeant uim cõtractus, qui nec per Papã, & longe per legatum infringi possunt.*

209 *Concordata, inducta ad effectum ut ordinarijs conseruetur collatio integra certis casibus & temporibus.*

210 *Legatus quòd sit ordinarius Prouinciæ, cui præest.*

211 *Legatum non conferre beneficia, si quæ sint ad collationem Cardinalium.*

212 *Cardinales ut plurimum habere indultum, ut nullus posit sese intromittere de beneficijs spectantibus ad collationem, præsentationem, institutionẽ, uel quamcunque aliam prouisionem.*

213 *Legatus an instituat, uel conferat beneficia, si quæ sint de iure patronatus, si quando extet indultum Cardinalis.*

214 *Institutio, quòd propriæ sit de præsentato.*

215 *Institutio, quòd dicatur collatio certo modo quanuis fiat ad præsentationem patroni.*

216 *Iuris ordinarij præseruatio, quòd sit utique fauorabilis: pro quo etiam lata fieri debet interpretatio.*

217 *Iurisdictio legati, quòd sit extra ordinaria, & super inducta.*

218 *Pendente reseruatione de beneficio, an collationem episcopi spectan. quòd non possit reseruari illud, quod spectat ad institutionem.*

219 *Indulta, quòd tendunt ad præseruationem iurisdictionis episcopi, non tamen ad auferendũ ius tertio.*

220 *Institutio, quòd sit penes legatum iure ordinario sicut penes episcopum.*

221 *Institutio, quòd sit annexa iurisdictioni.*

222 *Patronus ex iure natiuo potest præsentare coram legato, & coram episcopo.*

223 *Institutio, quòd sit iustitiæ, & necessitatis.*

224 *Qui perdit, quod necessario impendit, nihil perdit.*

225 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*

226 *Indulti uerba cantan. de institutione, qualiter interpretanda.*

227 *Institutio libera, quòd multoties sit idem cum collatione.*

228 *Verba aliquando impropriari, ut minus lædatur ius tertij.*

229 *Episcopo satis esse, si patrono uolente, & ualẽte, non adimatur institutio.*

230 *Institutus à legato, si præsentationis confirmationem ab Auditore causæ petere possit.*

231 *Præsentatio facta coram eo, cui non competit ius instituendi, quòd sui natura nulli sit.*

232 *Præsentione pendente, si aliquis impetret à Papa cum derogatione patronatum, quis præferatur.*

233 *Collatio legati de consensu Cardinalis, non facta mentione de familiari Cardinalis, per cuius obitum uacauit, si ualeat & teneat.*

234 *Priuilegia concessa Cardinalibus, ut beneficia familiarium collata non facta mentione de familiaritate, sint nulliter collata, quomodo procedat.*

235 *Collatio legati, nulla facta mentione de reseruatione sua, si ualeat & subsistat.*

236 *Legatus si conferat beneficia, quorum collatio alicui specialiter reseruata sit.*

237 *Si quando una potestas accedat alteri accumulatiuè, non priuatiuè, quòd una non tollatur per aliam.*

238 *Legatus si possit conferre beneficia in præiudicium optare debentis.*

239 *Legatus, quòd conferat beneficia, si quæ sint de iure patronatus clericorum tantum, non laicorum.*

240 *Laicorũ beneficia, quòd aliter non conferat legatus ad euitan. scandala, si quæ ex collatione huiusmodi suboriri possent: & ad effectum ne ipsi laici à fundatione retrahantur nisi in casibus etc.*

241 *Beneficia si quæ sint de iurepatronatus, id etiam habere præcipuum, quòd non includantur in mandato quantumuis lato.*

242 *Beneficia iurispatronatus, quòd sub reseruationibus aliter non cadant.*

243 *Legato ius competere in conferendo iuspatronatus etiam laicorum, si quando ex præscriptione, uel consuetudine illis competat.*

244 *Præscriptio quòd tribuat ius contra illum, contra quem præscribitur.*

245 *Præscriptionem ad id ordinatã in casu præmisso, nempe contra omnes ordinarios.*

246 *Legatus quòd sit ordinarius, si quãdo consue-*

294 *Laicis ius patronatus tunc demum competere si quando cōstet eos sibi specialiter reseruasse.*

295 *Ecclesiam dotasse, uel fundasse cum sit quid facti, necessario non inferri ex eo, quòd quis diu præsentauerit.*

296 *Præsentationem etiam ex alio capite, quàm ex dotatione uel fundatione alicui competere.*

297 *Facta aliter non præsumi, nisi probentur.*

298 *Ecclesiam non nasci, sed necessario constructionem habere.*

299 *Ius patrona. quòd illi competat in ecclesia, qui reperitur in quasi possessione præsentandi, cum non sit alius, cui magis intersit.*

300 *Sumptum ab eo factum in dubio præsumi, si cui magis interesse uideatur.*

301 *Patronis ecclesiam dotare admodum conuenire cæteris nō item, ad idque cogi posse secundū quorundam sententiam.*

302 *Rotam non facere differentiam inter patronū ex prescriptione, uel fundatione.*

303 *Ecclesiam præsumi eum habere cōstructorem, si qui sit in possessione præsentandi.*

304 *Ecclesia cum ab initio habeat constructorem, ab initio etiam subdita effecta intelligitur.*

305 *Constructorem ecclesiæ potius uti uoluisse beneficio legis in acquirendo sibi iuspatronatū, quàm donasse.*

306 *Instrumenta electionum quàm maxime attendi, cum in illis ut plurimum exprimatur ad eos spectare ius eligendi ex antiqua cōsuetudine.*

307 *Quo casu nunquàm præsumi ecclesiam fundatam, uel dotatam ad effectum excludendi impetrantes.*

308 *Ecclesiam præsumi ex fidelium oblationibus factam & subinde liberam esse.*

309 *Præsentatio, quòd potuerit habere originem ab honesta quadam gratificatione, quam episcopus uoluerit impendere parrochianis de aliquo Rectore eisdem noto, quem ab ipso peterent.*

310 *Ecclesias quamplures olim ob clericorum raritatem Rectorem aliter non habuisse, quibus petentibus episcopos de facili annuere consueuisse.*

311 *Episcopos ad populi electionem, Papam aliquādo concedere consueuisse.*

312 *Parrochianorum interesse ecclesias cōstrui nō tantum iurispatronatus quærēdi gratia, quàm ecclesiastica sacramenta suscipiendi.*

313 *Item in recompensationem laboris per sacramentorum ministrum illis præstiti.*

314 *Ecclesiam non fuisse liberam, si quando dicātur.*

315 *Semper idem Populus, & eadem uniuersitas.*

316 *Ecclesiam fuisse liberam si quando extet memoria, & aliqui reperiantur in quasi possessione præsentandi, quòd in dubio præsumatur ius præsentandi cōpetere ex præscriptione potius quàm ex dotatione.*

317 *Memoriam in contrarium si quando dicatur extare.*

318 *Cursus temporis quòd habeat uim tituli, etiam si aliter non allegetur, & quando.*

319 *Tempus immemorabile quid operetur, & cuius sit effectus.*

320 *Præsumptio resultans ex in memorabili tempore, quòd dicatur iuris, & de iure.*

321 *Tempus centum annorum, quòd dicatur tempus immemorabile.*

322 *Titulus licet præsumatur in patrono ex cursu tanti temporis, si tamen per antiqua instrumenta constaret ecclesiam fuisse liberam, præsumetur titulus priuilegij potiusquàm fundationis.*

323 *Tempus de cuius initii memoria non extet in contrarium, qualiter probetur.*

324 *Reedificationem ecclesiæ, de facili non præsumi.*

325 *Priuilegium magis quàm fundationem respectu iuris patronatus.*

326 *Ordinarius si reperiatur in libera possessione cōferendi, quòd ecclesia non præsumatur serua.*

327 *Donatio, quòd præsumatur ob piam causam.*

328 *Fundationis, uel dotationis titulum allegare oportere.*

329 *Contra præsumptionē, quòd possit probari fundatio uel non fundatio.*

330 *Fundationem probandi, cui onus competat.*

331 *Clausula quatenus competat ius patronatus ex iuris dotatione, & fundatione, qualiter procedat.*

332 *Cautela pro patrono in articulando fundationem, & dotationem.*

333 *Præsumptiones iuris, liquidissimas probationes dici.*

334 *Probatio, quæ fit per præsumptiones, quòd nō dicatur uera probatio.*

335 *Sententia lata ex præsumptione, quòd nunquam transeat in rem iudicatam, cum semper possit retractari ueris probationibus apparentibus.*

336 *Verba quatenus ex dotatione, uel fundatione, qualiter intelligantur.*

337 *Papa, uel legatus, si derogent iuri patronatus dummodo sit ex dotatione, uel fundatione pro medietate, an alterius medietatis patronorum accedat consensus.*

338 *Patronis non contradicentibus infra tempus præsentandi, an ualeat prouisio Papæ.*

339 *Patroni tacendo per quatuor menses, ꝙ iuri suo renuntiasse intelligantur, taliter tacendo, & non protestando.*

340 *Tacens si quando haberi debeat pro consentiente, quodq; in re concupiscibili, & appetibili.*

Verisimili

437 Surrogationem in ius defuncti in materia iurispatronatus, retrahere laicos à fundatione.

438 Litigantium calumnijs uiam de facili non aperien. ne iure suo patronos subinde fraudari cõtingat, cum procuretur aliquando lites excitari ad effectum præmissum.

439 Prouisionem surreptitiam esse, si quando fiat de beneficio litigioso aliter non expresso, quod sit de iure patronatus.

440 Iurispatronatus qualitatem usque adeo considerabilem, ut etiam lite non obstan. possit mouere & inducere ad non concedendum.

441 Beneficium litigiosum si quando dicatur.

442 Litis pendentiam si quando introduci dicatur.

443 Litis pendentiam introduci per citationem, & illius executionem in curia emanatam.

444 Litis pendentiam non induci per citationem in partibus executam.

445 Limitatio ad idem, si causa in ipsa citatione inserta appareat, in uim cuius, citatus possit instrui super quo responden. sit.

446 Beneficium litigiosum non reddi per consimilẽ citationem, taliter executam, ut in præceden. numero.

447 Litem pendere in præiudiciũ partis, dummodo citatio sit decreta quo ad eum, qui præsentauit commissionem, etiam ante citationem.

448 Possessionem triennalem aliter non suffragari illi, ad cuius instantiam citatio tantummodo decreta sit.

449 Litis pendentiam etiam per appellationem extraiudicialiter factam introduci.

450 Limitatio ad idem.

451 Referendariorum stilus ut in commissione causæ, literis non confectis & cum derogatione regulæ, adijciatur clausula, dummodo literæ expediantur ante terminum ad articulan. & quòd interim beneficium non efficiatur litigiosum.

452 Onus probandi beneficium litigiosum, ad quem spectet.

453 Literas præsumi expeditas ante motã litem.

454 Acceptationem præsumi infra tempus debitũ factam.

455 Renuntians, si quando dicatur pacificus possessor.

456 Beneficium de tempore renuntiationis, pacificum reputari.

457 A narratiua Papæ, quòd aliter recedere non liceat.

458 Consensus præstatio, quòd sit approbatio præteritæ uoluntatis.

459 Litis pendentiam non induci circunducta citatione.

460 Item beneficium litigiosum non effici.

461 Item præscriptionem ex huiusmodi citatione, circunducta non interrumpi.

462 Beneficium non desinere esse litigiosum per circunductionem citationis.

463 Etiam si reus absoluatur ab obseruatione iudicij.

464 Citatio prima, quòd sit generalis ad totã cãm.

465 Collatorem ordinarium non impediri quominus conferat lite pendente inter partes, altera non prosequen.

466 Litem negligere, quando quis dicatur.

467 Litem si quis in iudicio uel extra, prosequi non intendat, illam negligere dicitur.

468 Litem aliàs non finiri, nisi per sententiã, à qua aliter prouocatum non sit, nume. 470.

469 Instantiam de iure canonico perpetuam fore.

470 Litem per sententiam, finem suum recipere, si quando ab ea prouocatum non sit, neque appellatum.

471 Articulo executiuo pendente post tres sentẽtias, cui quidem articulo adhuc paren. sit litẽ sopitam non dici.

472 Titulum sui prædecessoris, si quando quis iustificare teneatur.

473 Tertium opponentem de non pacifica possessione prouisi pendẽte adhuc articulo executiuo, contra eum audien. fore.

474 Prouisus habens executionales cõtra se, quòd intelligatur in mala fide constitutus, nec possit uti aliquo genere præscriptionis.

475 Legatum, & ordinarium conferre beneficium etiam lite pendente super illius proprietate.

476 Beneficium non dici litigiosum, si quãdo lis pendeat super certa re beneficij.

477 Legato si competat facultas instituendi præsentatos à patronis, si quando Episcopus habeat indultum super institutione.

478 Papam præseruare ordinario nec dum collationem, sed & institutionem.

479 Institutionem non esse nisi de præsentatis.

480 Legati collationem, tanquàm superinductam, & extraordinariam stricte interpretan.

481 Legato ius competere instituendi præsentatũ coram eo, quocunque ordinarij indulto non obstan.

482 Legatus, quòd sit ordinarius totius Prouinciæ & iurisdictionem habere dicatur.

483 Legato iurisdictionem competere cumulatiue siquidem, & insolidum cum ordinario.

484 Episcopus, quòd non dicatur habere ius, sed iurisdictionem respectu institutionis, si quæ fiat ad præsentationem.

485 Ratio assignatur, cum institutio sit actus iurisdictionis.

486 Institutionis proprium, ut cadat in præsentato, si quando eadem proueniat à iure episcopi.

487 Institutio, quæ causatur à negligentia patroni non præsentantis, cuius naturæ sit.

488 Et pariter de institutione collatoria.

489 Collationem, & præsentationem, à iure libero præuenire.

536 *Legatus ſi conferat beneficia ſimplicia clerico coniugato.*
537 *Legatus an conferat parrochialem ignoranti idioma loci.*
538 *Regulæ de Idiomate, ratio cur induct.*
539 *Rectoris officium eſſe Populum ſibi ſubiectum admonere.*
540 *Ordinarij, quòd longe melius cognoſcant perſonas, & eccleſiarum ſuarum neceßitates, quàm Papa nouerit.*
541 *Extraneis non prouiden. de eccleſiis, ſiquando reperiantur idonei in Ciuitate, uel dioceſi.*
542 *Patronus, ſi quando teneatur præſentare clericum eiuſdem dioceſis.*
543 *Beneficiari aliquē in patria ſua, honeſtum fore.*
544 *Ratio ex eo, quòd facilius tales reſideant in beneficijs ſuis, allecti amore patriæ.*
545 *Extraneum prouiſum de beneficio à Domino temporali, recuſari poſſe.*
546 *Ratio aßignatur.*
547 *Arcana alterius Regni minus perſcrutari.*
548 *Prouiſionem impetrantis beneficium in alienis partibus non facta mentione ſuæ originis, nullam eſſe.*
549 *Electio alicuius de loco beneficii, operatur ut idem reputetur idoneus.*
550 *Extraneus uero ſi cui prouideri cõtingat, quòd debeat eſſe optimus.*
551 *Collatio legati, ſi uitietur ex capite ſurreptionis, quemadmodum & Papæ collatio uitiatur.*
552 *In prouiſionibus legati, quòd mẽtio fieri debeat de beneficijs obtentis in ſpecie, non in genere.*
553 *Regulare eſſe, ut ſi quando de aliquo expreſſa mentio facienda ſit, quòd non ſufficiat habere mentionem in genere.*
554 *Ampliatur dictum. ſupra numero. 551. & extenditur etiam ſi legatus conferret ex ſpeciali commißione Papæ.*
555 *Limitatur, ſi quando legatus cõferret motu proprio.*
556 *Limitatur & ſecundo, ſi quando confirmaret electum uel præſentatum.*
557 *Legatus, ſi conferrat beneficium illi, cui etiam contulerat antequàm uacaret.*
558 *Regula de ueriſimili notitia, an habeat locum in legato.*
559 *Legatus, ſi conferat beneficium ea die, qua uacat, nec appareat, quæ nam fuerit prior, ſcilicet uel prouiſio mortem præceßiſſe, uacatio præſumen.*
560 *Interpretrationẽ in dubio pro ualiditate actus ſumendam eſſe.*
561 *Limitatur dictum, de quo ſupra numero. 558.*
562 *Regula de uiginti, ſi procedat, & locum ſibi uindicet in legato.*
563 *Legatum, ſi conformare debere ſtilo mittentis, in his, quæ concernunt inſtitutum magis quàm modum expediendi.*
564 *Regulas cancellariæ attenta generali poteſtatẽ condentis omnes ligare.*
565 *Regulam de. xx. ſi procedat coram ordinarijs inferioribus.*
566 *Prouiſiones ordinariorum, quòd ſurreptioni aliter ſubiectæ non intelligantur.*
567 *In prouiſionibus, ſi quas fieri cõtingat in curia uel coram legatis per renuntiationem, quòd cõmuniter expectantibus derogari conſueuerit.*
568 *In his autem, quæ fiunt coram ordinarijs non niſi ex cauſa permotationis.*
569 *Regulas cancellariæ, conſtitutiones generales nõ eſſe, ſed derogatorias uoluntatis Papæ, dantis formam rebus agendis per ipſum Papam nõ per alios.*
570 *Regulas Cancellariæ morte condentis expirare, quod non procederet, ſi conſtitutiones generales eſſent.*
571 *Regulæ Cancellariæ licet publicentur in ipſa cãcellaria, non tamẽ per intimari conſueuerũt.*
572 *Opinio Rotæ in præmiſſis.*
573 *Auctoris opinio ſubinde refertur.*
574 *Renuntiatio quæ fit coram ordinario, quòd non noceat expectati, niſi in caſu per mutationis.*
575 *Fraudem de facile, præſumi in permutationibus, ſi quæ fiant per ægrotos.*
576 *Quòdque præſumptio in caſu præmiſſo naſcatur ex graui infirmitate non ex leui.*
577 *Extrauagantis Sixti declaratio.*
578 *Quod uerè agitur, non quod ſimulare concipitur, attendendum fore.*
579 *Verbum cenſeri, in his quæ deſiderant effectũ iuris, ueritatem importare.*
580 *Ex diuerſis caſibus diuerſa etiã oratio, & conſtructio.*
581 *Regula de infirmis, ſi procedat, & locum ſibi uindicet, quando quis moriatur ante. xx. dies alia infirmitate.*
582 *Legatus an concedat ut quis conferat primum uacaturum.*
583 *Legatus ſi quando non poßit conferre niſi habenti unum beneficium, an conferat habenti unum actu tantum, alterum uero habitu.*
584 *Beneficiatum non dici præbendam expectantẽ.*
585 *Prouiſi, ab ordinario, & à legato ſi detur concurſus, prouiſum à legato præferri.*
586 *Limitatur primo, niſi prouiſus ab ordinario haberet horam, cum illa certior probatio ſit.*
587 *Limitatur & ſecũdo loco ſi quãdo prouiſus ab ordinario beneficij poſſeßionem anteriorẽ adeptus ſit.*
588 *Dubitatio, ſi quando duo eſſent prouiſi ab eodẽ legato, quorũ alter poſſeßionem haberet, quid dicen.*
589 *Duos aut plures prouiſiones ſeparatas ab eodẽ legato habere, ſi quando poßibile ſit.*
590 *Limitatur in caſu, ſi legatus haberet collationem.*

Reſeruatio-

591 *Reseruationem legati, siue sit facta motu proprio siue generaliter, quæ habet uim constitutionis, collationi æquiparari.*

592 *Decretum legati non ligare ignorantes, communem esse opinionem.*

593 *Beneficium creatum ea die, qua expectatiua data est, sub expectatiua aliter non comprehendi.*

594 *Actus fortior & potentior, quòd præualeat minus potenti, sicut excommunicatio actui cõtrario.*

595 *Receptus in canonicum una & eadem die auctoritati legati, uel Papæ, & eadem die capitulum impetret, quòd ad nullius receptionem teneatur per literas apostolicas non facien. de indulto huiusmodi mentionem, qualis præferatur.*

596 *Prioritas & posterioritas probationum concurentium in data, qualiter probetur.*

597 *Præsentatus à Patrono, & prouisus à legato uel Papa cum derogatione iurispatronatus, posito, quòd præsentatus sit postea institutus, & habeat possessionem, quis præferatur.*

598 *Reseruatio Papæ, & collatio legati, si concurrant, quæ nam præferri debeat.*

599 *Reseruatio, quòd sit, impedimentum, quod non præsumitur præcessisse nisi probetur.*

600 *Legato, si detur conferre beneficia spectantia. ad Regum collationem.*

601 *Præscriptionem tanti temporis, de cuius initij memoria non extet in contrarium priuilegium præsumi.*

602 *Reges inungi, refertur.*

603 *Legatus, an sibi ipsi beneficiũ conferre possit, deputan. aliquẽ non Locumtenentem suum, qui eidem prouideat.*

604 *Legatus trãsferendo potestatem suam in alium abdican. à se, quòd possit recipere cum recipiat tanquàm ab alio.*

605 *Quod secus, si aliquem in commissarium suum ad id deputet, cum à se ipso uideatur recipere.*

606 *Legatus si confirmet postulatos, qui aliter eligi non potuerunt.*

607 *Limitatur si postulatio caderet de episcopo, quæ intelligitur de reseruatis Papæ.*

608 *Legatus an possit constituere Vicarium perpetuum de consensu Rectoris ecclesiæ.*

609 *Legatus si conferat beneficia sub conditione, si primus non acceptauerit.*

610 *Legatus, si conferat beneficia extra prouinciam.*

611 *Beneficia conferre, quòd sit uoluntariæ iurisdictionis.*

612 *Episcopo permissum cõferre beneficia in omni loco, & etiam in Romana curia & legato pariter.*

613 *Dummodo ibidẽ nõ uacet donec legatio durat.*

614 *Improbatur factum nõnullorũ episcoporũ, qui uolentes conferre beneficia sua, exeunt Vrbem.*

615 *Consuetudinem præmissam non improbat auctor propter reuerentiam sedis apostolicæ.*

616 *Legatus, si conferat sub conditione, si renuntiauerit & quòd obtinet.*

617 *Item, si conferat sub conditione, si uacat.*

618 *Legatus, si conferat beneficia ad tempus.*

619 *Legatus, si possit conferre beneficia, quæ ratione optionis debebantur alteri.*

620 *Legato, si currat tempus sex mensium ad conferen. sicut & cæteris inferioribus Prælatis.*

621 *Quodque currat, si quando sit ordinarius Prouinciæ, soluit Lapus.*

622 *Cuius opinio improbatur.*

623 *Deuolutio quòd nõ possit fieri nisi ad Papam, cum nulli alteri subsit.*

624 *Deuoluta ad Papam, quòd ipse solus conferat.*

625 *Prouisus à Papa, si concurrat cum prouiso à legato auctoritate apostolica nullo possidente prouisum à Papa præferri.*

626 *Concurren. prouisi à Papa sub eadem die per uerbum fiat uel Motu proprio, quòd is præferatur, cui Motu prouisum apparet.*

627 *Quodque forsan aliàs nulla collatio teneret.*

628 *Prouisus motu proprio concurren. cum prouiso per uerbum fiat, si is possessionem adeptus sit, per obitum primo loco prouisi, si alius sibi prouideri obtinuerit, à quo intentetur iudiciũ, quis præferatur in beneficio.*

629 *In beneficialibus, quòd à principio non ualuit, ex post facto etiam non ualidan.*

630 *Collationem ordinarij factam pendente tempore ad acceptan. non ualere; etiam si postea fuerit acceptatio subsecuta.*

631 *Collationem conditioni subiectam non esse cum in pendenti aliter stare non possit.*

632 *Collationem ordinarij factam pendente Decreto pro aliquo reconualescere, si ille renuntiauerit gratiæ suæ.*

633 *Vera & communis opinio in præmissis.*

634 *Collatio ordinarij, quòd reconualescat, patrono postea negligente præsentare.*

635 *Ius perfectum in beneficio, quòd sit pœnes duos uno, & eodem tempore prouisos, non inconueniens si quando illud sit resolubile propter prærogatiuam alterius.*

636 *Prouisus à Papa, si concurrat cum prouiso ab ordinario ius ante lationis attendatur.*

637 *Ius antelationis, si cui competat, possessione ab altero adepta, quòd resolutum sit.*

638 *Prouisus ab ordinario, quòd præueniat apostolicum in possessione, etiam quandocumque.*

639 *Possessio, si quando possit ualidare titulum resolu-*

reſolutum, & annihilatum, uel noua collatione opus ſit.

640 *Beneficia, quòd poßint eſſe in pendenti ſi quando titulus reſolui poßit.*

641 *Iußi quod acquiratur ex præſentatione altero præſentato, uel non præſentato, quòd poßit eſſe in pendenti.*

642 *Prouiſionem ſi quis habuerit per uerbum fiat, alio non opponente, Rota canonizat eandem.*

643 *Verum ſi poſtmodũ opponi contingerit, habens motu proprio, illa canonizabitur reiecta prima.*

644 *Rotam minus curare ſubtilitatem inquiren. ſi quid ipſo iure, uel per exceptionem elidatur.*

645 *Præſentatus à patrono poſſeſſione adepta ſi quando præferatur prouiſo à Papa.*

646 *Prouiſus ab ordinario, quòd præferatur prouiſo à Papa, ſi quando poſſeſſionem adeptus ſit.*

647 *Prouiſum habere præſumptionem de anterioritate.*

648 *Etiam ſi per horam præferatur habenti poſſeßionem.*

649 *Ius quæſitum ex præſentatione reſpectu anterioritatis, quòd habeat eundem effectum, quẽ habet ipſa prouiſio.*

650 *Quòdque Papa non intendat tollere huiuſmodi ius quæſitum.*

651 *Inſtitutio ſequens præſentationem, quòd trahatur ad diem præſentationis tanquã ad principium neceſſarium.*

652 *Præſentatio, quòd tribuat ius ad rem.*

653 *Poſſeßio adiecto titulo perfecto, quòd tribuat ius in re.*

654 *Poſſeßionis aſſecutionem operari, quòd cauſa poßidentis, & non poßidentis ſit æqualis.*

655 *Collatio in fauorem unius uel alterius, nec appareat quæ primo facta, erit potior conditio poſſidentis.*

656 *Titulus imperfectus, & incertus præſentati inſtitutione non ſubſecuta.*

657 *Cuius examen adhuc ſubeundum eſt.*

658 *Quòd uariari poßit à patrono ſaltem alium accumulando, unde gratificationi locus ſit.*

659 *Titulus collatiuus, quòd ſit expeditio, & potentior quàm ipſa præſentatio.*

660 *Præſentationem aperire uiam ad titulum, & ſemper in dubio præceßiſſe diiudican.*

661 *Poſſeßio ſequens tanquàm præuenta, quòd nihil operetur in caſu præmiſſo.*

662 *Poſſeßio nihil operabitur, ſi quando conſtet de hora anteriori.*

663 *Collationẽ ordinarij concurren. cum reſeruatione Papæ, præferri ſecundum Lap. & Domin.*

664 *Diſpoſitio text. ſi à ſede, quòd ſit exorbitans, & ſubinde reſtringenda ad caſum ſuum.*

665 *Commendæ legati, & prouiſionis ordinarij dato concurſu ſub eadem die, collationem ipſius ordinarij præferri propter tituli prærogatiuam.*

666 *Poſſeßionem inducere præſumptionem anterioritatis, ſi quando ſit capta eodẽ die, de qua prouiſio facta fuit, & non aliàs.*

667 *Poſſeßionem non adiuuare prouiſionem ordinarij, ſi quando alio capta ſit.*

668 *Præſentatum præferri ſi quando conſtet de hora præſentationis, quæ præceſſerit cum illi iam ius quæſitum, quòd Papa auferre non conſueuit.*

669 *Prouiſione Papæ, & ordinarij ſub eadem concurren. eundem, qui habet horam, præferri.*

670 *Probatio certior, quòd uincat probationem minus certam.*

671 *Sozinum contrarium conſuluiſſe de contentis ſupra proximo nume. 669.*

672 *Regula non probat hoc eſſe, quòd ab hoc cõtingit abeſſe.*

673 *Teſtis dictum non concludere, ſi quando præſumptiue probet, & non præcisè.*

674 *Baldi Theorica in l. de q. de dona. ante nupt. impugnatur.*

675 *Prouiſio ſub certa die fieri conſueuit citra aliquam horæ expreßionem.*

676 *Horæ expreßionem in prouiſionibus adijci, nõ uſui receptum eſſe.*

677 *Probationem dubiam uinci à liquida probatione, ſi quando contingat.*

678 *Per præſentationem non taliter eradicari ius erga præſentatũ, ſicut per collationem quoad prouiſum.*

679 *Legatus ſi conferat beneficia ad tempus.*

680 *Inſtitutionem ſub conditione canones non permittunt.*

681 *Legato non permiſſum quicquam agere contra canones, cum ſit de reſeruatis Papæ.*

682 *Beneficium ab epiſcopo aliquando ad tempus conferri donec altera prouiſio fiat.*

683 *Beneficia cenſeri perpetua cum non ad tempus nec ſub conditione danda ſint.*

684 *Limitatio prima ad idem de quo proximo præceden. nume. 682*

685 *Legato permiſſum ex cauſa, eccleſiam etiam ad tempus conferre.*

686 *Legatus an poßit conferre beneficia, ſi quæ per ceſſum, uel deceſſum, ſupprimen. ſint uigore ſtatuti iurati, & confirmati.*

687 *Legati collatio ſi quando ualeat, literis aliter non expeditis.*

688 *Pœna extrauagantis iniunctæ de elect. ſi procedat, & locum ſibi uindicet in prouiſis à legato.*

689 *Diſpoſitio dictæ extrauagantis, quo caſu procedat.*

Gratia

690 *Gratia, si quando suffragetur alicui, literis aliter non expeditis, remissiue.*
691 *Regula, quæ dantur sex menses pro expediendis literis, si quando locum habeat.*
692 *Legatus, quòd possit conferre electiones ad quascunque dignitates.*
693 *Limitatio ad idem.*
694 *Papæ dispensationem requiri in postulatione Episcoporum, si quando de una ad aliam ecclesiam eosdem transferri contigerit.*
695 *Legatum postulationes inferiorum ab episcopo admittere, si quando dispensatione non indigeant, quàm idem præstare non possit.*
696 *Abbatem non postulant annos decem & octo non exceden.*
697 *Postulationem ex gratia pendere.*
698 *Postulatos quàm reuerenter accedere ad superiorem, nempe flexis genibus, & demisso capite.*
699 *Postulationem & electionem à pari procedere, & idem de una, quod & de alia diiudicari.*
700 *Postulationem in electionis subsidium inductā esse.*
701 *Postulatione sine causa reiecta, postulantibus iniuriam inferri.*
702 *Legatus urbis, si Cardinalis is sit, an in recessu Papæ ab urbe beneficia conferre possit, & ualeat, absque speciali mandato eiusdem.*
703 *legatus in urbe, qd dicatur legatus sedis apostolicæ.*
704 *Item & de latere Domini Papæ sicut cæteri.*
705 *Sedes apostolica, quòd dicatur esse sicubi Papa sit.*
706 *Contrariam sententiam sequen.*
707 *Papa licet sit ordinarius totius mundi, specialius tamen, quòd sit Episcopus Vrbis Romæ.*
708 *Quòd que in alijs dioecesibus habeat episcopos fratres, Romæ solus sit episcopus.*
709 *Vicario quantumuis generali non competit facultas conferen. beneficia.*
710 *Legatum non conferre beneficia reseruata collationi Papæ.*
711 *Non item beneficia Vrbis, quæ propriè talia sunt.*
712 *Limitatio ad idem, si quando uigore specialis facultatis eidem conferre permissum sit.*
713 *Facultatum legati tenorem quam maxime attenden.*
714 *Legatum conferre beneficia spectantia ad collationem aliorum Episcoporum intra limites suæ Legationis.*
715 *Ampliatio ad idem.*
716 *Romæ multa esse beneficia Cardinalium collationi subiecta.*

Rub. De potestate legati de latere circa beneficia conferenda.†

1 SVperiori libro in casu 50. pollicitus sum aliqd in me diū adducere de suprema
2 auctoritate Papæ † priusq̄ destinatam libri materiam aggrederer: quia tamen rē hāc in cōmento extrauagā tis Iulij ij. super simoniaca electione Papę tractaui, ne toties idem repetendum sit, reijcio lectorem ad ea, quæ ibi dictā sunt, hoc uero li-
3 bro ago tantum † de collationibus legatorum ubi diffinientur multæ q. tū iucundę, tum utiles, & quæ à nullo uiderit, quem tractatæ
4 sunt † & tamē quotidie in auditorio nostro in
5 controuersiā ueniunt. † Sicq; obiter intelligentur multæ regulę: & de motu proprio: iure patro. & plerisq; alijs rebus, unde lector modum sibi parare possit.

De potestate legati in beneficiis conferendis.

AD illucidationē huius materiæ, quæ est ualde utilis, cum his, quæ dicentur in isto libro, & sequenti, pono unam conclu. quòd

6 Legatus de latere confert omnia beneficia, quæ sunt in prouincia sibi decreta. † c. j. hoc tit. in 6. c. Si a sede, de præben. eo. li c. dilectus. hoc titu. & de iure patro. & de. præben. *Legatus de latere confert omnia beneficia.*

Ampliatur ut procedat in institutionibus, & confirmationibus, tanto magis in confirmationibus, dico nedum inferiorum, sed ēt *Item cōfirmat tanto magis.*
7 Episcoporum, & Abbatum † c. Si Abbatē. de elect. in 6. c. cum uenerabilis. dē consuetu. secū dum ueriorem intellectum, ut ibi docet collect. & in c. nihil. in 3. col. de elec. in uers. ad ministrent.

Amplia ēt ut procedat in canonicatibus ec-
8 clesiæ cathedralis † Abba. in c. dilecto, in prin. de præben. *Confert canonicatus.*
9 Amplia † ēt in beneficijs, quæ sunt de iurepatr. ecclesiasticæ. c. cum dilectus, hoc titulo, ēt si essent de iurepatro. laicorum, & ex consuetudi- *Et beneficia pat.*
10 ne uel præscriptione † secundum Anto. in. d. c. Cum dilectus, de quo inferius latè.
11 Amplia etiam in beneficijs exemptis † quia *Et exēpta.*
12 legatus est ordinarius exemptorum † not. in d. c. Si Abbatē, & in c. auctoritate, de priuil. i 6.
13 Amplia in beneficijs deuolutis ad Papā † c. uenerabilis. de præbend. zenel. & Imo. in cle. 2. de offi. ordin. Rota. dec. 1 19. in no. Henri. in c. dilectus. hoc titu. Aegid. deci. 1 06. in contrarium facit c. literas de suppl. negli. prælato. ubi *Et deuoluta.*

Papa circa ista deuoluta dat specialem commissioné. Sed qđ loquitur de his, qui nō sunt legati de latere, ut per collect.i. Et hoc intellige etiam quando collatio esset deuoluta ad episcopos uel Archiepiscopos prouinciç: quia si confert ea, quæ spectant ad eos iure directo, tanto fortius confert etiam ea, quæ spectant iure deuoluto. ¶ Fallit tamen quando deuolutio collationis esset facta ad prælatū, qui esset extra prouinciam: quoniā tunc legatus non poterit conferre, nisi rursus ab ipso prælato ad Papam fieret deuolutio. Cardi. & Imo. in cle. Si de beneficio. in 5.q. de præbē. Et ratio: quia cum legatus conferat ut ordinarius, tempus

Tempus cō ferendi, an currat legato.

14 ad conferendum currit† illi, sicut alijs ordinarijs, ut tenet Lap. in d.cle. Si de bñficio. q̄do igitur deuoluta est ad nō subditū, ipse nō cōferet: qa cū illo nō cōcurrit. Ego tñ in hoc dubito: qa si legatus confert beneficia deuoluta ad Papā: ergo collationi suæ non currit tēpus lateranēsis Cōcilij, sicut cæteris: quia nullus ordinarius cōfert post deuolutioné ad aliụm factam. collatio.n. legati est libera ad instar collationis Papç, ut dicam in sequēti.q. si enim cōmensuraretur potestas eius ad potestatem aliorum ordinariorum, utique non conferret deuoluta ad Papam. Vno tamen casu non confert deuoluta ad ordinarium prouinciæ, quando.s. beneficium esset extra prouinciam, & per deuolutionem, uel etiam aliter collatio spectaret ad unum de prouincia: quia legatus confert beneficia prouinciæ, non extra. c.j. hoc titu. in 6. & hoc tenent Anto. & Imol. in c.ij. de cōcess. pbē. quanuis dicant non esse sine dubitatione. Tamen gloss. pragmaticç in. §. Item circa. in uers. Legatorum. audacissimè tenet legatum posse conferre beneficia deuoluta ad ordinarium prouinciæ, quamuis beneficia sint extra pro-
17 uinciam: † quia omni tempore concurrit cum
18 quolibet ordinario, † ad Papam. Item, quia accessorium sequitur naturam principalis.
19 † Item quia inspicitur finis non principium.
20 † Sed decipitur ille glossator: quia legatus concurrit cum ordinarijs prouinciæ in his, quæ faciunt ut ordinarij, & de rebus quæ sunt in pro
21 uincia aliàs sequeretur, q† legatus Bononiæ posset conferre beneficia in Gallia, & Hispania, quando spectant ad collationem Abbatis Nonantulani, uel Cruciferorum. quod est ualde absurdum: illæ enim potestates deuolute ad aliquos ex alijs prouincijs, non deuoluun-
22 tur, † eò, quia de prouincia, sed eò quia caput religionis, quæ non concluditur in prouincia. ideo tenenda est doct. Imo. & Car. in d.cle. si de beneficio. quòd legatus nō confert extra prouinciam. Et ita per contrarium huius rationis, uidetur uerificari, quod superius dixi, legatum posse conferre beneficia prouinciæ, quamuis deuoluta ad extraneum: quia auctoritas eorum in conferendo non restringitur: & hæc uera, quamuis communis opi. sit in contrariū. De materia. an ipsi legato currat tē-
23 pus, † & an, quando quis gerit uicem duarum personarum, habeat duplex tempus, uide Imo. & alios. in d.c.2. de concess. præben. Item pone quòd erat beneficium in diœcesi, quod non poterat conferri per episcopum nisi certe na-
24 tioni, uel agnationi. † an legatus, quando ad ipsum deuoluitur collatio: uel etiam confert iure suo, teneatur conferre hominibus illius agnationis, uel cognationis? distinguendum est: an natio, uel cognatio habeant ius hoc ex præscriptione, uel priuilegio: uel ita sit in ipsa beneficij institutione ordinatum. primo loco præscriptio contra episcopum non nocebit legato, ut dicemus inferius, quando tractabimus, an legatus possit derogare patronis ex præscriptione secundo, & tertio loco, uidebimus tenorem fundationis uel priuilegij: quia uerba dirigentur ad nationem, uel cognationem, legatus nō auferet illis priuilegium suū. hoc in simili decidit Io. An. in merc. in reg. cōtra eum, in mercur.

Amplia etiam si legatus esset extra prouinciam: quoniam tunc conferre potest per ea, quæ habentur in c. nouit. hoc tit. Car. in cle. 2. de offi. ordi.

Facultas conferendi iure ordinario penes legatum.

Sed oritur dubitatio, an ista facultas conferendi sit penes legatum iure ordinario, an extraordinario. gl. in cle. 2. de offi. ordi. dicit hāc potestatem in legato esse extraordinariam; & illā glo. ibi sequitur communior opin. ratio est propter tex. in d.cle. 2. inquantum dicitur, q collatio facta à legato uni habenti aliud beneficium, est nulla, si de eo non fiat mentio: secus in collatione ordinarij. hoc autem non potest esse alia ratione, nisi quia ordinarij ampliāda est collatio tanquam naturalis: Legati uero restringenda, ut extra ordinaria. & ibi. Car. dicit, quòd quamuis auctoritas legati possit dici certo modo ordinaria, tamen competit extraordinarie: & alleg. c.j. hoc titulo, ubi legati non conferant beneficia, nisi sint Cardinales: & tunc ex speciali prerogatiua. Item iurisdictio legati est temporalis, & superinducta: ordinarij uero perpetua: ideo magis amplianda l.3. ff. de tutel.

Quare disputetur, an facultas lega. in cōferendo, sit ordinaria.

Tu uero attende: quia q. hæc non est ad aliud, nisi ut sciatur, quæ iurisdictio magis am
25 plianda, & ad hunc effectum, † querit, an ordinaria uel extraor. dico igitur iurisdictionem legati ordinariam: tum quia ita uocatur in c. legatus hoc ti. in 6. tum quia à lege cōceditur, ut not. Abb. in c. Cæterum, in princ. de iudi. & Abb. in c. si quis contra clericum. in 2. not. de for. comp. dicens esse ordinariam, q̄ extraordinario

nario modo inducta: de quo per Deci. cons. 128.incip.licet in casu.

26 Quòd uero sit magis amplianda† in bñficijs conferendis, quàm Epi, probatur tripliciter.

Iurisdictio leg. in cõferendo amplianda.

Primo, quia iurisdictio legati est portio papalis iurisdictionis: de cuius potestatis amplitudine in beneficiis conferendis nemo unquã dubitauit c.2.de præbend.in 6.c.proposuit, de concess.præben.quatenus igitur respicit Papã dantem, interpretatio est facienda. c. olim de uerbo.signi.c.in his, de priuile. ut ergo latissima sit legati potestas, nihil est ademptum ordinario, postquam Papa dat quod suum est, nõ quod ordinarii. Et licet in collationibus Papę, uel legati fiat stricta interpretatio, non est qa eorum potestas sit angustanda; sed quia factũ impetrantis præsumuntur surreptio, & improbitas, c. quãuis de pręben.in 6.

27 Secundo, quia† legatus est magis priuilegiatus in beneficijs conferendis d.c.1.c. dilectus c.Cum dilectus. ideo reseruatã Papæ c. præsenti, hoc titulo.

Quando actus odiosus concurrit cum fauorabili.

Tertio, qa si actus odiosus cũ fauorabili cõcurrant, præualet quod magis fauorabile est
28 †ut in Reg. odia, sed in concursu collationis ordinarij, & legati, præualet collatio legati c. Si a sede, de præben.in 6. igitur collatio legati magis fauorabilis.

Ad cle.2.dic, ex ea non sequi quòd iurisdictio sit magis uel minus odiosa, cum procedat à defectu intentionis: ideo si conferret motu proprio, cessaret illa dispositio secundum glo. ibi. ¶Et hoc etiam suadetur, quia taciturni-

Taciturnitas non uitiat collationem inferioris.

29 tas non uitiat collationẽ inferioris† collatoris, ut pote si quis consuetudine, uel priuilegio
30 habeat hoc ius conferendi† & tamen ille confert iure extraordinario, & non naturali, cum hoc sit Episcopi c. omnes basilicæ.16.q.7.c. nouerint.10.q.1.c.Cũ, & plantare, de priuil. unde ratio cle.in legato, est eadem, quæ in Papa, ut ibi tenet Bonifac.cum uterque sit implicitus multitudine negotiorum.

Ordinariũ quòd a iure datur.

Ad secundum, dic quòd conferunt iure or-
31 dinario, † p præmissa: nam a iure datur.ergo ordinario.glo.in c.pen.de offi. dele. & in c.2. ne prælato. ui. suas. ex quo in iure, nullum uerbum, quòd conferant auct. Apostolica.de quo per doct.in c. ad abolendam. de hæret.qđ uero in c.1.hoc titu.dicantur habere specialẽ prærogatiuam in conferendo, est solum, quia Papa in illo c. adimit facultatem conferendi, quæ cæteris legatus competebat ut ordinarijs, quam facultatem in legato de latere ob specialem prærogatiuam intactam relinquit: unde specialis illa præseruatio nõ operatur nisi ampliationem l.legata inutiliter.ff. de admi. leg.

Ad tertium dic, quòd immo sunt perpetui
32 nisi reuocentur.Et si obiiciatur, † quòd dicantur gerere uices Papæ.d.c.j.in ant. Respondet And.sicu.quòd illa uerba non tollunt quin gerant uices Papę iure proprio, ut sermo conueniat rei, de qua agitur.

Motus proprius in literis legati, an tollat subreptionem.

33 Secundo quæro, † an clau.motus proprii apposita in literis legati tollat surreptionem? & sic intelligentur quæ dixi in proxima.q.pro cuius q.intelligentia, scias quòd

Literæ Papæ, & legati uitiãtur ipso iure per surreptionem.

Literæ Papę, & legatorum ad beneficia per
34 surreptionẽ, & obreptionẽ uitiantur† ipso iure c.in nostra c.ad aures c.postulasti, de rescri. c.Si motu.de præben. in 6. secus est in literis
35 inferiorum d. cle.2. si quæras, † cur tam diuerse.glo.in d.cle.2.dicit quia auctoritas legati est superinducta, sed ratio nõ est generalis: quia idem esset in literis Papæ.unde dic me-

Surreptio non uitiat literas inferiorum.

36 liorẽ rationẽ: quia Papa, † & legatus nõ præsumuntur informati de qualitate beneficii, &
37 beneficiandi sicut, † ordinarius, qui uisitando, & sinodos faciendo, omnia nouit. Steph.&

In literis legatorum habẽda mẽtio de beneficiis obtentis.

38 Abba.in d.cle.2.quibus apparet, in literis, † legatorum esse habendam mentionem de beneficiis obtentis sicut in literis, Papæ c.fi. cod.
39 titu.in 6.quod tamen, † fallit in permutatio-
40 ne, † cum illa non sit libera collatio. per tex. in cle.1.de re. ꝑmuta. Feder.consi.73. Quòd procedit etiam si cõferretur ex ui specialis indulti: quoniam delegatus debet se conformare
41 stilo delegantis † c.super literis, de rescr.glo. in d.cle.2.in fi.de offi.ordi.dicam inferius.

Idem dicẽdum est de ualore beneficii.quoniam de eo habenda est mentio, sicut quando
42 impetratur à Papa † postquam hodie quali-
43 tas ualoris consideratur: † de quo per Feli.in c.ad aures, de rescr.dicam infra.

Motus proprius an ampliet gratiam.

Item scias, quòd quanuis clau. motus proprii tollat surreptionem, non tamen ampliat
44 gratiam ultra, † quã uerba, uel intentio concedentis patiantur.Ideo nec dispensationem inducit glo.in c.fi.hoc titu.in 6.dicens collatione legati factam motu proprio, habenti aliud beneficium, non esse surreptitiam, quanuis de illo beneficio non fuerit facta mentio: sed tamen propter, hoc non censebitur dispensatus, ut teneat duo incõpatibilia.idem firmat glos. in cle. per literas, in uers. directas, & in cle. Si Romanus, in uer.ualidam.de prębend.Io.An. Domi.& alij in d.c.Si motu proprio Abba. in c.ad aures in 3.col.dicens illam clau. non ope-

Motus proprius nõ operatur circa intrinsecas qualitates.

45 rari † circa intrinsecas qualitates beneficii.Et ideo si Papa cõtulit motu proprio alicui beneficiũ, nõ faciendo mentionem ꝙ est curatum, non ualet gratia: non propter surreptionẽ, sed propter intentionis defectum ar.c. Cum in illis.c.is.cui de præben. in 6.

Et dixit Io.And. & post eum Domi. in d.c. si motu proprio, quòd si Papa motu proprio concedit gratiam in ecclesiam, numerata, uel

: per ipſum grauata, tacito, de munero, uel gra-
uamine, uel tacito defectu ætatis, aut biga-
Motus proprius non tollit oppoſitiões iuris cõis.
46 miæ, non tollitur quin poſsit opponi, † per
uiam iuris communis de defectu intentionis
Papæ: quæ uidetur fuiſſe non grauare bis eun
dem: non rumpere munerum: diſpenſationẽ
non inducere. ideo oportet aduocatum eſſe
Cautela pro aduocato.
cautum, ut non opponat de ſurreptione, ſed
47 de grauamine; & alijs defectibus: † quia licet
motus proprius tollat impedimentum ſurre-
48 ptionis, non tollit alia impedimenta †. l. ſi non
lex. ff. de hære. inſti. l. ſi domus. ff. de ſerui. urb.
pręd. ita tenet Rot. deci. 111. & 112. in ant.
Ancha. in conſi. 10. Car. conſi. 96. in prin. infe
rens, quòd ſi falſa cauſa exprimatur in literis
Falſam cã uitiat literas motu proprio.
49 motu proprio conceſsis, † nihilominus uitia
tur reſcriptum propter generalem conditio-
nem ſubintellectam, ſi preces ueritate nitan-
50 tur, †. c. 2. de reſc. idem tenet in conſi. 142. in
pen. col. adde etiam Abb. in c. cum cauſam. de
reſcr. & ratio uidetur colligi ex dictis Cardi-
nalis: quia tale, motu proprio creditur procu-
ratum à partibus. de quo dicam infra. uide ta-
men Deci. in conſi. 341. nu. 4. qui tenet mo
tum proprium non cenſeri procuratũ à parte.
Sed contra hoc eſt tex. in c. ſi pluribus. de
præb. in 6. quando Papa confert dignitatem,
uel præbendam primo uacaturam alicui, motu
51 proprio, ut tunc fiat pleniſsima interpretatio,
† intelligitur de ea, quæ eſt maioris ualoris:
ergo motus proprius ampliat gratiam.
Reſpondetur, quòd in his, quæ expreſſa
ſunt, motus proprius ampliat: quia omnis gra
tia conceſſa motu proprio, iudicatur fauorabi
52 lis, † & late interpretanda. l. uniuerſis. & ibi
Bac. C. de leg. li. 11. quod procedit etiam ſi eſ-
ſet diſpenſatio. Hoſt. & Ioã. And. in c. Cum in
cunctis. de elect. quia ibi erat expreſſa præbẽ-
da, uel dignitas, quæ poterat equę proprie im
portare, maioris, & minoris ualoris, cum ua-
53 lor ſit quid extrinſecum à beneficio. † Ad hoc
uide Phil. in d. c. ſi pluribus. dantem quatuor.
Sol. ad illum tex. & dicentem, illam ampliatio
nem nunquam fieri cum præiudicio tertij in
iure quæſito. Rom. in conſi. infra allegando.
Item rurſus, uidetur quòd iſte motus pro-
prius inducat diſpenſationem: quia ſacrilegiũ
eſt diſputare de ſufficientia eius, quem prin-
ceps dignum iudicauit. l. 2. C. de crimi. ſacul. p
quem tex. Rom. in conſi. 327. damnauit gloſſ.
in cle. ſi Romanus. ſed illud eſt, quando cum
motu proprio cõcurrit certa ſciẽtia principis.
Generalis clau. non obſtante.
Idẽ eſt, qñ poſt iſtã clau. ponitur generalis
clau. non obſtan. quia operatur, perinde ac ſi
54 eſſet ſpecialis derogatio, † Lap. in c. quamuis
c. ſi eo tpe, de reſcr. in 6. de quo tamẽ, ui. Nic.
Mil. in Repert. in uerſ. motus proprius. & de
iſta clau. & eius effectibus: quia non tangit
hic niſi per accidens. uide Abbatem, & Areti.
qui elegantiſſ. loquitur, & Phil. multa cumulã
tẽ in c. cũm, quæ. de teſti. & eundem Phil. in c.
ad aures, in. 5. col. de reſcr. Philip. in c. ei, cui. in
2. col. de præb. in. 6. & in. c. ſi eo tempore rec.
pen. col. Alex. in. c. quia circa. de conſang. & af
fi. & Soci. in conſi. 67. in 3. uol. & Rom. in cõ
ſi. 327. qui audacter aſſerit clau. motus pro-
prij operari, ut derogatio ſit bona, quæ aliàs
non eſſet: quod etiam uidetur tenere Deci. in
conſi. 165. dicam aliquid in materia ſtatutorũ
55 lib. 8. & ſubdit Rom. † quòd clau. motus pro
prij facit priuilegium ualere, quamuis tacea-
tur litis pendentia. Item operatur ne indultũ
iniquitatem ſapiens, retorqueatur contra im-
petrantem. item excludit diligentiam proceſ-
ſus. uide Deci. in l. certum. in. 2. col. ff. ſi cert.
petat.
Conceſſum motu proprio, cenſetur conceſſum ob merita.
Vnum tamen nota, quòd quando aliquid
conceditur motu proprio, ſemper cenſetur cõ
56 ceſſum ob merita. † ſecus quando conceditur
ad petitionem. Bald. in. l. quod fauorem. C.
de legib.
Prouiſus motu proprio à Papa, præfertur prouiſo ab ordinario habẽte poſſeſ.
Item, uide Soci. in conſi. 1. in 5. col. uerſic.
circa ſecundam diffic. in. 3. uol. qui dicit, quòd
prouiſus motu proprio à Papa, præfertur pro-
57 uiſo ab ordinario habenti poſſ. † quod limi-
58 tat. c. ſi à ſede. de præb. in. 6. † quod dictum in
Rota non obſeruatur.
Item ſi concedatur motu proprio aliquid
ad beneplacitum Papæ, & ſedis Apoſtolicæ,
Beneplacitum quãto tempore durat.
59 beneplacitum † durat poſt mortem Papæ:
60 † ſecus quando petente parte fuiſſet conceſ-
ſum ſub illa forma. Dom. & Phil. in. c. ſi gra-
tioſa. de reſcr. in 6.
Aduerte tamen, quòd etiam ſi pars petat
aliquid, poteſt ſignatura reſpondere pro mo-
Motu proprio concedi pt etiã quod petitur.
61 tu † proprio: quoniam non ſunt contraria, ut
tu petas illud, quod etiam ſine petitione tua,
ego dediſſem motu proprio: unde reſponde-
bit ſignatura conceſſum etiam motu proprio.
Bald. in. c. niſi hoc titulo. ¶ Immo etiam gra-
tia conceſſa motu proprio certo modo dicitur
Impetrari dicitur quod motu proprio conceditur.
62 impetratio † ſecundum Car. in cle. 1. de con
ceſſ. præb. quia procurantur à parte, & tamen
propter hoc non amittunt priuilegium mo-
tus proprij: quia Papa id ſcit, & uult. ideo
cum ſuperioribus diebus quidam uellet pro-
63 bare in Rota, † quòd gratia motus proprij
fuerat conceſſa ad ſollicitationem partis, ad ef
fectum, ut diceretur contraueniſſe concilio ꝓ
hibenti impetrationem, non fuit admiſſus:
64 † ex quo apparet Aegi. in deciſ. 746. col. pen.
erraſſe: quando dixit, quòd clau. motus pro-
prij, de neceſsitate inferebat quod nullus un-
quam ſupplicauerat pro illa re, ſed de his ha-
ctenus. quandoque etiam Rota de iſtis motu
65 proprio procuratis à partibus, male ſentit. †
Dubitatum

Dubitatum fuit in Rota an Reg. loquens de impetrante beneficium per obitum familiaris Cardinalis de exprimendo nomen, cognomen,&c. habeat locum in eo, cui Papa motu proprio concessit beneficium uacans per obitum familiaris Cardinalis, quando in gratia erat expressum, ꝙ erat familiaris. & uidetur, quòd habeat locum, cum etiam qui habet motu proprio, dicatur impetrare. ad not. per glo. Car. & Imo. in d. cle. j. de concess. præben. quando dicunt illam cle. in illo. §. fi. habere locum, etiam in eo, qui habet gratiam motu ꝓprio. In contrarium tamen facit, quia reg. est exorbitans, & loquitur in impetrante: ergo cõtrarium in alio. c. qualis. 25. di. quod uidetur esse de mente Lapi. in d. cle. j. & comment. illius Reg. quæ est 30. Et facit, quia Papa exprimendo, quòd aliquis est familiaris Cardinalis, uidetur habere certam scientiam: unde inducitur dispensatio, & remouetur impedimentum regulariter, ut dicã infra lib. ultimo. Concl. 5. uersi. fallit primo. Accedit quòd diuersa est ratio, cum non possit notari culpa, uel dolus eius, cui ita per principem confertur. Nec surreptio propter clau. motus proprij, nec defectus intentionis propter scientiam eius. Non obstat decis. communis, in cle. j. quia licet in illo uers. fi. utatur uer. impetrantem, tñ tota cle. loquitur indistinctè. & illa ratio. s. periculum uacat. æqualiter concludit in omni gratia. nimirum si doctores ibi ampliant ad gratiam motu proprio: quia non erat dare rationem diuersitatis in principali. ad l. illud. ff. ad l. aquil. & ideo Car. ibi dicit, quòd gratia motu proprio, largo modo dicitur impetratio. ergo propriè loquẽdo diuersa sunt: Vnde in materia nostra, ubi non est omnimoda ratio, & interpretatio, debet summi strictè, unum modo comprehendat aliud.

Attamen maior pars dominorum, attento quòd priuilegia Cardinalium facile eluderentur, cum uni cuiq; facillimum sit habere supplicat. motu proprio. Et quòd non est intentionis Papæ per clau. motus proprij præiudicare iuri alterius, & quòd istud indultum eis concessum à Papa, est late interpretandum, in præiudicium concessionum ipsius Papæ. ad ea, quæ tradit Domi. in c. 2. de fil. presbyt. in 6. tenuit quòd non conferetur derogatum illi reg. pro quo faciunt tradita per Anch. consil. 297. Et licet aliàs certa scientia principis faciat præsumi dispensationem, non tamen facit præsumi derogatum iuri tertij.

De ista clau. motus proprij, scias quòd nõ
66 probatur per testes, † sed debet constare per literas. glo. in d. c. si motu proprio. nam hoc pendet ab animo Papæ: & ideo debet exprimi in literis, ut illæ possint dici literæ motu proprio, sicut aliàs dicimus de instrumentis, quæ propter confessionem partis habeant executio-
67 nem paratam: † nam de illa confessione debet constare ex instrumento, aliàs non probat, secundum Anch. & Phil. in d. c. si motu proprio, & hoc procedit ẽt si concurrerent uehemen-
68 tes p̃sumptio nes † ut. ibi. dicit Domi. Et sicut
69 non potest probari per testes illa clau. † ita nec etiam potest probari contrarium, quando est apposita in literis. ut tenent doct. ibi.

Circa principalem q. an legatus possit apponere in literis. clau. motus proprii habentes ueros effectus huius clau. Io. Mo. in c. fi. hoc tit. in 6. Archi. in c. si motu proprio. de præb. eo. li. Math. Pau. & Zenel. in. d. cle. 2. tenent ꝙ legatus, per clau. motus proprij non tollit surreptionem in suis literis. mouentur per illum tex. ubi indistinctè. irritatur collatio legati facta habenti aliud beneficium: nec distinguitur, an faciat motu proprio, uel non. *An legatus apponat claus. motu propri.*

Secũdo, quia in c. si motu ꝓprio, specialiter disponit circa literas Papę: ergo aliud ĩ literis legati. c. qualis. 25. distinct. q. a non est legatus
70 solutus legibus sicut Papa. † Et ideo gratia legati non est fauorabilis sicut gratia Papæ:
71 † secundũ Pau. ibi: factum enim Papæ præsumitur rectum: non sic de facto inferioris,
72 qui debet examinare uitã eius, cui prouidet, & quare prouidet. c. fraternitatis, de scis. c. qui in aliquo. 51. dist. c. si seruus. 54. dist. & istam partem sequitur Gondiss. in suo tract. q. 9. dicens clau. istam non solere apponi in literis le
73 gatorum: quia nihil operatur. † ¶ Contrariã uero partem tenent Steph. Io. An. Anch. Car. in d. cle. 2. & etiam Ant. de But. qui pro concordia, dixit quòd motus proprius, qui erat in literis legati, tollebat surreptionẽ sicut in literis Papæ: sed in hoc differebant: quia motus ꝓprius non admittebat ꝓbationẽ in contrariũ. secus in motu proprio legati. idẽ tenẽt Io. An. Dom. & Philip. in. c. fi. hoc tit. in. 6. & mouenẽ.

Quòd siue apponatur à legato siue à Papa, est eadem ratio: quia in nullo peccauit prouisus tali modo: ergo non debet puniri. cap. satis peruersum. 56. dist. c. inuentum. 17. q. 7.

Item, quia multa impediunt impetrationẽ,
74 quæ non impediunt collationem † c. licet, de præbend. in. 6.

Tertio, quòd nullo iure cauetur habenti unum beneficium non posse conferri aliud, quamuis caueatur, quòd quando impetratur, debeat fieri mentio de illo. Ad primum, & secundum, in opp. dicunt confundi per paritatẽ rationis ad rationem. de præsumptione facti Principis, respondent dando instantiam de inferiore in d. cle. 2. *Non cauetur iure quòd habẽti unũ non possit cõferri aliud.*

Aduerte, primo ad dist. Anto. inquantum
75 dicit, † quòd motus proprius Papæ: non admittit

mittit probationem in contrarium. non uidetur uerum propter ea, quæ dicuntur in præalleg. conſil. Rom. 96. & 142. unde etiam hoc reſtringi debet ad terminos cle. literis. de probat. Ego tamen ſequor hanc ultimam opi.

Quoniam neceſſario dicendum eſt diſpoſitionem de le. 2. procedere quantũ attinet ad legatum ex defectu intentionis: ſiquidem non urget ratio ad oppoſitum, poſtquam cautum eſt, ut literæ legatorum uitientur per ſurreptionem, ſicut literæ Papæ, ut ſupra dictum eſt. nec eſt dicendum id licere Epiſcopo, quod non liceat legato in iſtis, ut probauimus li. 2. poteſt tamen etiam ſubſtineri prima opinio propter generalitatem illius clau. Amplectere tamen ſecundam. Quam tamen opi. intellige, quando legatus contulit, aliàs non egenti diſpenſatione. quoniam tunc adhibenda erit diligentia, de qua in c. ordinarij. §. fi. de offi. or di. in 6. ut tenent Domi. & Philip. in d. c. fi.

An legati cõferant in menſe expectantium.

¶ Quæro tertio, per regulas cancellariæ cõceduntur certi menſes ordinarijs, quibus præſeruatur collatio aduerſus expectãtes, an iſtis
76 menſibus legati conferre poſſint. † Et uidetur non poſſe: quia illa præſeruatio illorum menſium redderetur inutilis, uel parum utilis. unde præſeruatio illa tanquam fauorabilis, eſt interpretanda, ut non poſſit tolli per iuriſdictionem legati, quæ eſt extraordinaria: & hoc uidetur placere Soci. in conſi. 260. 8. col.
77 in 3. uolu. quando dicit, † quòd legatus non poteſt conferre beneficia Archiepiſcopi habẽtis indultum conferendi. & hoc obſeruatur in
78 indultis Cardinalium quotidie. †

Credo tamen contrarium: quia ſecundum hoc, ſtantibus expectatiuis, legati poteſtas eſſet in totum inutilis, non poſſet conferre in præiudicium expectantium, nec in menſe ordinarij: ergo nunquam. Item, quia præſeruatio huiuſmodi eſt ad effectum excludendi reſeruatiuos, non autem excludendi legatum, q̃ pariter ordinarius collator eſt. Nam gratia facta uni & ex una cauſa, non debet nocere alte
79 ri, & ex alia cauſa, † per iura uulgaria. præterea illa reg. generaliter præſeruat ordinarijs hanc collationem. Legatus eſt ordinarius: ergo & cætera.

Ad contraria, dic quòd procedunt in habente indultum excluſiuum aliorum collatorũ: in caſu autem noſtro eſt aliud: ergo &c.

Legatus qui poteſt cõferre reſeruata an conferat in menſe expectantium.

Sed uidi dubitari in Rota, an legatus habẽs facultatem generaliter conferendi beneficia reſeruata, poſſit conferre in præiudicium ex-
80 pectantium, † cauſa pendente in Rota, domini iudicarunt, legatos hoc non poſſe inſpectis tenoribus facultatum legatorum, quæ hactenus conceſſæ ſunt: quia de facili eluderentur expectantes. Sed quid dicemus ſi legatus confert in menſe expectantium, & nullus ex-
81 pectans acceptat, † an ualeat collatio ſaltem elapſo menſe. Et uidetur ualere: quia decretum, & omnia appoſita in literis expectantiũ, uidẽtur intelligi conditionaliter, ſi pars acceptauerit. Rot. deciſ. 422. 450. in ant. Contrarium tamen aliàs facit deciſum in Rota. ut in deci. Biſg. 23. & in ant. 834. & hoc ſeruat nũc Rota. per Reg. quod ab inito. de hoc per phili. in c. Cum ex officij. in antepen. col. de præſcri. Vbi etiã ponit, quòd ſi expectans acceptet in tempore non ſuo.

Collatio legata rect ualeſcat, ſi expectãs nõ acceptat.

Legatus an conferat cathedrales, regulares, & dignitates non electiuas.

Quarto quæro, an legatus poſſit conficere eccleſias Cathedrales, regulares, collegiatas, & dignitates eccleſiarum cathedralium ele
82 ctiuas † Sol. non confert. c. deliberatione. §. 1. hoc tit. in 6. ſecundum communem modum intelligendi. Sed contra: quia. c. deliberatione. loquitur tantum de reſeruatione quoad eccleſias regulares, & dignitates: ergo ſecus in collatione. quod loquatur de reſeruatione lierta expreſſa. Item innuitur ibi, quando dicit, quominus hij, ad quos pertinet, cum uacabunt, eligere: obſtaculum quomodolibet interponat, quæ uerba in fi. poſita moderantur ea, quæ ſuperius dicũtur. Hęc de ipſis ordinibus, &c. hoc etiam ſuadet. §. ſequens, qui ſimiliter proſequitur materiam, quando ante uacationem, quis uult diſponere per uiam renuntiationis: cum igitur facultas conferendi competat etiam legato ipſo iure: & facultas diſponendi ſit adempta uno caſu, in reliquo erit ſecus. l. præcipimus. & quod ibi dicitur. C. de appel. Et ſi diceres: ergo poſſet etiam conferre eccleſias Cathedrales, non ualet arg. quia contrarium eſt expreſſum in. c. quod translationem. extra, eod. tit.

Tu tamen ſequere communem opi. quia ſi poſſet legatus talia beneficia conferre, poſſet impedire electiõnem, quæ eſt libera penes electores uſque ad ſex menſes. c. nulla. c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. in illo autem tex. prohibetur legatus reſeruare, uel alia facere, propter quæ poſſet præſtari impedimentum electori: igitur, &c. Et ratio illius prohibitio-
83 nis: quia † qui obtinet beneficia collectiua, aliter q̃ per electionem, dicitur ambitioſus: & debet repelli. c. quia frater. §. ambitionis. 7. q. j. quæ ambitio in beneficijs maxime reprobatur. c. Cum iamdudum. de præben. ubi Abb. facit. c. quia in tantum. eod. titu. quod tamen hodie non procedit in Rom. curia. tum quia reſeruata ſunt Papę electiua huiuſmodi: tũ quia lex iul. de ambitu, nõ habet locum in prouiſionibus principum. l. j. ff. ad leg. iul. de am.

Ambitioſus eſt, qui quærit electiua, ſine electione.

Quod beneficium electiuũ: quod collegiatũ.

Ad intelligentiam tamen. q. queritur, quod beneficium electuum? quod collegiatum? electuum dicitur beneficiũ, cui regulariter proui

detur

detur per electionem, licet certo casu per col-
84 lationem.† Rot.decis.124.in ant. Aegi. decis. 205. & etiam quando facta electione à cap. non exigitur alia confirmatio. Oldrad.consil. 146.factum tale.Feli. in c.Cum Bertoldus,in 2.col.de re iud.unde omnes ecclesiæ collegiatæ naturaliter sunt electiuæ. Feli. in.c. in nostra,in 32.correl.dixit Inno. semel declarasse illud beneficium dici electiuum, qñ in electione seruatur forma. c. quia propter. de electio. uel quando per uacat. ecclesia dicitur uiduata pastore.

Collegiata dicta quo cognoscitur.

85 Collegiata uero ecclesia,quæ sit † non facile ostenditur.glo.in.c. nobis. de iur. pat. tetigit,& indecisum reliquit. potest tamen dici sequendo uestigia Abb.& Ioã.An.& aliorum in d.c.nobis.primum etiam considerandum initium fundationis ecclesię,si fuit fundata, ut esset collegiata:tunc enim erit collegiata dum-
86 modo ad minus fuerint instituti tres : † quia pauciores non faciunt collegium. l. Neratius ff.de uerb.sig.gloss. in c.1.10. dist. & in c.1. de elect.d.c.nobis.Innoc. in.c. postulasti. de iur. pat.Car.in.c.1.de elect.in prima op. & hoc uerum,quamuis idem Car. in cle. Et si principalis.q. 14. & Franc. Paui.in tract. de pot. cap. uac.se.allegando multa,quæ non sunt uera, teneant sufficere duos ad constituendum collegium ecclesiasticum. Et quod dixi necessariũ in prima institutione.Si autem ex post decresceret numerus,nihilominus remanebit colle-

Tres faciũt collegium.

87 giata.† quoniam ius collegij conseruatur in
88 uno †.l. sicut.§.fi.ff.quod cuiusque unicũ. gl. in.c.2.de post.præl.& in.c. statutum . de elect. in.6.Immo,& si omnes morerentur;non propterea periret ius collegij,sed dormiret, & re-
89 surgeret postea institutis alijs,† secundum Innoc.in.c.postulasti.de iur.pat.c.Cum ex iniuncto.de no.oper.nunc.

Signa collegii.

Secundo,est considerandum, quòd quando
90 ecclesia ex se est regularis,uel collegiata,† homines qui congregantur ibi , censentur congregari ut collegium, Hostien. & Abb.in.d. cap nobis.

Tertio,si ecclesia habet priuilegium super
91 collegio,censebitur collegiata † Feder. consi. 61.si nõ habet priuilegium,& sit in quasi poss. collegij, defendetur vt collegiata, donec probetur contrarium per no.in c. consultationibus.de iur.patr.c. querelam.de elect.dicetur autem esse in quasi posses.collegij,quando con-
92 currunt † signa inditantia collegium : ut quia consueuerũt facere sindicum: iurare per eum: tenere sigillum commune:eligere prælatum.l. 1.ff. quòd cuiusque vni. c. imperatorum.c. In pertractandis, de iuram. calum. c.significauit. de appella. Car.in cle.vt hij qui in 4.q.de æta. & qual. cessantibus aũt præmissis,ecclesia non

Quando dicatur ecclesia in quasi possess.coll.

censebitur collegiata , sed in libera dispositione episcopi elect. in d.c. nobis.de materia. per Inno. & Ancha. in c. dilecta , de exc. prælat. & Dec.in c.2.de postul.prælat.

An leg.conferat regu. collegiatus non elect.

Quinto, Q.q̃d de ecclesijs r̃larib. collegia-
93 tis nõ electiuis†gl.in c.deliberatione,tenet legatum non posse conferre talia : & eam ibi sequuntur Phil. & Domi. ratio, quia prohibetur generaliter ne intromittat se de his . Item quia si diceremus contrarium , posset conferre etiam Catedrales non electiuas.

Ego teneo contrarium:quoniam absurdum esset quòd unus Abb. posset conferre prioratum,vel episcopus plebem , quam non posset legatus conferre, cum ipse sit ordinarius col-
94 lator ẽt in beneficijs exẽptis† vt dixi in secundo libro . & pręcipue quia non reperitur lex, quæ hoc vetet.& hanc opi. teneo sequestratis reseruationibus Ro. Pont. & hæc fuit opi. Archid.in d.c. deliberatos . Et probatur ratione: quia quando deficit q̃ habet præsentare uel eligere, prouisio spectat ad eum , q̃ habet seruare , instituere,uel confirmare,secundum Abb. in c.1.de ellec.per gl. in cle.1.in uers.disponere.de sup.negl.prælat.quam ibi sequitur Card.

Ad c.deliberatione. dic quòd non facit legatum deterioris conditionis,quàm Episcopum, uel Abbatem, sed tamen restringit potestatem legati in eo,quod exuberabat à potestate ordi-
95 nariorum : quia † Episcopi non possũt conferre beneficia spectantia ad electionem eccle-
96 siasticarum personarum.†secus in legato c. dilectus e.tit.voluit ergo Papa restringere potestatem legatorum & adimere facultatem conferendi electiua : ergo secus in alijs c. quæ à iure com. de reg. iur.in 6.

Intell.c. deliberatione.

Quòd uero text. loquaĩ in electiuis,indicãt illa verba,ad quas hi q̃ p̃. h.p. u.el.aff.ista.n.determinatio adaptatur æqualiter omnibus superioribus.c.secũdo,requiris.de appel.l. talis scriptura.§.fi.ff.de leg.1.Nec est uera ratio, q̃ illa uerba adaptentur ad proxima tantum secundum glo. in clem. Ne Romani.in vers. cetus. de elec.quia verba illa, quæ sequuntur , neque aliquid quominus hi,ad quos pertinuerit eligere, aut postulare libere valeant,cum vacauerint , obstaculum aliquod interponat. ostendunt intentionem finalem canonis fuisse, non impedire electionem, aut confirmationem. dictio enim neque, implicat superiora l. 1.C.sent.resci.non pos.

Et quamuis gl.persistendo in errore; soluat dupliciter , nulla sol. est bona. primo enim dicit,quòd expressum est de ele. quia talia ut plurimum sunt electiua.hæc sol. inducit superfluitatẽ : quia secundum hoc, ista verba de electiuis , sunt superflua , contra ea quæ habentur, in prohem. 6. & decreta. Item illa. sol.non tenet

net

net quando ratio expresſi & non expreſsi est diuerſa.l. tale pactum. ff. de pac.inter electiua & non electiua nemo ignorat eſſe cauſam differentiæ. Immo ratio concludit ad oppoſitũ: quia dicendo de regularibus, intelligebatur de electiuis, ex quo communiter ſunt electiua.l. nam ad ea.ff.de legi.

Secunda ſol.quod illa verba referantur tantummodo ad dignitates electiuas, quæ eſt diuinatiua:nec oportebat effundere tot verba:nã debet referri ad omnia: quod ẽt oſtendunt finalia verba ſupra adducta,quare põt ſuſtineri iſta contraria opi. quam etiam ſequitur Deci. in conſ.149.& Ioan.Gall.in tract. de benefic. in 2.parte in 3.q.col.5. dicens ita communiter teneri: quod non eſt verum, cum communis ſit in contrarium, tamen dictum uerum per præmiſſa.

Quod de plebanis. Ex quibus infertur ad q. quæ de plebanis † & ſimilibus, de quibus dubitat glo. in d. c.deliberatione: quoniam ſi illis cõſueuit prouideri per electionem, comprehẽduntur, aliàs non. 97

Sexto, quæro quid ſi plebania uel eccleſia 98 eſſet collegiata † habitu non actu, poſita cõi pro vera,quòd legatus collegiatã nõ conferat, an legatus tales eccleſias conferat? ſol. uidetur quòd conferat: quia ceſſat ratio prohibitionis.Lapus in d. c. deliberatione, tenet contra. & uidetur eſſe de mente domi. in ſimili caſu in c. Si Apoſtolica. in 2. col. uerſ.quid ſi parrochial. de præbend. in 6. Abba. Imo. & aliorum in c.de multa, de præbend. Io. Archi. in c. Et hoc diximus.16.q.7.Inno. in c.2. de no.oper.nunc.glo.in c.Statutum, de elec.in 6. inquantũ ponunt de eccleſia curata habitu nõ 99 actu,†facit: quia idem iudicamus de habitu, qui poteſt deduci ad actum,quod de ipſo actu. c.in noſtra. de reſc. & per Iaſo. in l. pen.C. de inoff.teſta.Feli.in c.eam te.de reſc.de materia tamen iſta uide latius ꝑ Io. de Syl. in ſuo tract. q.42.parte 3.ubi diſtinguit,an eccleſia habeat parrochiam diſtinctam uel confuſam. fallit tamen,quando auctoritate ſuperioris collegium eſſet deletum,ut per Inno. in c.2. de no.oper. nunc.per Alexan.in conſi.457.uiſis,& pen.in 1.col.quem refert Fel. in c. accedentes. col.2. de præſcrip.

Quod de collegiata habitu.

An conferat dignitates non electiuas indiſtinct. Septimo,quæro, An legatus indiſtincte cõ-100 ferat dignitates† non electiuas?Sol.cõfert: quia c.deliberatione,loquitur de electiuis tantum:& hoc omnes tenent,ut dixi ſupra.

An electiua deuoluta ad Epiſcopum. Quid dicemus de beneficijs electiuis deuolutis ad Epiſcopum per negligentiam eli-101 gẽtiũ†in glo.in cle.Si de beneficio de præb. quæ uidetur diſputare, an de uoluatur collatio,uel electio,Archi. in c. deliberatione, hoc tit.dixit legatũ hoc caſu poſſe cõferre.Sed Lap. & Domi.impugnant,propter tex.in cle. Si de beneficio.ubi quando datur poteſtas prouidẽdi de beneficio ſpectante ad collationem Epi, intelligitur qñ collatio ſpectat iure ꝓprio, nõ iure deuoluto:& dicunt Archi.eſſe excuſandũ quia non uidit illam clemen. Item ponderant iſti,ꝙ rõ tex.ſemper militat: quia generaliter prohibetur ne legatus intromittat ſe de iſtis. & iõ reprehendũt etiam Petrum de Ancha. qui ibidem uoluit,legatum poſſe conferre deuoluta ad Papam.Tu dic opi.Archi.ueram:qa indecens eſt Epiſcopum poſſe,quod legato nõ liceat propter reg.toties repetitã.&.c. Deliberatione,loquitur in caſu electionis uel poſtul. ut prædixi.Et cle.Si de beneficio, non facit ad rem. aliàs neceſſe eſſet dicere, legatum non cõferre deuoluta.quod nemo conſentit.

Octauo Q. quid ſi in eccleſia ſint duæ dignitates pontificales, & non apparet, quæ ſit maior,an legatus utramque conferat,uel nul-102 lam?†Domi.in d. c. deliberatione.§. j. dicit quòd legatus nullam confert: attendenda eſt 103 tamen conſuetudo.† *Quãdo nõ apparet quæ ſit maior dignitas.*

Nono, Q.quę dicatur dignitas maior,poſt 104 pontificalẽ†cũ maioritas poſſit eſſe diuer-105 ſo reſpectu?†ſol. q̃ intelligiẽ de maioritate ꝯplationis:& attenditur cõſuetudo eccleſiæ: 106 †ſed conſuetudine circunſcripta de iure cõ-107 muni, Archidiaconus eſt maior † ut patet in titu.propriẽ: aliàs diciẽ maior dignitas eius, 108 qui ſedet in altiori loco†ut eſt glo. inſtit. de bon.poſſeſ.in uerſ.altiori.Imo.in l. qui ſoluendo la.ij.ff.de hære. inſti. & ideo Vicarius epi-109 ſcopi eſt maior Archidiacono † Abba.in cõſi.21.uiſo dubio.in prima parte. de materia ꝑ Io.And.& Domi.in c.fi.de offi.leg. in vj. Car. Conſ.33.in hac dubia.& conſ.63. in eccleſia, & in Deci.442.in no.& 451. *Quæ dignitas dicatur maior poſt pont.*

Q.in facultatibus legatorum, hodie cõiter habetur,quòd poſſint conferre dignitates ẽt, maiores poſt pontificalẽ,an poterant conferre 110 electiuas † ſol. uidetur poſſe: quia de non electiuis nõ erat dubium per c.deliberatione. aliàs conceſsio eſſet deluſoria c. in his, de priuileg.doct.in c.1.de reſcrip. ideo Ant. in c. at ſi clerici.§.de adulterijs in 6. col.de. iudi. dicit quòd quanuis diſpenſatio ſit ſtricti iuris,tamẽ 111 debet ſemꝑ interpretari ut aliq̃d operetur.† *Quando cõceditur legato ut cõferat dignitates maiores,an conferat electiuas.*

Ego tamen credo contrarium per c. deliberatione.in quantuncunque plena legatione. Ad arg.dic quòd operatur clau.propter reſeruationes Papę.generales de huiuſmodi dignitatibus.habent tamen clau. hodie importantes ut poſſit etiam ſi in illis conſueuerit quis per electione aſſummi.Quid ſi legatus haberet facultatem conferendi omnia beneficia ſpectantia ad collationem,prouiſionem, inſtitut. quorũ-102 cunq;,an poſſet prouidere de electiuis.† & *Diſpẽſatio debet aliquid operari.*

dicendum

dicendum quòd non, per tex. in c. cum in illis de præben. in vj. Abba. conſ. 38. col. 2. ſecus ſi dicerent de beneficijs ſpectantibus ad diſpoſitionem quoruncunque, uel de omnibus bene-
113 ficiis in genere † glo. in cle. i. §. j. in uerſ. quãuis, de præben. in fi. ubi Car. q. 5. & Card. in conſil. 103. quod tamen etiam non exiſtimo uerum propter illum text. in c. deliberatione.

Ex quo habes unum caſum, ubi ſtrictius interpretabitur facultas legati, quàm mandatum
114 de conferendo † ſi uera eſt opi. de qua per Car. in d. q. 5. & hoc quod dixi, tenet Deci. in c. 2. col. 1. de poſt. prælato. eo quòd per mandatũ quanuis generale de conferendo, non comprehenduntur beneficia electiua, & collegiata,
115 niſi ſpecialiter exprimãtur † per text. in cle. fi. de præben. c. qui ad agẽdum, de procur. in 6.

An cõferat reſeruata collationi Papæ.

Decimo, Q. quid de beneficijs reſeruatis
116 collationi Papæ? † ſol. illa non confert lega-
117 tus ſine ſpeciali mandato † c. licet de præb. in 6. c. quod tranſlationem. hoc titu. Genel. & Imo. in cle. 2. de præbend. qui dicunt, quòd quamuis legatus conferat beneficia deuoluta,
118 non tamen confert reſeruata. † Rot. deciſ. 119. in no. & 460. in ant. Aegi. deci. 549. & Rota. 489. in no. ubi dicit quòd ſi nuncius apoſtolicus uel legatus habeant auctoritatem cõponendi cum his, qui iniuſtè tenent beneficia, non poterunt componere cum his, qui tenent
119 reſeruata ſine ſpeciali mandato. †

Reſeruata excipiũtur.

Qui conferre poteſt reſeruata, nõ confert reſeruata generaliter.

Reſeruatio generalis quæ ſit.

Immo ſi Papa daret facultatem conferendi beneficia reſeruata, non poſſet conferre reſer-
120 uata generaliter † Aegi. deci. 425. quamuis alii contra ut ibi ꝑ eũ dicũtur autẽ reſeruatio-
121 nes generales quarum cauſa eſt notoria † ut qa ſunt in corpore iuris clauſæ. uide tamen miles. in reper. in uerſ. Reſeruatio. qui ſe inuoluit, & aliàs ui. Apoſt. noſtram ad Philip. in c. fi. de conſ. in 6. Et beneficia uacantia in curia ſpecialius cæteris ſunt affecta Papę, & non ue-
122 niunt ſub generali † facultate † gloſ. in c. j. hoc titulo, & Ro. ubi ſupra. An autem beneficium renunciatum in curia per procuratorem, quando dominus eſt extra, dicatur uacare in curia, uide glo. in clem. j. in x. collatio. circa medium, ut li. pen. Spec. in titu. de act. & petit. in §. ſuper actionibus, in fi.

Reſeruata beneficia quæ ſint.

Vacare apud ſedem quando dicantur beneficia.

Vndecimo, Q. quæ ſint beneficia reſeruata?
123 † ſol. beneficia uacantia apud ſedem c. licet c. præſenti, de præben. in 6. ſed uide extrauag. Ioan. xxij. ex debito. & extrauagan. benedicti. xij. ad regimen. in tit. de præbẽ. in cõmunibus, ubi Papa ſpecificat etiam beneficia electiua, uacantia apud ſedem, & deinde ſpecialiter narrat omnia beneficia Cardinalium, & officialium ſedis Apoſtolicæ. Et nota quod bene-
124 cia dicuntur uacare apud ſedem, † quando in curia fit renuntiatio uel priuatio, uel ſi ibi inducuntur alii uacationis modi, Ro. deciſ. 33. 86. in ant. & in deciſ. 265. in no. Et ideo ſi ille qui priuatur ob non ſolutionem penſionis, eſt Romæ, beneficium dicitur uaca-
125 re Romæ † de quo per Archid. Ioan. And. & alios in cap. 2. de præbend. in 6. & ita de contractu matrimonii, de ingreſſu religionis uiolatione ſequeſtri, & alijs cauſis inducentibus uacationem ipſo iure, poſſumus cognoſcere per præſentiam perdentis beneficium, ſi uacat in curia uel extra.

Vacare in loco quomodo dicatur beneficia.

Reſeruantur ẽt beneficia omnium curialium, qui peregrinationis, infirmitatis, recreationis, ſeu alia quacunque cauſa, in locis ultra duas dietas à Roma. cur. diſtantibus, dummodo ibi domicilium non habeant, mortui
126 fuerint. † Item eorum qui ad Epiſcopatus promouentur, uel quæ per aſſecutionẽ beneficiorum a ſede Apoſtolica uacant. Et quod dictum eſt, beneficia officialium Roman. curię etiã reſeruata hẽt locum, ẽt ſi tꝑe mortis deſineruit eſſe officiales, ut in regulis Cancellariæ diſponitur, & in extra. Ad Regim. et. Ad Romani.

Et no. quòd per regulas Cancellariæ reſeruantur omnes Eccleſiæ Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, omnia monaſteria uirorum, excedentia ualorem cc. ducatorum. Item omnes dignitates maiores poſt pontificalem ſiue electiue, ſiue non. ¶ Item omnes principales in collegiatis eccleſiis excedentes ualorem. x. floren. ¶ Item prioratus prępoſituræ præpoſitatus, & aliæ dignitates conuentuales, & præceptorię generales ordinum quorumcunque, ſed non militiarum.

¶ Item beneficia omniũ familiarium Reuerendisſimorum Cardinalium. item omnium Curialium decedentium dum curiam ſequuntur. item omnia beneficia uacantia in eccleſijs principis Apoſtolorum Sancti Ioannis in Laterano, Sanctæ Mariæ maioris in urbe Roman. pertinentia ad collationem, prouiſionem, præſentationem dominorũ Cardinaliũ, quando abſunt, & habentur hæc in Reg. 2. 3. 4. 5. 6. quæ. reg. quanuis à beneplacito Roma. Ponti. ſtent, & cadant, tamen communiter confirmantur: ideo poſſunt exiſtimari ius: quia pontifices ſequuntur ueſtigia prædeceſſorum in his, quæ eis utilia ſunt.

An legatus habens facultatẽ conferendi omnia beneficia familiarium, conferat reſeruata.

Duodecimo, Q. ut uidiſtis, beneficia familiarium Cardinalium ſunt reſeruata, quid ſi legatus habeat facultatem conferendi omnia
127 beneficia familiarium ſuorum, † an poſſit conferre beneficia, quorum collatio aliàs eſt ſibi interdicta, ut dignitates electiuas, &

huiusmodi. Sol.uidetur quòd possit conferre:quoniam hoc priuilegium nocet soli Papę. ergo late interpretandum ut comprehendat omnia beneficia c.olim,de uerbo. signifi.cle. si de beneficio,in uers.siue ad nos,de præben. in fauorabilibus enim,genus capit species in-
128 clusas ac si enumeratæ† forēt.l.Si duo.in fi. l.si plures.ff.de admini.tut.c.si sacerdos. de officio ordin. Item quia ratio familiaritatis concludit in beneficijs electiuis.

In contrarium aūt facit: quia beneficia reseruata sunt digna speciali intentione: ergo si non exprimantur &c.l. & ideo.§.1.ff. de pub. l. apud labeonem. §. hoc edictum. ff.de iniur.

Item,quia dignitas electiua apud familiares eorum duplici iure reseruata, & quia familiaris,& quia electiua, ut in c. deliberatione: sed indultum Cardinalis est tantum ad effectum reseruationis, causatæ ex familiaritate: ergo non debet operari alium diuersum: quia sublato uno etc.§. affinitatem institu. de nupt. c. ex mat. de auct. & us. pal.

Opin. auctoris.

Item uidetur casus in d.c.deliberatione.inquantum prohibentur talia conferri uirtute
129 cuiuslibet plenè legat. ¶In hoc dicas,† q̃ aut in facultate exprimuntur aliqua beneficia,quæ communiter sunt electiua, quanuis non necessario,& poterit conferre etiam electiua, per ea quæ not.Cal. in c.dilectus, eo. titu.& in consi.4.in tit. de præbend. aut dicit simpliciter omnia beneficia familiarium: & teneo ult.op.quia intelligitur de reseruatis ea ratione,quia familiares, & quia electiua. habent specialem causam.

Quid si habeat facultatem conferē di qualitercunque uacantia.

Decimustertius,Q.quid si legatus habeat generaliter potestatem conferendi omnia beneficia qualitercunque uacantia, an confe-
130 ret reseruata?† sol. non conferet, quanuis aliàs generalitas sit expressa, multum operetur,Rot.deci.119.196.in no.

Quid quando cessat cā reseruatis.

Decimusquartus, Q.quid de beneficijs, quæ olim erant reseruata ex causa,quæ nunc
131 cessat†,ut quia aliquis fuit collector, uel familiaris Papę,sed tempore mortis non erat talis, an legatus poterit conferre huiusmodi beneficia? uidetur posse:quia familiaritas,uel officiū debet intelligi ut sit tempore mortis. l.in delictis.§.Si extraneus.ff.de noxal.& quia cessante causa &c.l.adigere. §.quanuis,de iure patrona.

Semel affectū semper affectum.

Contrarium tamen seruatur hodie:quia beneficium semel affectum, semper durat affe-
132 ctum†uide Rot.dec.181.207.in no. ubi ēt ponitur, an beneficiū afficiatur ante acceptationem officii,& in deci.Bern.de præben.xxi. propter quod decidi potest, quòd de beneficiis eorum,qui olim fuerunt familiares Cardinalium,tempore mortis non erant,quanuis reg.disponunt super his.

An afferat beneficia familiarium suorum qui fuerunt familiares Papæ.

Decimusquintus,Q.aliquis, tempore,quo adeptus est beneficia, erat familiaris Leonis Decimi, postea tempore obitus, mortuo iam Leone,erat familiaris Reuerendissimi Domi.
134 mci de medicis† qui pōt conferre beneficia oīum familiariū decedentium:an poterit conferre ista? Sol.in Rota fuit terminatum in simili casu,quòd non:quia prima affectio durabat. unde familiaritas Cardinalis superueniens,nihil operabatur:& hoc fuit in causa Reuerendissimi de.S.Cruce, de anno 1522. de mense. Iunij:quo tempore primum ego sum
135 ingressus Rotā,† tamen in contrariū allegatur, quòd quanuis remaneret beneficium affectum, tamen familiaritas illa erat dissoluta per mortē Papæ l.adeo l.nemo.ff. pro Soc. tenet Bald.in l.2.C.de Episco.audi.& Domi.in c.sicut,de uerbo. signifi. in 6. dicentes familiaris prærogatiuam durare quousque durat
136 familiaritas:† quæ familiaritas cessat, cum quis recedit à familia animo non reuertendi.
137 † unde uerum erat dicere beneficium uacasse per mortem familiaris Cardinalis & non Papæ:nec per hoc erat extincta affectio: quia ēt beneficia familiarium Cardinaliū sunt reseruata. Responsum est,quòd sunt reseruata; sed alia causa:unde prima remanebat integra. secus fuisset si transiuisset ad familiaritatem sequentis pontificis: & sic saluatur reg. quæ loquitur de familiari Cardinalis defuncti,transeuntis ad familiaritatem alterius Cardinalis, ut requiratur consensus uiuentis Cardinalis,
138 in collatione beneficiorum eius.†

Sed in q.quæ uertebatur in Rota, dubium est ortū ex eo,q̃ Alexāder vi. Indulserat Regi Valentino,ut oēs familiares sui cēserentur ue-
139 re familiares Papę:† & unus, q̃ fuerat familiaris Valentini tēpore obitus,reperitur familiaris.S.Crucis,an Cardinalis.S.Crucis habeāt præstare consensum in collatione beneficiorum huius,tanquam beneficiorum uacantium per obitum familiaris sui? Omnis dubitatio uersabatur in hoc,an familiares ualentini fue-
140 rint uerè familiares Papæ, † ita quòd eorū beneficia afficerentur Papæ sicut uerorum familiarium.

Familiares familiarū Papæ an ueri familiares Papæ.

Ad partem negatiuam,quòd beneficia huiusmodi non fuerint affecta Papæ, arguebant tres ex dominis, in indulto dicebatur quòd gauderent prærogatiuis sicut ueri familiares Papæ: ergo erat hoc indultum ad
141 effectum prærogatiuarum† & sic non ut affectum l. non omnis.ff.si cer.pet.

Indultū an ad effectum prærogatiuarum.

Item

Item, quia hoc priuilegium conceditur ab
Alexandro in fauorē Valētini, & aliorum Car
dinaliū Palatinorum, quibus indultum huiuſ-
modi conceditur. ſed ſi fieret iſta interpreta-
tio, retorqueretur in eorum damnum: quoniā
illa indulta, quæ habent, vt beneficia fami-
liarium ſuorum non conferantur ſine eorum
conſenſu, extinguerētur per huiuſmodi indul-
tum de familiaritate: igitur &c. ad hoc l. lega-
ta ſimiliter.ff.de adim.leg. Alij contra. quia Pa
pa uoluit familiares Valentini eſſe familiares
Papę: ergo ueri & non ficti: quia in his, quæ de
pendent à voluntate agentis, in dubio actus
142 eſt uerus, & non fictus † vt in ſimili dicitur
143 de uerbo videtur † in l. Sciendū, & ibi mod.
in 3.col.ff.de uerb.oblig. & in l.naturaliter, in
2.col.ff.de acqui.poſſ. Si igitur veri familiares
145 ergo cum comodis & incomodis † l. Ad rem
mobilem l.ad legatum.ff.de promo. quæſtiō re
146 licta eſt indeciſa; & adhuc pendet. † Ego in-
clino in primam partem.

Qui uero dicantur ueri familiares: & quæ
147 neceſſaria ſint † uide tex.gl.Domi.& Phil. in
c.fi.de uerb.ſig.in 6.& ui.Egi.conſi.xx.q. dicit
appellatione familiarium, in odioſis non ue-
nire niſi continuos cōmenſales † de materia
per Ancha.conſi. 398.& Feli.in c.de regulari-
bus.de ſimo. qui dicit illum dici familiarem &
cōtinuum commenſalem, qui quandoque ab-
149 eſt de conſenſu domini † ui. per eundem in
prohem. decret. in uer. Rex pacificus, ubi.
de uerbo continuus.& per Philip.in c.fi.de uer
bo.ſig.in 6.loquentē de familiari abſente & di
ſtinguente multum eleganter, conſiderando
quando quæritur de familiaritate contempla-
tione domini, & quando contemplatione fa-
miliaris.uide Calderi.conſ.8.de offic.legat.di-
ſputantem de familiari Cardinalis, qui acceſ-
ſit ad ſtudium, & uiuit proprijs expenſis.

Adde tamen q familiares aliàs dicūtur mul
150 tis modis † Io.And. & Domi. in c. licet.§.cū
conceditur.de priuil.in 6.Bal.in l.1.C.de epiſ.
& cle.doct.d.c.fi.ui.Feli.in c.in literis. in i.col.
de teſti.

De hoc autem priuilegio ideo facta eſt men
tio in Rota: quia quantum ad prorogatiuas in
beneficialibus familiares familiarium Papæ,
non dicūtur familiares papæ, niſi comedant in
151 tinello. † quia deeſt alia qualitas, quòd non
ſunt continui cōmenſales, ſicut in ſimili dici-
mus quòd ſocius ſocij mei, non eſt meus ſo-
152 cius † l. Qui admittit.ff. pro ſoc. & uaſal-
153 lus uaſalli mei, nō eſt meus uaſallus † l.mode
ſtinus.ff.de uerb.ſign. And. de Iſer.in ca.j.§.il-
lud.de prohib.feu.alie.

Quod tamen fallit, quando Papa daret
expenſas toti familiæ Cardinalis: quia tunc,
quia eſſent de familia, & haberent expenſas à
papa, uerificarentur omnes qualitates fami-
154 liarium. †

Et dubitatum fuit in Rota, an illi, qui erant
recepti in familiares & datus locus in tinello, di
155 cerentur continui commenſales † licet nun
quam comediſſent in tinello. Et uidebatur ali-
quibus dominis pro nō: quia ad hoc ut aliquis
dicatur continuus commenſalis, requiritur q
comederit ſaltem per quatuor menſes in tinel
156 lo † ſecundum reg. Cancellariæ, & ſecundū
tex.in c.fi.de uerb.ſig.in 6.requirit quòd uiuat
157 expenſis Cardinalis uere. † qui tex. uenit ad
obuiandum fraudibus recipientium multos in
familiaritatem ſuam, ut habeant prerogatiuas
158 collationum. † ſed papa non intendit dare
hoc priuilegium Cardinalibus, niſi quando
159 actu habent onus alimentandi † & ſi aperire
tur uia quòd qui potuiſſet comedere, & non
comederet diceretur continuus commen-
160 ſalis † eluderetur de facili & reg. & c. ſicut.

Aliqui tamen tenuerunt contra: quia cum
primum aliquis eſt electus in familiarē, & da-
tus locus in domo & in tinello, dicitur factus fa
miliaris & commenſalis, quantum eſt ex parte
161 Cardinalis. † Si uero ille familiaris nolit uti
162 liberalitate domini, ſibi imputet. † domino
ex hoc debeatur omnia illa, quæ deberent ſi co
mederet & ſtaret in domo, per ea quæ habētur
in l.ſi quis ita legauit.ff. de condi. & demon.l.
Meuia.ff.de an. leg. Adhoc facit aliàs Domi. &
Phil.in d.c.ſicut, quando diſtinguunt inter prę
rogatiuas Cardinalis, & familiaris, quando fa-
miliaris abiret, & dominus eſt paratus eum re
tinuere.

Nec obſtat, quòd requiratur, q ſit conti-
163 nuus cōmenſalis per quatuor menſes: † quo
niam dicitur ſatis continuus, ſi continue pote-
rat comedere. ad l.1.ff. de aqua quot. & ęſti.
& not. in c.quamuis.in gl.continuus.de offic.
ordi.in 6.per Fel.in prohem.in uer.Rex pacifi-
cus. & per Cal.in alleg.conſ.8.

Nec eſt præſumptio fraudis dato principio
164 receptionis, maximè in Cardinali † arg.c.
Nobiliſsimus. 97.diſtin. & maxime pondera-
batur tunc, quòd ſic receptus erat iuſſus co-
165 medere in menſa Cardinalis ſepius. †

Dubitatum etiam fuit an beneficia familia
rium Papæ, qui non erant continui commenſa
166 les, dicerentur reſeruata: † & aliquibus uide-
batur non eſſe reſeruata: quia in extrau. Pau.
Ad Romani.& in Reg.Cancell. 3.& in c.ſicut.
de uerb.ſig.ſemper, quando ſit mētio de fami-
liaribus, ſubditur & continuis commenſali-
bus. propter quæ uerba familiaritatis uidentur
ſuſcipere hanc interpretationem.

XVI.Q. Leo.x.conceſsit Reuerendiſsimo d.
meo Legato Bononien. vt poſſet conferre oīa
beneficia, etiam reſeruata, præterquam ratione

familiarium beatit. ſuæ, mortuo Leone, mori-
tur unus, q fuerat familiaris eius. Quęritur, an
167 poſsit conferre eius beneficia. † cauſa etiã iſta
pendet & uidetur diuerſa à prima: quia hic nõ
conſideratur affectio, ſed familiaritas, quæ tē-
pore uacationis erat iam extincta per obitum
Leonis d.l.adeo. unde non eſt uerum dicere am
plius quòd uacauerit per obitum familiaris
Leonis. Ad hoc eſt deci. collect. in c. Ex parte,
in 2. col. uer. Sed nunquid mortuo clerico. di-
cit enim quòd mortuo clerico non dicitur am-
plius familia clerici, neque retinet eius pri-
168 uilegium. † facit ad hanc partem: quia facul-
tas conferendi beneficia reſeruata, eſt magis la
te interpretanda quàm facultas conferendi nõ
169 reſeruata: † quia fit præiuditium ſoli papæ dã
ti facultatem huiuſmodi, ut dicam in li. uet. in
materia diſpenſationis Concl. j.

Familiat clerici non eſt amplius mortuo clerico.

Facit ad hoc, quia iſta qualitas extenſiua po-
teſtatis conferendi. ſ. familiaritas, debet intelli
170 gi eo tempore, quo uacant: † quia aliàs con-
ferri non poſſunt. ergo iſta qualitas debet
adeſſe, uel abeſſe tempore mortis, aut per aliũ
modum uacationis. l. 2. ff. de aur. & arg. leg. niſi
legatum factum de paratis cauſa uxoris, intelli-
gitur de his quæ parata erant tempore mortis
teſtatoris, quando incipit teſtamentum habe-
171 re effectum, & non ante uel poſt. † facit d. l.
in delictis. §. Si extraneus. ad hoc. l. ſi cui Bal-
nei. ff. qui. mo. vſuf. amit. l. quod ait, in fi. ff. de
noxal. familiaritas autem non potuit eſſe tem̃-
pore mortis: quia familiaritas eſt quædam qua-
ſi ſocietas, quæ non eſt ſine conſenſu ambo-
172 rum † c. Sicut. de uerb. ſign. Ancha. in conſi.
398.

Item, quia quandocunque poteſtas genera
lis limitatur ab aliqua qualitate, ſi qualitas ci-
173 uitatis ceſſat, poteſtas remanet libera † c. v.
§. ubi uero, ne. ſed. uac. li. vi. Car. in cle. 1. §. 1. q.
6. de ſup. negli. præla. Qualitas igitur familia-
rium ipſius Papę. reſtringebat generalem po-
teſtatem legati: quæ familiaritas ceſſat tempo
re aduenientis caſus. igitur &c.

Si qualitas limitãs ceſſet, poteſtas eſt libera.

Item, facit coniectura mentis concedentis:
quia nõ eſt ueriſimile, quòd Papa uoluerit pri
uare nepotem ſuum hac facultate conferendi
eo tempore, quo ipſe non poſſet gratificari fa-
miliaribus ſuis, quando. ſ. mortuus eſt l. Cum
accutisſimi l. generaliter C. de fideicomm. l.
Cum auus. ff. de condi. & demon. adhoc facit
deci. Domi. in c. Præſenti. in princ. de offi. leg.
in 6. dicentis: reſeruationes, quæ fiunt per Pa-
pam ratione officiorum, expirare morte Papæ.
174 † quia ceſſante cauſa, &c. ad hoc facit: qa po
teſt legatus hoc caſu auferre beneficia fami-
liarium prædeceſſoris Leonis: ergo & Leonis
poſt obitum eius, quando ueriſimiliter conce
dens non habet affectionem ad ea.

In cõtrarium facit. Quia beneficium ſemel
eſt exemptum à collatione ordinaria per hu-
iuſmodi familiaritatem: ergo perpetuo rema-
175 net excluſum † l. inter ſtipulantem §. Sacrũ
ff. de uerbo. obliga. l. Si pro patre. §. Idem quæ-
rit. ff. de in rē uerſ.

Et pro iſta parte, uidetur eſſe ſtilus commu
nis curiæ, uolens propter extrauag. Pauli, quòd
beneficia ſemel affecta, ſemper durent affe-
176 cta † ẽt ſi ceſſet cauſa affectionis, ut in deci.
Rot. 181. 207. in no. & in deci. 410. 553. 617.
& 700. in anti. Biſg. in titu. de prębend. 20. &
in deci. Thomæ. 53. Et ideò dicit Rot. deciſ.
410. 412. in ant. quòd beneficia Collectorũ,
& ſubcollectorum ſunt reſeruata, etiam ſi tē-
177 pore mortis non ſint in officio. † idem tenet
Phil. in c. Statutum in 3. col. de præben. in 6.
& Feli. in c. in noſtra, uer. uigeſimum primum
Corepiſcopum de reſcr. Rot. deciſ. 207. in no.

Beneficia ſemel affecta, an ſemper affecta.

Beneficia coll reſ ruata, etiam ſi. deſinant eſſe officiales.

¶ Sed ad hoc reſpondetur, quòd beneficium
quidem remanet affectum: quia ordinarius ſe
mel excluſus, ꝑpetuo excluſus hr̃, donec fue-
rit ꝓuiſum. Rot. deciſ. 491. col. 2. in no. 536.
in anti. Biſg. de conſ. præben. 6. Et nos non ne
gamus: quia legatum contulit ut reſeruatum,
ſed alia eſt cauſa, quæ uiuente Leone, uiuifica-
178 bat reſeruationem aliã † quæ nunc. tũc enim
erat familiaritas: quæ; quia nunc ceſſat, quantũ
ad illam attinet, reſeruatio eſt extincta per ea,
q̃ dicta ſũt in argumentis alterius partis. ſuſti-
netur autem iſta reſeruatio ex ordinatione
Pauli nouiter prorogantis priorē reſeruatio-
nem ad tēpus, quo non erat. Vnde dicitur nunc
reſeruatum beneficium ob legem, non ob fa-
miliaritatem. quare licet ex duabus cauſis, una
ceſſet &c. §. affinitatis. inſti. de nup. Itaq; bene
ficium, quod durante familiaritate dicebatur
reſeruatum ratione familiaritatis, nunc fami-
liaritate ceſſante, dicitur reſeruatum ex conſti
179 tutione Pauli, † ſicut aliàs dicitur conditio
ex lege deſcendens, quando ceſſat ordinata, &
alterius nominis conditio: de quo per Abba.
in c. ſæpe, ultimo de reſtit. Spoli. Spec. in titu.
de Feu. §. 5. de inſtrumen. ædi. §. 13. uerſi. Sed
quo iure. Et quòd iſta excluſio procedat ma-
gis ex ſtatuto Pauli, quàm ex ui talis reſerua-
tionis, patet per ea, quæ tradit Domi. in conſi.
93. & Fel. in c. in materia, in 21. corre. de reſcr.
dicam in ſeq. q.

Reſeruatio ex uariis cauſis uiuificatur.

Alia igitur dubitatio ſepius ventilata eſt in
ter dominos, An illa, extrauagans Pauli, quæ
uult, quòd beneficia ſemel affecta, ſint ſemper
affecta, etiam ſi moriatur Papa, qui reſeruauit,
180 habeat locum in beneficijs reſeruatis † aliter
per reg. Cancellariæ, ut in dignitatibus & mo-
naſterijs, quæ reſeruantur ꝑ regulas Cãcellariæ
à quocunq; pontifice. exemplum. poſt obitum
Leonis uacauit una dignitas, quæ fuerat per
reg.

An extrau. Pau. habeat locum in beneficijs aliter reſeruatis.

reg. suas reseruata, dubitat. an remaneat affecta ex ui reseruationis leonis. Et maiori parti dñorũ uisum est, ꝙ remaneat affecta, faciẽdo reg. gñalẽ, ꝙ beneficia semel affecta ꝑ reseruationem Papæ, sꝑ remaneãt affecta ꝑꝑ extrauag. Pauli: ꝗ licet loquit̃ de bñficiis familiariũ, & officialiũ, tñ, qa rõ est gñalis, dẽt intelligi in qua

Intell. extrauag. Pauli.

181 cunq; reseruatione: † nã põderat̃ appositio manus Papę, ꝗ est in uno sicut ĩ alio casu: & qđ nõ est dare diuersitatẽ inter unũ casum & aliũ. Vnde lex quãtũuis correctoria, si hẽt rõnẽ expressam, prout illa, extẽdit̃ ad amplitudinẽ rõnis, cũ nõ sit extẽsio, sed intẽsio, & cõprehẽsio

183 l. sed Iul. §. mutui. ff. ad macc. Io. de Fant. post Io. de Lign. in c. grã. de resc. in 6. dicẽs, ꝙ tũc ꝑ merã iuris dispõnẽ fit extẽsio. Immo, talis lex gñaliter loquẽs, cõstituit nouã reg. scđm Do. in c. nõ est in gl. 1. de cõs. in 6. ꝑ quo est tex. in §. oẽs aũt. instit. de tẽpor. & per act.

Præterea, & si extrauagãs illa non hr̃et aliquã rõnem expressam, adhuc militaret in casu nr̃o, ubi nõ est dare rõnem diuersitatis. & hãc opi. seq̃tur Phil. in c. in nr̃a, in 21. corrol. de rescri. licet aliàs tenuerit cõtrariũ. & Phil. in addi. ad Domi. cõs. 93. & Ro. dec. 181. 207. ubi dicit qđ reseruatio & decretũ, ita afficiũt beneficia,

184 ꝙ ꝑpetuo cẽsent̃ ligatę manus ordinarij. † ad idẽ Rot. dec. 410. 553. 617. in aut. exclusio. n.

185 semel facta, ꝑpetuo durat † l. plane. §. 1. ff. de leg. 1. l. etsi trãsferen. & in l. legatũ. in fi. ff. de adimẽ. leg. Adhanc partẽ est cons. Anch. 57. Circumspectis, & dec. bellen. in tractatu de caritati. subsi. in pen. q. & Rom. in consi. 260.

In ꝓposito, ubi expsse dicit reseruationẽ factã ꝑ regulas Martini durare ipso mortuo, ꝑꝑ

186 illã rõnem, ꝙ papa semel apposuit, manũ. † & in hanc partẽ inclinauit maior pars dominorũ.

Opi. aliquorum.

Contrariũ tñ tenuerũt aliq ex dominis: qa reseruatio facta ꝑ reg. Cancellarię, dr̃ esse ad ui

187 tã Papæ. † cũ ipsemet initio regularũ suarum hoc attestet̃. ergo mortuo ipso expirat cum oĩ suo effectu c. si gratiose, de resc. in 6. decretũ. n. & reseruatio, ꝗ sunt sequela regularũ sublatis

595 præferaĩ, † uel talis indulgentia noceat illi, Archi.Ioan.And.Domi.& Phil.in d.c.si a sede dicẽtes istam.q. hodie inutilem propter clau. quæ communiter apponuntur in bul.

Quomodo autẽ probetur prioritas, & posterioritas impetrationum concurrentium in da
596 ta, † uide glo.in c.duobus, de resc. in 6. tripliciter enim probatur per appositionem horę, per testes, per confessionem partis.

Quando cõcurrũt præsentatus & prouisus.

Quæro quid si concurrunt pñtatus á patrono, & prouisus a legato uel Papa, cum derogatione patronorum, posito quòd præsenta
597 tus sit postea institutus, & habeat posses. † uide in q.54.

Quando collatio legati concurrit cum reseruatione Papæ.

Item, quid si concurrat reseruatio Papæ, & prouisio legati ? dic quòd in dubio ualebit col
598 latio legati: † quia reseruatiò est impedimẽtum, quod non præsumitur præcessisse, nisi pro
599 betur † Aegi.deci.215.235. Feli.in c.primũ col.16.uers.de duabus collat. de rescrip. quid potest adduci ad collationem ordinarii, & reseruationem legati, quando concurrunt.

An lega. cõferat spectãtia ad collationẽ regũ.

Q.an legatus possit conferre beneficia spe
600 ctantia ad collationem regum, † quod esse potest uel ex priuilegio, uel ex præscriptione tanti temporis, de cuius initio memoria non
601 sit: quoniam tunc priuilegiũ præsumitur † l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quot. & æsti.de quo per Ioan.And.in c.ii de præbend. in 6.& Oldra.conf.1.Abba.in c.Dilectus el.3.
602 de præbẽ.maxime quia reges inunguntur † ut dicit Ioan.And. in d.c.ij. ¶ Ego credo, ꝙ si collatio fuit reseruata principi ut fundatori, legatus hoc non possit, propter eã, quæ habentur in c.cum dilectus. de iure patro. Si ex mero priuilegio possit, tamen frustra attentaretur.

hodie

hodie, propter potentiam regum, qumauis priuilegium fori aliàs sit de iure diuino: & per Feli. in c. ij. de maio. & obedi. pro decisione quòd possit legatus cõferre huiusmodi benefi cia, facit quia comprehenduntur sub generali reseruatione, de qua in c. 2. de prębend. in 6. ut ibi tenent Archi. & Ioan. An.

An legatus cõferat sibi beneficiũ.

Q. An legatus possit per indirectum conferre sibi ipsi beneficium, puta deputando ali-
603 quem Locumtenen. qui sibi conferat? sol. † Si legatus transfert potestatem suam in aliũ, abdicando a se; potest recipere: quia recipit tan
604 quam ab alio, † secus si facit commissarium
605 suum: quia uideretur a se ipso recipere, † Abba. in c. fi. de insti. Feli. in c. Sanc. in fi. de offic. delega.

Legatus an confirmet postulatos.

Q. an legatus possit confirmare postulatos,
606 qui eligi non potuerunt? † sol. potest excepta postulatione de Episcopo, quæ est haben
607 da a Papa, † c. postulationẽ, ubi Inno. & collect. de postu. præla.

An constituat uicarium perpetuum.

Q. an possit constituere uicarium perpetuũ
608 de consensu rectoris ecclesiæ † extra. c. extir pãdæ. §. qui uero. sol. uidet̃ posse: q̃a Episcopus hoc potest. Spec. in titu. de dis. Epi. uers. 60. Car. in d. §. quia uero. in 5. q. in eum in fi. cle. 1. de offi. uica.

An legatus conferat beneficiis sub conditione, si primus nõ acceptauerit.

Q. an possit conferre duobus beneficiũ sub
609 conditione, † si primus non acceptauerit, secundus habeat. sol. non potest: quia collatio debet esse pura. c. ij. ubi no. de elec. in 6. Abb. in c. tuę. de præbend.

An conferat beneficia extra prouinciã.

Q. an legatus possit conferre beneficia ex-
610 tra prouinciã? † sol. cum conferre beneficia
611 sit uoluntariæ iurisdictionis, † ad instar Epi scoporum poterit conferre illa in omni loco,
612 etiam in curia Romana, † dummodo ibi nõ
613 uacet, donec legatio durat, † per no. in c. nouit. hoc tit. Inno. in c. quia diuersitatem, de cõ cess. præben. quod est no. contra illos Episcopos, qui uolentes conferre beneficia sua, exe-
614 unt urbem, † Romam secundum Paui. in tra cta. de pot. cap. uac. se. in 12. parte q. 1. quam tamen consuetudinem ego laudo propter reue-
615 rentiam Roma. Pont. †

An sub conditione, si renuntiauerit ei quod obtinet.

Q. an possit conferre beneficium sub con-
616 ditione, si renuntiauerit ei quod obtinet? † sol. potest. Hosti. in c. Ad audientiam, de rescr. collect. in c. significasti de elect.

An sub conditione si uacat.

Q. an possit conferre beneficium sub con-
617 ditione si uacat, † uide Lap. alleg. 6. & quæ leguntur in c. significatum, de præben.

An legato currat tẽpus ad conferendum.

618 Q. an conferat beneficia ad tempus? † & uidetur, q̃ possit. c. pastoralis. 2. q. 7. credo tamen non posse: quia beneficia debent esse perpetua. c. præsens. 50. dist. & c. pastoralis, procedit ex dispensatione Papæ.

Q. an possit conferre beneficia, quæ ratio-
619 ne optionis debebantur alteri? † uide supra, q. 22.

Q. an legato currat tempus sex mensium ad conferendum, sicut currit cęteris prælatis,
620 † in c. ii. de concess. præbend. Lap. dicit cur-
621 rere: quoniam est ordinarius prouinciæ, †
622 c. ij. hoc titu. in 6. quod non est uerũ: † quoniam deuolutio non potest fieri nisi ad Pa-
623 pam: cum nulli alteri subsit † per c. licet. de sup. neg. præla. sed deuoluta ad Papam, ipse cõ
624 fert † ut dixi supra in prin. hoc titu. igit̃ &c.

Præterea, etiam si deuolueretur ad inferiorẽ, ipse semper potest conferre ea, quæ conferunt inferiores quocunque iure, ut sæpius repetitum est. igitur non fit deuolutio ablatiua potestatis eius: & hoc tenet Cardi. in cle. si de beneficio in 5. q de præben. Qđ tamen limita tur, ut non procedat, quando deuolutio fieret ad illum, qui esset extra prouinciam: quoniam dum collatio spectaret ad illum, non posset legatus se intromittere, ut dixi supra in princi.

Quando cõcurrũt prouisus a Papa & a legato nullo possidente.

Q. quid si prouisus sit aliquis a legato auctoritate apostolica: & eadem die alius a Papa,
625 nullo possidente, quis præfertur? † sol. præfertur prouisus a Papa. Domi. in c. si a sede: de præben. in 6.

Quando cõcurrunt prouisus a Papa per fiat, & motu proprio.

Sed quid diceremus, quando sunt duo prouisi à Papa eodem die: unus pro fiat: alius pro motu proprio? præfertur prouisus motu pro-
626 prio, † propter reg. Cancellariæ: quia forsan
627 aliàs nulla collatio teneret, † per no. in l. fi. C. de ede. de ha. toll. & in l. eum qui. ff. de acqui. hære.

Quod quãdo mortuo primo qui præfertur, alius prouidet.

Quid autem dicendum erit, si A. prouisus motu proprio. B. prouisus per fiat, obtinet poss. sess. & A. moritur, aliter non molestato B. deinde C. Impetrat per obitum A. & trahit B. in
628 iudicium: quis erit potior in beneficio? † causa autem pendet in Rota, & uidetur, quòd B. nihil habeat: quoniam ius antelationis cõpetens A. propter clau. motus proprij, statim exclusit B. unde succedit. reg. quòd in beneficialibus si à principio non ualuit; ex post fa-
629 cto non ualidatur, † c. auditis de. elec. no. in c. quod ab initio. Et ideo Rota. 834. in aut. & communiter doct. in c. statutum. de præben. in 6. dicunt collationẽ ordinarij factam penden
630 te tẽpore ad acceptandũ, non ualere. † ẽt si postea non fuerit secuta acceptatio: de quo p Feli. late in c. Cum ex officij, ad fi. de præscrip. & supra. q. 3.

Ad quod facit: quia collatio non recipit
631 conditionẽ, neq; potest esse in pendenti, † c. ii. ubi glos. de elec. in 6. & in reg. actus legitimi: neque etiã ex tp̃e dari. c. præcepta. 55. dist. glo. in c. pastoralis. 7. q. 1. quod esset, si diceremus primo beneficium esse illius, qui habet motu proprio, & ex die mortis, fieri illius, qui habet

habet, per fiat, sine noua institutione.
In contrarium uero facit: quia ista antela-
tio respicit merum fauorem illius, qui habet
clau. motus proprij: ergo intelligitur, si ipse il-
lam prosequutus fuerit. ar. l. seruum filij. ff. de
leg. j. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. test. qđ
etiam in fortioribus terminis tenent Io. mo.
& Ancha. in d. c. statutum, dicentes collationē
ordinarii factam, pēdente decreto, pro aliquo
reconualescere, si ille renuntiauerit gratię suę:
632 †Et quanuis decisio eorum ibi communiter
reprobetur propter naturam decreti afficien-
tis etiam ignorantes; tamen erit uera, & com-
633 munis, † quando nō erit aliquod decretum,
sicut in casu nostro, ubi in reg. simpliciter dici
tur illum præferendum, qui habet pro motu
proprio, præfertur ergo si uoluerit; aliàs nō, si
cut dicimus, quòd collatio ordinarij reconua-
lescit patrono postea negligente præsentare,
634 †ut per Feli. in d. c. cum ex officij, & in c.
cum Bertoldus. de re iud.
Ad contraria respondetur, non esse incon-
ueniens, quòd ius perfectum in beneficio, sit
635 apud duos eodē tempore prouisos. † resolu-
bile tamen propter prærogatiuam alterius.
Ecce si hodie Papa prouidet mihi, & ordina-
636 rius tibi: ego præferor. † tamen si cras tu ac-
cipias possessionem; ius antelationis, quod cō
637 petebat † mihi, competit modo tibi. c. si a se
de: & ideo doct. dicentes sufficeret quandocū-
que, quòd prouisus ab ordinario præueniat
638 Apostolicum in poss. † ergo utraque colla-
tio subsistebat non obstan. iure antelationis:
quia aliàs possessio non potuisset ualidare titu
639 lū resolutum, & annihilatū, † sed opus fuis-
set noua collatione, sicut in simili dicitur in c.
si beneficia, de pbē. in 6. & in c. j. de re. permu.
eo. li. & sic cessant argu. chimerica Car. & Ol-
dra. de quibus per Feli. in d. c. cum ex officii.
nam beneficia bene possunt esse in penden-
640 ti, dum titulus potest resolui, † d. c. si a sede,
sicut etiam potest esse ius, quod acquiritur ex
præsentatione, altero præsentato, uel non præ
681 sentato, † Abba. in c. cum Bertoldus, in 2.
col. de re iud. attamen in hoc Rota obseruat, q̄
si habens per fiat simpliciter producat proui-
sione suam, alio non opponēte; canonizabitur
642 eam. † Sed si opponatur postea de alia habē
te, motu proprio, illa canonizabitur, reiecta
643 prima, † & non curat subtiliter inquirere,
944 an ipso iure, an per except. † & in proposi
tu nostro C. qui impetrauit per obitum A. con
tra titulum B. det de antelatione A. audietur:
quia sua interest opponere.

Quādo præsentatus a patrono, post. subsecuta, præferatur prouiso a Papa.

Q. an quando præsentatus a patrono, & po
stea institutus, possessione subsecuta, præ-
feratur illi, qui eadem die fuit prouisus à Pa-
645 pa? † & uidetur præferri debere: quoniam ra
tio quare in c. Si a sede, de præben. in 6. proui-
sus ab ordinario pręfertur prouiso a Papa, quā
646 do habet possessionem, † est. quia præsumi
tur prouisum ab ordinario fuisse anteriorem
647 † secundum Phi. ibi: ideo si unus haberet ho
rām per quàm præsumptiue cōstaret de ante-
648 rioritate, præferretur etiam habenti poss. †
ut no. in d. c. Si a sede, & aliàs dixi, sed ius quod
acq̄ritur ex præsentatione, respectu anteriori-
tatis, habet eundem effectum, quē & ipsa pro
649 uisio: † quia dicitur tale ius quęsitum, quod
650 Papa non intendit tollere, † Rot. decis. 244.
in no.
Item, quia institutio sequens præsentatio-
nem, trahitur ad diem præsentationis tanquā
651 ad principium necessarium, † l. damni. §. Sa-
bini. ff. de dam. infect.
Contrarium tamen tenuit maior pars domi
norum, dum quæstio agitaretur in Rota: quo
niam c. si a sede, loquitur in iure pfecto, nō in
præsentatione, quæ solum tribuit ius ad rem,
652 † c. 3. de iur. patro. unde licet possessio adie
cta titulo perfecto, operetur hoc priuilegium,
653 † secus tamen si titulo imperfecto. & illius
tex. dispositio procedit non à præsumpta ante
rioritate, sed à priuilegio ipsius poss. quod
habet effectum, quando causa possidentis, &
654 non possidentis, est æqualis, † ut in reg. in
pari in 6. quod probat tex. quādo dicit, nec ap-
pareat quę collatio fuerit primò facta, erit po
655 tior conditio possidentis. † in casu autem
nostro titulus nedū est imperfectus, sed incer-
tus: quoniam euenire poterit ut præsenta-
556 tus non instituatur, † cum adhuc subeundū
657 sit examen instituentis, † & cum etiam ua-
riari possit à patrono saltem alium accumulā-
658 do, unde erit locus gratificationi, † c. cum
autem c. pastoralis de iur. patr. quare cum titu
lus collationis sit expeditior, & potentior q̄
659 præsentatio, † quę appetit uiam ad titulum,
660 semper in dubio iudicabitur præcessisse, †
ar. eorū quę tradit Inno. in c. pręterea, de appel.
unde possessio sequens tanquam præuenta ni
661 hil operabitur, † sicut non operatur quando
662 constare de hora anteriori, † ut supra dixi.
Et ad hoc facit deci. Ioan. An. quam sequuntur
Pau. & Imo. in d. c. si a sede. quanuis Lap. &
Domi. impugnent, quando uolunt, ēt collatio
nem ordinarii concurrentem cum reseruatio-
663 ne Papę pręferri, † cum tex. in c. si a sede. sit
exorbitans: ideo restringendus ad casum suū,
664 † ad hoc facit deci. Phi. in c. nemo. uers. quin
to. de elec. in 6. quando dicit quòd si commen
da legati, & prouisio ordinarij concurrant eo-
665 dem die, pręualebit collatio ordinarii, † pro
pter prærogatiuam tituli. & si diceremus pos-
sessionem inducere, ut præsumatur anteriori-
tas: id tantum habebit locum, quando capta

666 est eodem die, † qua facta est prouisio:quia
si alio die,non est ratio,cur hunc effectum in-
ducat,cum constet die, qua prouisiones ema-
nauerant, neque unum neque alium possedis-
se.Itaque cum agatur de prioritate, uel ante-
rioritate illius diei, possessio deinde secuta,
tanquam diuersa,ad hunc effectum non con-
siderabitur.l.Papinianus exuli.ff. de mino. at-
tenditur enim tempus datæ.c. si eo tempore.
de rescrip. in 6.c.eam te. eo. titu. placet igitur
magis ratio prima,ut dicamus poss. quocunq;
tempore pręoccupatam, inducere effectum
suum;quod admittunt doct.in c.si a sede.quã-
uis etiã in hoc maior pars dominorũ tenuerit
poss.nõ suffragari,quando capta fuit alio die,
667 †ex quo dies collationis ordinarię non suf-
fulta possessione,non habet quo uincat colla
tionem Papæ:neque etiam potuit capi posses-
sio a præsentato,priusquam instituatur.

Possessio nõ adiuuat prouisionẽ ordinarii quãdo fuit capta alio die.

Sed dubitatur,quid si constaret de hora prę
sentationis? & dicendum pręsentatum præfer
ri:quia iam est illi acquisitum ius considerabi-
668 le,quod Papa non intendit tollere, † secun-
dum deci.de qua supra:quod est uerum,quan-
do constaret horam præsentationis præcessis-
se,per no.in c.duobus, de rescr. & Ioan. And.
in c.si a sede.

Quid quando constaret de hora præsentationis.

Sed quid si tantum probaretur hora ex par-
te ordinarij,& ex parte prouisi a Papa,proba-
retur tantum idemptitas diei: an præferetur
669 qui habet horam? & uidetur præferẽdus:†
quia probatio certior uincit probationem mi-
670 nus certam,†Bal.post Cy.in l.de rebus c. de
donat.ante nupt.& ita per hanc rationem con
cludunt Soci.& Iaso.in l.1.ff.sol.mat. non ob-
stante quòd glo.in c.si duobus. & in c. si a se-
de.loquantur quando ex utraque parte cõstat
de hora.

An præferatur qui habet horam.

671 Contrarium tamen consuluit† Soci.in con
si.67.in 3.uol.maxime quando esset clau. mo-
tus proprii:quam opi.ego sequor: quoniam li-
cet probatio eius,qui habet horam, sit admo-
dum certior;tamen non est talis, quæ releuet:
cum prouisio Papę potuerit esse anterior, un-
672 de non probat hoc esse.†l. neque natalis C.
de probat.c.in pręsentia,eo.titu. non enim est
aliqua ratio cur cesset præsumptio seu præro-
gatiua prouisionis papalis:aliàs esset in pote-
state ordinarii per istas subtilitates eludere.
prouisiones apostolicas, in quibus non con-
sueuit apponi hora. & hoc procedit, maxime
quando hora nõ esset apposita in prouisione;
sed esset probanda per testes: quia ut dictum
testis concludat,oportet præcise probare non
673 præsumptiue.†d.c.in præsentia.
674 Non obstat Theorica Bal.†quoniam loqui
tur quando probatio ex opposito non habe-
675 bat aliquã determinationẽ diei. † in casu
nostro præsupponimus constare de die: quod
676 sufficit,cum probatio horæ non sit in usu:†
ideo nõ procedit,quod ipse dicit, dubiam pro-
677 bationem uincit a probatione liquida:† uel
procedit illud, quando ex probandis nullam
habet prærogatiuam: tunc enim hora prior est
clare probãda, ut ibi per ipsum. pro quo facit
allegata per Soci.eo. cons.& quantũ ad casum
præsentationis,res non est dubia: quia præsen
tatio non radicat ius in præsentato sicut colla-
678 tio:†pro quo faciunt dicta in præcedenti-
bus. memini aliàs disputatum in Rota, quid
quando erant duo,qui habebant horam: sed
unus probabat,quòd collatio erat facta statim
q̃ obiit antecessor inter xi.& xij.horam. alius
probabat quòd habuerat in initio, undecimæ
horæ.& domini sequentes theoricam Bald.te-
nuerunt primum præualere.

Q.an legatus possit conferre beneficia ad
679 tempus?†& uidetur non posse: quia cano-
nes non concedunt ut habeamus filios tempo
rales l.quantum.ff.de ad opt. nec etiam quòd
680 sub conditione aliq̃s instituatur. † c. quàm
pio. 1.q.2.nullus autem citra Papam, potest
681 facere contra canones,et si sit legatus:†igi-
tur &c.ita concludit Cardi.in cons.67. in secũ
do dubio.Feli.in c.si.in 3.col.uers.primus ca-
sus,de iudic.

An conferat beneficia ad tempus.

Contra autem uidetur per ea, quæ dixi in
53.q.& per tex.in c. ueniens. de fil. præsby.
ubi Episcopus dat beneficium ad tempus,do-
682 nec de alio prouideat:† sed dic quod bene-
ficia debent dari ut sint perpetua, non ad tẽ-
683 pus, uel sub cõditione.†c. pręcepta.55.di.
glo.in d.c. pastoralis, & glo. in c. ex parte.de
cler.egro.in d.c.ueniẽ. Car. & Feli.ubi.supra.
fallit quando titulus esset resolubilis,uel hẽret
684 conditionẽ a iure subintellectam,† ut in ca
su c.ueniens c.pastoralis,&etiam in exemplis,
quæ dedi supra.q.55.di.fallit 2.quãdo legatus
685 ex causa uellet dare ecclesiam ad tempus:†
nam sicut Papa hoc facit,in d.c.pastoralis, fa-
ciet etiã legatus postq̃ non reperitur hunc
casum esse de reseruatis specialiter Papæ, iu-
xta no.in c.quod translationem. nec adeo ha-
berẽt iura ista temporaria administrationẽ, cũ
passim sub titulo commendæ, & coadiutoriæ
hoc cõcedant c.nemo,de elect.in 6.d.c.ex par-
te, de cler. ægrot.

Q.an legatus possit cõferre beneficia, quæ
per cessum, uel decessum erant supprimenda
686 ex statuto iurato,& confirmato? † sol. sim-
plex legatus non potest.Imo.in c.fi.col.13. de
rerum permut. aliàs inspiciendus tenor fa-
cultatum.

Quæro an ualeat collatio legati,literis non
687 expeditis, † & an pœna extrauagan.iniun-
ctæ.de elect. habeat locum in prouisis a lega-
to

688 tot† quantum ad extrauag. dic quòd non ha
689 bet locũ:† quia cum sit pœnal. & loquatur
de promotis in curia Roma. non habebit locũ
coram alijs, ut ibi dicit glo. & etiam, quia illa
extrauagan. habet locum tantum in consisto-
rialibus, ut sæpe tenuit Rota: de quibus non
disponunt legati. Circa primum pendet ab ar-
ticulo, an gratia suffragetur literis non expedi
690 tis, dicam infra in materia pensionis.† ad-
dendum etiam esset an reg. quę dat sex menses
691 pro expediendis literis,† habeat locũ quãdo
aliquis infra illud tempus cessit alteri, & Ro-
ta tenet, quòd non. quia Reg. est strictè intel-
ligenda. uide ad hoc Roma. in consi. 102. qui
loquitur in simili casu.
Q. an legatus possit confirmare electiones
692 ad quascunque dignitates? †sol. potest, &
est expressum hodie in c. si Abbatem. de elect.
in 6. & ante illum tex. hoc tenebat Compostel
lanus. in c. quia diligentia, de elec. quod tamẽ
fallit in Episcopis postulatis, quando transfe-
693 runtur ab una ecclesia ad aliam:† quoniam
tunc est necessaria Papæ dispensatio, ut sæpe di
694 ctum est. †postulationes autem aliorum in
695 feriorum potest admittere,† ut, quando Ab
bas unius monasterij postularetur ad aliud,
dummodo postulatus non ægeat dispensatio-
696 ne, quam legatus præstare nõ possit,† ut si
agens xviij. annum postularetur in Abbatem.
de hoc Abba. in c. si. de post. prælat. nam licet
697 postulatio dicatur pendere ex gratia,† adeo
ꝙ postulatus debeat cum maxima reuerentia
ad superiorem accedere, flectere genua, demis-
698 so capite,† petere admitti, cum ellectus pos
sit elato supercilio confirmationem petere,
ut per Ioan. And. & Abba. in c. pen. de postu. p̃
lato. tamẽ ista semper a pari ꝓcedunt: & idem
699 iudicatur de postulatione, & electione,† cũ
700 postulatio sit in subsidiũ electionis,† ut per
Goff. Hostien. & alios in summis suis, in titulo
de post. prælat. & quando reijcitur postulatio
701 sine cã, fit iniuria postulantibus,† glo. in
c. cupientis. §. cæterum, in uer. contumacia. de
elect. in 6. Abba. in c. bonæ. el. i. & in c. pen.
de postul. prælato.
Q. reuocatum fuit in dubiũ, an Cardina. fa
ctus legatus urbis, a Papa recedẽte ab urbe, pos
702 set cõferre bñficia absq; speciali mandato.†
Dicendum uidetur, eum posse conferre, ꝓpter
generalem dispositionem tex. in c. cum dile-
ctus. hoc tit. & in c. j. eo. tit. in 6. nã iste, qui est
703 legatus in urbe, dicitur legatus se. ap.† & de
704 latere domini Papæ, sicut cæteri,† cum se-
705 des apostolica dicatur esse ubi est Papa.† cõ
trariam tamen sententiam secuti sunt multi,
dicentes legatum urbis non posse conferre bę
706 neficia,† quia licet Papa sit ordinarius to-
tius mundi, tamen specialius est Episcopus ur
707 bis Romæ.† unde in aliis diocesibus habet
Episcopos fratres, Romæ solus est Episcopus.
708 †quemadmodum igitur Episcopus ponen
do uicarium quantumuis generalem, non cen
setur dedisse potestatem conferendi beneficia
709 † c. j. & 2. de offi. uic. in vj. eod. modo dicen
dum in Papa propter idemptitatem rationis.
Ad hoc facit: quia legatus non confert benę-
710 ficia reseruata collationi Papæ,† ut dixi su-
pra: ergo nec beneficia urbis, quæ ꝓpriæ sunt
711 talia.† Et hanc existimo ueriorem, nisi facul
712 tates legati aliud sonent,† quarũ tenor ma-
713 xime attendendus,† ut prædixi.
Fallit tamen hoc in beneficiis spectantibus
ad collationem aliorum Episcoporum intra li-
714 mites legationis,† per ea, quę premissa sunt.
Idem forsan posset dici de beneficijs urbis, quę
715 spectant ad collationes inferiorum,† ut ui-
dere est in titulis Cardinalium, ubi multa bene
ficia sunt ad collationem ipsorum Cardinaliũ.
716 † Verumtamen specialia multa Cardinaliũ
obstarent.

LIBRI TERTII FINIS.

LIBER QVARTVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

109 *Collationem ordinarij finita legatione aliter non reconualeſcere.*
110 *De rigore ſiquidem, non autem de æquitate.*
111 *Collationem ordinarij non ualere pendente mẽſe ad acceptandum.*
112 *Canonicatus datus à legato ſi finita legatione ceſſet & extinguatur.*
113 *Legatione finita, executore conferre non poſſe.*
114 *Canonicatus per ſe beneficium dici, quod ſi quidem etiam ſine præbenda eſſe poſſit.*
115 *Canonicus ſi à Papa uel à legato receptus ſit an eius præbenda affecta intelligatur.*
116 *Legatus ſi reſeruet præbendam, & canonicatum primo uacaturum, ubi certus canonicorum numerus aliter non ſit.*
117 *Rem perituram non perire, & mortuos uiuere Dei officium eſſe in naturalibus.*
118 *Legatus ſi poſſit indiſtincte reuocare reſeruationem ſuam.*
119 *Limitationes ad idem.*
120 *Limitationem utramque in dubium ab Auctore reuocari.*
121 *Verbum, ex nunc, in collationibus, quid importet.*
122 *Quòdque talis collatio reſpiciat principium. & finem.*
123 *Legatus, ſecuta uacatione, quòd non poſſit alteri conferre.*
124 *Ratio aſſignatur.*
125 *Reſeruatio an expiret legatione finita.*
126 *Gratia Papæ ſimpliciter, quòd per eius obitum aliter non expiret.*
127 *Reſeruatio legati ſi quando reuocari poſſit.*
128 *Reſeruationis legati forma.*
129 *Decretum legati in reſeruatione adiectum, an poſſeſſionem inficiat.*
130 *Decretum Papæ in reſeruatione appoſitum, quid operetur.*
131 *Spoliatum non reſtitui, ſi quando eidem obſtet ſpecialis reſeruatio cum Decreto.*
132 *Limitatio ad idem, ut non procedat, ſi quando quis ſit ſpoliatus lite pendente: quia tunc Iudicis officio ueniret reſtituen.*
133 *Lex, quòd ſit certa etiam de omnibus, ſi quæ ſint in rerum natura.*
134 *Decretum, ſi quod apponatur in alternatiuis epiſcoporum, cuius ſit effectus.*
135 *Legatus ſi quando reſeruet beneficium ſpectãs ad inſtitutionem epiſcopi, an cenſeatur grauaſſe patronos.*
136 *Inſtitutio proprie loquendo, quòd ſit de præſentato.*
137 *Legatus ſi dare conſueuerit literas monitorias, præceptorias, & executorias pro aliquo beneficiam.*
138 *Monitionem neceſſitatem non inducere.*
139 *Legatus in reſeruationibus ſuis excutores deputare poſſe, qui conferant.*
140 *Præceptorias non dare, cum ius ad uacaturum aliter non reſeruet.*
141 *Legati obligatio ad conferendum, ſi efficax ſit.*
142 *Correctionem, ut in pluribus, odioſam eſſe.*
143 *Legatum contra Decreta Concilij lateranen. aliter non diſponere.*
144 *Executor ſi quando conferat beneficium deuolutum ad eum, cuius collatio grauata eſt.*
145 *Qualitas beneficij, quòd tempore collationis attendatur.*
146 *Beneficium reſeruatum, cum primum uacare ceperit, reſeruatio afficit illud, & impedit deuolutionem.*
147 *Reſeruatio legati, & collatio ordinarij, ſi quando concurrant, non conſtito de prioritate, uel poſterioritate, & nullo eorum poſſeſſionem haben. quem præferri contingat.*
148 *Et reſeruationẽ ſiquidem præualere ſuſtinetur.*
149 *Reſeruatiuus Papæ, & legati, ſi quando concurrant, quis præferatur.*
150 *Et reſeruatiuum præferri ex non nullorum ſententia.*
151 *Auctoris opinio eſt, prærogatiuis locum eſſe.*
152 *Receptus auctoritate legati, quòd auctoritate apoſtolica receptus dicatur.*
153 *Legatus, ſi quando poſſit reſeruare unum, uel plura beneficia ad collationem quomodocumque ſpectãtia, ſi poſſit in eodem epiſcopatu quot cumque uoluerit, reſeruet.*
154 *Legatus ſi uno, eodemque tempore duas eccleſias reſeruet, an una uel altera reſeruatio magis ualeat & ſubſiſtat.*
155 *Quòdque ea ſi, quæ ſit pinguior, reſeruata intelligatur.*

LIBER QVARTVS.

POSTQVAM in libro præcedenti tractatum eſt de poteſtate legati in cõferendo beneficia. & reſeruatio etiam collationi proxima eſt, præſenti libro de poteſtate eiuſdem in reſeruendo, moxq́; in commendando dicetur.

De poteſtate legati in reſeruando beneficia. †

1 POTEST enim legatus collationi ſuæ omnia beneficia reſeruare, quæ poteſt conferre † ita tamen *Legatus reſeruat beneficia, quæ confert.*
2 vt pendẽte vna reſeruatione in aliqua diœceſi, non facit aliam; † c. deliberatione.
3 hoc titu. Et huiuſmodi reſeruatio quamuis fieri poſſit contemplatione certæ perſonæ, tamen non tribuit ius illi, ut proſequitur † Late
4 Spec.

Spec.in §. Nunc ostendendum.& Abb.in c.di-
lectus.el primo.de preben.dicens legatum tūc
posse uariare & alteri conferre cum ad solum
Solus papa dat ius ad uacatura.
5 papam spectet dare ius ad uacatura. † c. nulla
de concess.præben. c. detestandæ.c.ne captan-
dæ.eo.tit. ita concludunt omnes in c. præsenti
c.deliberatione.hoc titulo.Quando.n. reserua
tio fit pro certa persona,exit naturam reserua-
Reseruatio quando fauorabilis.
6 tionis,†quæ fieri solet ut prouideatur personæ
gratæ & dignæ, quando vacauerit: & hęc est
fauorabilis in se, licet alio respectu odiosa:alia
vero pro certa persona: quia obuiat concilio
Lateranen.est odiosa per se. unde Rota seruat
quòd per reuocationem factam à papa de res-
seruationibus suis, non intelligantur reuoca-
Reseruationes mentales non reuocantur.
7 tæ reseruationes mentales, † quæ non tri-
buunt alicui specialiter ius: quia tales sunt fa-
uorabiles.
Dixi autem, quòd legatus poterat reserua-
re beneficia, quæ poterat conferre: quia cum
reseruatio fiat ad effectum collationis futurę,
ubi non est collatio non est reseruatio: & ideo
tota materia præcedentis libri de collatione, fa
cit ad hunc tractatum.
Q. primo: An legatus possit reseruare be-
An reseruet manualia beneficia.
8 neficia manualia:† quod est quærere,an possit
eadem conferre?& uidetur non posse: quia pa-
pa non confirmat c.ad nostram. c.porrecta.de
confirma. uti. uel inuti. ergo minus legatus.
Tu tamen ui.Host. Io. And.& Imo.in d.c.por
recta.dicentes papā quotidie confirmare istos
9 priores manuales: ergo etiam legatus:† quia
non reperitur de reseruatis.
Ego teneo, legatum non posse conferre &
sic nec reseruare: quoniam beneficia huiusmo
di non dicuntur uere beneficia:quia dantur ad
10 tempus, †& beneficia debent esse perpe-
11 tua † c.priscis 50. dis.Dicuntur autē manua-
Manualia quæ sunt.
12 lia: † quia eorum natura est, ut præsidens il
lis ad nutum superioris amoueatur, in tantum
quòd si Abbas pacisceretur non amouere mo-
nacum ab administratione; non ualeret pactū.
Archid.& Ioan. And.in c. præsenti hoc tit.col-
lect.in d.c.porrecta.&posset nihilominus amo
uere etiam si iurasset non amouere, dummodo
tunc nō faceret auctoritate ꝓpria secundū col
lect. Et isti manuales non habent aliquam pos
sess.in beneficio, Sed tenent vt uicarij uel custo
13 des † secundum Ant.in c.fi.11.& 12. colum.
uers.mihi uidetur. de caus. poss. & propr.uide
tamen Boni.in cle.1.§.in quibus. de sup.negl.
præl. dicentem talia beneficia vere uacare per
obitum istorū rectorum: propter quod innui-
tur,quòd ea uere possidebant, ēt in titulum,&
ex eo satis iudicari perpetua:quia possunt non
14 remoueri † arg.in l.sufficit. ff.de condi.inde-
bi.quare distinguendum inter manualia regu
15 larium & secularium clericorū:†manualia.n.
regularium sunt in se perpetua: quia illa facul
tas amouendi religiosum,descendit magis à ui
16 professionis, quàm à natura beneficij † de
quo in cle.1.de sup.neg. præla. Egi.deci.702.
Poterit ergo legatus confirmare istos in ma
17 nualibus † per præmissa: sed talis confirma-
tio non alterabit naturam manualitatis, sicut
nec confirmatio Papæ,secundum Inno. in c.ni
si, de præben.collec.in c.per tuas, de cōfir.uti.
uel inuti. Abb. in d.c. porrecta. non. n.ex hac
confirmatione subtrahitur monachus ab obe-
dientia regulari:& ita dicunt alleg.doct.decla-
rasse Benedictum in quadam constitutione,
quam fecit super statu religiosorum.
Fallit tamen hoc in papa, quando ex certa
scientia confirmaret beneficium huiusmodi re
Confirmatio papæ de manuali operatur ad uitam.
18 ligioso: quia tunc uidetur dare ad uitam, † ar
gu.d.c. porrecta. collect. in d.c. per tuas:quod
tamen non procederet in legato:quia licet ipse
sit iudex exemptorum.c.Si Abbatem.de elect.
in 6. non tamen potest destruere ordinem uel
19 obedientiam eorum. †
Fall.primo.
Fallit secundo,quando ista manualia ex cō-
suetudine essent facta perpetua cum effectu,
ut accidit in istis fratribus Camaldulensibus,
20 †qui dāt beneficia cōgregationis ad annum,
21 ita ut annus intelligatur ꝑpetuus † cū magis
22 attendatur quod agit.quàm quod dicitur.† c.
plerique 14.q.3.c. certum,de regu. iur.in 6.C.
plus ual.quod agitur.in rubro,& nigro.
An monocularia.
Tertio,q. An poterit reseruare bn̄ficiū mo-
23 nocularę?†& credo non posse,per rationē Io.
mon.in reg. in generali,& Archid. in c. Si pro
clericis,de præb.in 6.& Rot.dec.116.in no.Ge
mi. consi. 36. quod æquum est: quia pauper
Monoculare beneficium.
24 † monocularis nunquam uideret si semper
oculo impediri posset. de rigore forsan esset se-
cus:quia reseruatio indistincte conceditur lega
to restringit. in cap. præsenti & non reperitur
restricta ad istum casum:ergo nec nos restrin
gamus. c. præcipimus. C. de appel. tenet ta-
men primum per præmissa.pro quibus uide Fe
li.in c.in nostra.24.correl. de reser. Sed quid si
habebat unum, quod spectabat ad collatio-
nem suam: aliud ad collationem suam & alte-
rius: an habebit locum priuilegium monocu
25 laritatis?† Sol. non habebit: quia qui habet
multas collationes,communes aliis, dicitur ha
bere collationes.Ro.deci.241.in anti. Gondi.
in suo tract.q.9.col.17.& Feli.in d.c.in nostra.
correl.24. ubi ēt dicit hoc nō procedere,quan
do haberet unum ad collationem:aliud ad præ
Canonici qui diuiserunt collationes, an gaudeant priuil. mo.
sentationem.¶ Item posset dubitari, quid si
canonici diuiserunt collocationem beneficio-
rum, quæ spectabant ad capitulum inter se,
ita quòd quilibet canonicus habeat unā collā
tionem tantum:an tales gaudeant priuilegio
26 monocularitatis† & dicendum non gaudere
ui.

ui.collect. in c. ecclesiam nostra in 2. col. de Sortil. ubi etiam quid de illo, qui habebat unã dignitatem, & plura simplicia ad collationem suam. Item, quid quãdo omnia beneficia alternis mensibus spectabant ad prælatum, & capitulum, & inter eos ordinatum, quòd unum pingue beneficium conferatur communiter tantum: an hoc erit monoculare in communi? uide eum, col. 6.

An leg. faciat reseruatione de primo in genere.

Q. an reseruatio posit fieri in genere de primo uacaturo, spectante ad collationem talis?
27 † sol. potest: quia expresio generis, quæ restringitur ad indiuiduum, æquiualet expres-
28 sioni indiuidui, † l. nominatim. ff. de lib. & post. item, quia affectio beneficii incerti uidetur remotior à uoto captãdæ mortis, cum spes
29 illius, pro quo facta est reseruatio, † sicut in simili dicimus quòd patronus non potest dare alicui facultatem præsentandi ad certum bene
30 ficium cum uacabit. † Secus si ad omnia be-
31 neficia. † Abb. & alij in c. pen. de conceß. præbend. Et multa permittuntur in genere, quæ
32 non permittuntur in specie. † glo. in ca. accedens, in uer. generalior. de cõceß. præben c. ne captandæ. glo. eo. tit. in 6. hoc tenet Spe. isto titul. §. nunc tractemus uersi. Sed si non potest. Lap. Domi. & alij in c. Si cum, de præben. in 6. concludentes quòd

Legatus dat executores & inhibeat.

Quamuis reseruatio legati non tribuat ius,
33 † potest tamen legatus dare executores in li-
34 teris reseruationum suarum, † qui beneficium cum primum uacauerit, conferant ei, pro
35 quo reseruationem fecit; † & etiam inhibere
36 † vt prius in d. c. præsenti. in no. & de principali dicto, est tex. in c. cum dilectus, de iur. pat. Immo dicendum uidetur ne in specie posit certum beneficium reseruare propter uotum captandæ mortis specialius per ea, quæ no. in d. c. ne captandæ. Et hæc opi. dum discuteretur in Rota, placuit nonnullis dominis: sed est falsa: quia ex quo legati reseruatio non tribuit
37 ius, cessat uotum captandę mortis † & ita tenet Anchar. in c. præsenti. in principio de offic. leg.

Legatus reseruat cum clau. quòd duxerit acceptandum.

Quarto q. an legatus posit reseruare bñficiũ, qđ aliquis infra mensem duxerit, acceptan
38 dum † sol. Lap. Domi. & Philip. in d. c. Si cũ, tenent legatum hoc posse: quia in effectu ista est una reseruatio, cum genus istud, quod duxerit acceptandum, non includat nisi unam spe-
39 ciem. † arg. c. ex parte. & primo de offi. deleg. idẽ tenet Gondi. ea. q. quia quamuis sit speciale in papa, ut pendente mense, ordinarius non
40 conferat, † tamen secus in legato: quia ordinarius interim confert. arg. ad hoc in cle. 2. de conceß. præbend. & in c. quia cunctis. eo. titu. in 6.

Ioan. And. in d. c. Si cum, tenet contrarium
41 † quoniã dispositio. c. præsenti. facit ut quis nõ posit impediri, nisi in una collatione. hoc modo per indirectum impediretur in pluribus: ergo &c. pone quòd uno mense uacarent x. beneficia: quia incertũ est quòd uelit iste acceptare; episcopus impedietur omnia conferre. Ad hoc respon. quòd in effectu est una reseruatio & ordinarius semper cõferret: & sic postea pendebit a futuro euentu, quale fuerit
42 beneficium reseruatum † secundum Gondis. secundum alios ordinarius expectabit: quia mora modici tẽporis &c. Sed hæc ratio mala propter dispendiosas uacationes: expectandus est enim mensis. primam igitur sequor, quãdo Legatus daret executores, qui conferrẽt, cum nihil uetet legatum reseruare pro certa perso-
43 na † d. c. cum dilectus. quamuis reseruatio huiusmodi non tribuat ius illis, pro quo facta
44 est, donec conferatur, † ut dictum est.

Ordinarius confert pendente reseruatione legati incerta.

Quinto q. an legatus posit dare executo-
45 res, qui cõferant & inhibeant? † Sol. posunt ut dictum est in q. præcedenti.

Legatus dat executores qui conferant.

Sexto q. An decreta & inhibitiones, quæ ponũtur in literis legatorũ, quando faciunt reser
46 uationes, afficiant ignorantes † Compost. in c. capitulum, de Rescrip. tenuit non afficere: quoniam, quòd ignorantes ligentur decreto, est contra ius l. 2. ff. de dec. ab ord. fac. c. 2. de consti. l. si ignorans. ff. loc. no. in c. proposuisti. 82. dist. in c. de laicis 12. q. 2. legatus autem
47 non potest aliquid contra ius † ca. dilectus el primo. de præben. c. pen. & vlt. de fil. presby. Item, quia hoc est speciale in decreto papæ. c. quia cunctis. §. adijciebatur. de conceß. præb. in 6. & in cle. 1. eo tit. ergo contrarium in legato. hanc partem tenent Archid. & Io. An. quãuis non bene explicet mentẽ suam in c. Si apostolicæ. de præben. in 6. Pau. in d. c. Quia cunctis. Lap. in c. quia statutum, de præben. eod. li. Henr. in c. Cũ dilectus. de iur. pat. Gondisal. in suo tract. q. 9. Egi. in d. c. Si apostolicæ. ubi ẽt Ancha. moti primo: quia annullatio colla-
48 tionis ordinarij est pœna. † c. si religiosus. de elect. in 6. pęna non afficit ignorantes &c.

Decretum legati an afficiat ignorãtes.

Secundo, quia decretũ principis ideo ligat
49 ignorantes: † quia habet uim sententiæ diffi-
50 nitiuę † secundum Inn. in d. c. cum dilectus. Inferior autem à principe non potest dare hãc
51 vim suo decreto: † igitur &c. hanc etiam opi. sequitur Philip. in d. c. si apostolicæ & Alex. in consi. 90. in 7. uol. ubi hoc late disputat. & Soci. in consi. 112. in 3. uol. qui dicit hanc esse cõ
52 munem † Anchar. in c. si beneficia in 7. not. de pręben. in 6. Fed. consi. 290.

Decretum principis uĩ sñię diffinitiuæ.

53 Contrarium tenent Inno. & Host. † in d. c. cum dilectus. & in summ. de preben. §. à quo. Io. de Lign. Domi. in d. c. si apostolicæ. Lap. all. 14. dicentes de hoc esse casum in d. c. cũ dilectus.

Alia opi.

ctus.in eo. quòd papa ponderat tantum decretum,& inhibitionem legati. Sed ad istum tex. Respon.Philip. quod ibi nihil dicitur de decreto,sed tantum de reseruatione & inhibitione. quæ responsio non est bona: quia reseruatio & inhibitio per se hoc operantur, tanto magis cum decreto. Alexã. in d. consi. 90. respondet quòd inhibitio, de qua in c. cum dilectus. peruenerat ad notitiam ordinarij. Ideo opi.Inn.se
54 quitur Collec. † in c.ecclesia nostra.col.6.uer. Quid si legatus. de sorti. dicens communiter obseruari ut legati apponant huiusmodi decretum sicut papa.& Car.in cle. 1.in 6.no.de conces.præb.& ibi Bonif.nume. 34. dicentes hoc communiter teneri.

Opi. auctoris.

55 Hanc opinionem ego sequor; † postquam nemini uenit in dubium, legatum posse reseruare donationi suæ.d.c. cum dilectus. & iritare collationem ordinariam ut ibi: quod potest etiam inuito ipso. ergo & ignorante: quia quæ possum te inuito, possum te ignorante. l. qui potest.ubi.glo.ff.de reg.iur.

Et de hoc est tex.in d.c.quia cunctis.cũ non sit ratio diuersitatis inter papam, & legatum, quando concedimus legatum posse reseruare, & inhibere: quia cui unum conceditur &c.c. prudentiam c.præterea de offic.deleg.nam reseruatio afficit beneficium.

Ad id,quod dicitur de decreto, non ligante ignorantes, dic procedere, quando quæritur,
56 an debeat quis puniri ex contrauentione † d. l. si ignorans. hic autem non punitur,sed impeditur.

Annullatio actus non est pœna.

Et inquantum dicitur,quòd annullatio collationis est pœna,non est uerum,ex quo annul
57 latio † non insurgit ex odio collatoris,sed ex natura rei per decretũ affectæ.vide Bal.in l. nõ dubium. C.de legi.& moder.in c.2.de constit. dicentes annullationem actus tunc esse pœnam, quando fit in odium agentis, non aliter.
58 de quo late per Philip.in c.fi. in gl.2.de elec. in 6.

Ad id, quod dicitur de sententia, est extra
59 rem: † quia procedit in his,quæ aliàs requirunt causæ cognitionem. primam tamen opi. secuta est maior pars Rotæ in causa Taruisina in reseruatione nũtij apostolici:qui habebat facultatem legati de latere: & in illam sententiã aliqui inclinarunt, declarantes opi. Inn.& sequacium habere locum in legato Cardinali. primam uero in nuntio hũte facultatem legati de latere,pro quo iura non præsumebant tãtum. ¶ Alij uero simpliciter sequebantur primã opi.eo quòd esset minus præiudicialis potestati ordinariæ. sed oẽs male locuti: quia si datur facultas legati de latere,datur etiam facultas reseruandi,ꝑ ea q̃ dixi in primo libr. Si facultas reseruãdi: ergo & oẽs effectus reseruationis, ut dixi,utique tñ opinio sustentabilis: quia non ponderatur simpliciter reseruatio, sed etiam inhibitio.in c. cum dilectus. hoc tit. & de iur.pat.

An pendente reseruatione legati,cũ clausula quod duxerit acceptãdũ, ordinarius conferat.

Septimo quær. Legatus reseruat pro Titio beneficiũ, quod infra mensem duxerit acceptãdum,cum decreto forsan intimato Collatori: An antequam acceptetur,ordinarius possit
60 conferre?†Gondis. ubi supra,tenet quòd possit conferre:quia ex æquitate inductum,sed in reseruatione papæ,tali modo facta,ut in cle.5. de conces.præbend.& in c.quia cunctis. Ratio autem esse potest:quia reseruatio taliter facta, est conditionalis, si acceptauerit. quæ non habet uim nisi secuta acceptatione: ergo ordinarius,qui confert,nullam inuenit reseruationẽ. ita argu. illa cle. quæ postea disponit quòd ut mensis aliquid operetur; statuitur quòd tunc censeantur ligatæ manus ordinarij: & hoc specialiter disponitur in reseruationem papæ: ergo &c.

Opin.auctoris.

61 Tu aduerte † primo, quòd tex.in d.cle.5.& in c.quia cunctis. non loquuntur de reseruatione,sed de mandato de conferendo, quorum diuersa est natura: quia mandatum de conferendo,ex sui natura non afficit beneficium, neq; imponit præcisam necessitatem conferendi
62 † c.cum teneam. de pręben. Reseruatio autẽ afficit beneficium, ita quod potestas conferen
63 di adimitur ordinario † d.c. cum dilectus.c. licet.de præben.in 6.unde argumenta doct. ex illis tex facile euitari possent.

Secundo aduerte: quoniam text.in c. Quia cunctis.si bene consideretur, non habet aliam rationem sustinendi collationem ordinarij aduersus mandatum de prouidẽdo de beneficio, quod duxerit acceptandum, nisi quia longa mora in acceptando, faceret illam conditionẽ grauem ecclesiæ, ut ibi in uersi. Et grauis.

¶ Reliquę autem rationes nihil sunt: quoniã conditio suspendit actum, ita quòd cum aduen
64 erit,retractantur medio tempore facta. † l. cum optio.ff.de opt.leg. no. in d. c. Quia cunctis. Quæ ratio cessat,quando apponitur mensis:quia mora modici temporis &c. Et ideo in illa cle. statutum est quòd apposito mensis liget manus ordinarij:quæ ratio est cõis ẽt reseruationi legati:& reducit nos ad terminos iuris antiq.igitur communiter intelligetur, ne confundamur allegando specialitatem sine ratione,ut dicit glo.in d.c.quia cunctis. in uersi.in ultimis.

Reseruatio legati quãdo dicatur pendere.

Octauo quęrĩ,in c.pręsenti.dicitur ꝙ pendente una reseruatione, legatus non potest facere aliam, quando dicatur una reseruatio pẽdere?
65 † Sol.pendet prima, quando nondum est secuta collatio:& sic non est sortita effectum:uel non est aliàs extincta. ut si effecta esset caduca

morte

morte eius, pro quo facta est, uel etiam renuntiatione; uel alio actu incompatibili, ut per matrimonium, uel per reuocationem. omnibus istis casibus desinit pendere, ut no. in d. c. praesenti.

Reseruatio secunda nō faciens mētionem de prima finita, an sit nulla.

Nono q̄rit, an reseruatio facta per legatum,
66 statim finita prima, sit nulla † quando de prima non facit mentionem? Sol. est nulla, quando facit ad instantiam partis: quia legatus in dubio non uidetur uelle grauare episcopum duplici reseruatione continuata, sicut nec papa, quem grauant, grauare intendit c. mandatum cum c. seq. de rescrip. ita Io. An. Domi. & Phil. in c. praesenti. §. caeterum.
67 Io. de Fant. tenuit contrarium, † se tenemus primam non pendere: quia nulla lex uetat. Sed respon. ꝙ non diffitemur, legatum posse, sed non praesumi uelle. ¶ Replicari forsan posset, quòd ex quo reseruatio legati non tribuit ius reseruatiuo, sed legatus posset cui uellet cōferre, non cadit ista consideratio. placet tamen cōmunis concl. quia facile erit legato dicere in literis suis, non obstante, quòd pro alio scripserimus, ut per Ioan. And. & Collec. in c. mandatum.

Limitationes.

68 Primo fallit, † quando prima reseruatio desijsset pendere absque eo quòd adimpleretur: quoniam tunc cessat ratio grauaminis, quod est de mente omnium in d. §. caeterum.

Secundo, quādo reseruatio fuisset facta motu proprio: quae clau. defendit rescriptum à surreptione, ut dixi in libro praecedenti.

Tertio, quando procederet per modum collationis de beneficio iam uacante: quia non est lex, quae hoc dicat: neque ligantur manus ordinarij, quin praeuenire possit c. si à sede, de praeb. in 6.

An pendente lite super beneficio reseruato, & collato per legatum, possit facere aliā reseruationem.

Decimo q̄rit Legatus reseruauit beneficiū, uacatione adueniente, contulit collatione facta, † mouetur lis prouiso: an dicatur prima
69 reseruatio cessare, ita ut legatus possit aliam facere? Arch in d. c. praesenti, dicit nō posse: quia prima reseruatio adhuc pendet: & finale iuditium expectandum c. fraternitatis, de frig. & malefi. & ille non dicitur habere beneficium per reseruationem, qui non habet pacificam
70 possessionem, † per no. in c. commissa. de elec. & ita tenent Io. And. Domi. & alij in d. c. praesenti. Dubito de ista decisione, si teneamus, legatum uoluisse, ut reseruatio prima per hoc fuerit sortita effectum, postquam illi, pro quo facta est reseruatio, nullum ius acquiritur, ut saepe repetitum est: nam tunc quoad episcopum, de cuius grauamine agitur, nihil est, siue beneficium sit litigiosum, siue non. l. loci corpus. §. competit. ff. si ser. uendi. aliàs deterior esset conditio legati: quia conferret beneficiū litigiosum quasi pacificum: quod ratio non admittit. Item quòd si reseruatio esset facta de certo beneficio quod uacasset: qua ratione debet impediri legatus in reseruatione alterius. Item esset in potestate episcopi eludere legatum ut non posset nisi unam reseruationem facere, mouēdo litem reseruatiuo, uel forsan colludendo cum eo. cogitabis.

An pendente reseruatione de eo quod spectat ad collationem, possit reseruari, quod spectat ad praesentationem.

Vndecimo q̄rit An pēdente una reseruatione
71 de beneficio spectante ad collationē † episcopi, possit reseruari aliud, quod spectet ad p̄sentationem? dic non posse secundum mentē illius constit. quamuis loquatur in collatione: quoniam in ecclesiasticis collatio & praesentatio habent parem uim: ideo uariare non
72 possunt. † c. cum autem. de iur. patr. glo. pen. in cle. unica, de rerum perm. Ita tenent Io. An. & Domi. in d. c. praesenti.

An illud, qd' spectat ad institutionem.

Duodecimo q. an pendente reseruatione simili possit reseruari aliud, quod spectet ad in-
73 stitutionem, † sumendo instit. proprie, pro
74 illa, quae fit ad praesentationem patroni † ut per Abb. in c. auctoritate. de instit. Sol. Domi. & Philip. in d. c. praesenti, tenent non posse: q̄a omnino inferretur grauamen: quia adimere-
75 tur institutio, q̄ est iurisdictionis. † c. perue-
76 nit. xj. q. 1. Paulus tenet cōtrarium, † dicens episcopum minime grauari. Gondis. hoc tract. q. 9. tenet quòd immo legatus possit reseruare plura beneficia spectantia ad institutionē,

Opi. Pau.

77 uel praesentationem episcopi. † ratio, quia isti modi prouidendi, uidelicet collatio, & institu-
78 tio, sunt diuersi & incompatibiles. † c. cum in illis. de praeben. in 6. & tex. in c. praesenti, loquitur tantum de pertinentibus ad collationem. igitur & c. haec dicta Gondis. sunt satis confusa
79 † & loquitur extra terminos doct. qui non loquuntur, an possit reseruare plura beneficia pertinentia ad institutionem: nam aliter & aliter loquuntur doct. ut igitur habeas ueritatē,

Distinctio pro ueritate.

80 ita distingue: † aut legatus reseruat primum uacaturum in aliqua ecclesia: aut reseruat primum uacaturum ad collationem & c. primo casu, pendente una reseruatione, non potest facere aliam, siue huiusmodi beneficia spectent ad collationem unius, siue ad collationem diuersorum: q̄m papa egit, ne ecclesia grauaretur ultra unum, non habita consideratione personarum conferentium. Ita dicit tex. in §. caeterum. in uersic. prohibemus, ne postquam leg. in all. c. n. col. ccc. v. a. d. f. Et ideo tūc q. est superflua: aut uero uoluit legatus grauare unam collationem, ut si dicat de beneficijs spectantibus ad collationem archidiaconi: & tunc, aut illa collatio erat de beneficijs existentibus similiter in ecclesia, & in eadem non poterit facere aliam reseruationem, & si beneficia spectarent ad collationem alterius: & hoc innuit tex. quādo dicit: Nec etiam postquam alibi res. ali. bene.

ad colla.part. cuiuscunque,quasi dubium procedat tantum, quando reseruatio est facta extra ecclesiam: quia quando in ecclesia, id non potest alia ratione.arg. in §.affinitatis,institu. de nup. & tunc ēt non procedit q. Aut uero collatio erat de bñficijs extra ecclesiā: & tunc, aut quęris,an posit reseruare aliud ad collationem eiusdem, & non potest, ut in d.§.cæterū: aut ad præsentationem,& similiter non potest per ea, quæ dicta sunt in præcedenti q. aut ad institutionem,& tunc:aut institutio est de beneficio iurispat.laicorum,& nō potest, sed alia ratione:quia scilicet nō pōt cōferre beneficia,
81 quæ sunt de iur.pat. laicorum: † ergo nec reseruare,ut probatur in d.c.Cum dilectus. Aut uero institutio est de iur. patr. ecclesiastico, & hoc potest: quoniam non dicitur in hoc grauari instituens eo grauamine, quod considerat litera.d.§. cæterum. Nam qui confert,donat,& utitur liberalitate, saltem dando uni magis q̃
82 alteri † c.relatum. de præbend. sed qui instituit, necessario instituit præsentatum quando est idoneus.c. pastoralis c. quòd autem,de iur. pat.Inno.in c. de cætero. de transac. Egi. deci.
93 quando enim finis necessario trahitur à principio,principiū consideratur,& non finis.
83 † l.unica.C. de impot.lucra.desc.no.aut. in c. in literis,de rescrip.in necessitatibus autem ne
84 mo liberalis † l. rem legatam. ff. de adimen. leg. illa iurisdictio instituendi, & illa spes conferendi per deuolutionem,non est in consideratione ad casum nostrum:quia spes est nimis remota l. specie. C. de donat. & maxime: quia hoc non exprimitur l. pręcipimus. C. de appellatio.

Quando finis trahitur à principio.

Tertiodecimo q. an pendente reseruatione beneficij spectantis ad collationem episcopi posit reseruari aliud, quod spectet ad collatio
85 nē ipsius & alterius † communiter?Sol. non potest quia quod cōmune est, meum est in fa-
86 uorabilibus.† l.illud.ff.de rit.nupt. & qui iurat suum non esse; iurat commune non esse
87 †.l.pupillus.§.ultimo.ff. de uerb. signifi. l. si
88 quis seruis.ff.de legat. 3. † & hæc est communis sententia glo.Archid.Ioan.Andr.Domi.in d.§.cæterum.

An posit conferri qđ spectant ad collationem eius & alterius.

Quartodecimo q. an pendente simili reseruatione, poterit reseruari aliud, quod spectet
89 ad eius collationem alternatim † quod esse potest,cle.2.§. ut facilius. de iur. patr.Sol.non poterit reseruari:quando collatio uel præsentatio spectabit ad eum ne grauetur, aliàs poterit,uide collect.in c.nisi essent.col.2.uers.quid si beneficium.de præben. & quid quādo collatio spectat ad episcopum de consensu alterius, uide per eundem in uers. sequen.

An qando alternatiui spectat ad eius collat.

Quintodecimo q. an in eadem dioces. posint reseruari plura beneficia spectātia ad colla
90 tionem diuersorū? † Respon. in ecclesia eadē non potest,ut dixi supra q. xij. in dioces. credo posse: quia uer. nec etiam, postquam ponderat collationem non diocesim.

An posint reseruari plura spectantia ad collationē diuersorū.

Sextodecimo q. an ualeat collatio legati facta de beneficio per eum reseruatum, non ha-
91 bita mentione reseruationis?† Respon.collationem esse surreptitiam:ideo non ualere,cum non sit uerisimile, legatum uoluisse conferre uni beneficium, quod pro alio reseruauerat
92 † Calder.in consi.3.de pręben.Ioan.de Fant. Lap.Domi.& alij in d.c.pręsenti.Collec.in c.j. de reg. iur. in 8.col.uers. quid de q. qui loquitur in collatione papæ.

Collatio le. non facta mentione de reseruatis, an ualeat.

Fallit primo, quando scienter faceret.Dom.
93 & alij in d.c.præsenti.†

Fallit secundo, quando reseruatio præcesisset paulo ante: quia in facto recenti præsumitur recordatio.Feli. in c. cum olim,in 3.col.de re iudic.

Septimodecimo,q. legatus reseruat duo beneficia simul, cum unum tantum posset reser-
94 uare,an in totum uitietur reseruatio?† & dicendum uidetur uitiari propter incertitudinē
95 † in totum l.duo sunt Titij. ff. de testam. tut. l.si fuerit.ff.de reb.dub.l.quidam.ubi Bart.late attingit materiam incertitudinis. ff. de rebus dubijs.

Item tex.in c.præsenti.hoc.titul. dicit quòd reseruationes huiusmodi sunt odiosę:ideo uult
96 ꝙ non posit reseruare nisi unum † in una collatione: & irritat quicquid in contrarium fiet. At non est dubium,reseruationem huiusmodi esse cōtra illū tex.ergo etc.unde succedit reg.ꝙ in his, quæ fiunt contra legem, non ua-
97 let etiam quod est secundum legem,† ad plene no.per Ias.in l. 1.§.siquis ita.ff.de uerb. oblig.uide tamen si dici posset quòd primum uacans dicatur reseruatum,& ꝙ uerisimiliter de primo senserit legatus.arg.no. in d. l.duo sunt Titij. nam primum uacaturum ex pluribus reseruare potest,ut supra dictum est. unde capienda interpretatio,ut quis uoluerit magis actum ualere. & in his etiam admittitur declaratio eius,qui ita incertū agit.Bart.in d.l. quidā. huc aceruari possent brocarda,si non ualet,ut ago.Item & utile per inutile,& incertitudo an uitiet actum.

Fallit tertio,qñ motu ꝓprio,Collec.ut supra.

Fallit quarto, quādo faceret auctoritate apostolica, non autem legationis.Calde. consi.8. de præbend.

Decimooctauo quæritur quid si legatus in sua reseruatione dederat executores, & postea
98 uacante bñficio reseruato ipse illud cōfert?† Sol.aut executor præuenit legatum in cōferendo & legatus non se intromittit: aut non præuenit,& dic,ut in præcedenti q.

Quis præfratur habēs ab executore, uel a legato.

Decimo-

An executor legati inhibeat.

Decimonono quæritur, an executor datus à
99 legato inhibere possit, sicut legatus? † Sol. potest. Lap. all. 14. Domi. in d. §. cęterum.

Reseruatio an expiret morte legati.

Vigesimo quæritur, an morte uel remotione legati expiret reseruatio per eum facta?
100 † Sol. expirat, ut est casus in d. c. præsenti, adeo quod etiam si succedat alius legatus, non tamen conferet huiusmodi beneficium tanquã reseruatũ. Domi. in d. c. præsenti, in 1. col. ubi late disputat & ampliat procedere, etiam si dati essent executores, & beneficium uacasset ante mortem, uel remotione legati, dũmodo non fuisset collatum. uide Lap. alle. 17. fol. 5. & all. 24. & Fede. consi. 293.

Fallit tamen hoc, quando reseruasset colla-
101 tioni papæ: † quia etiam, amoto legato, da-
102 rat affectio impediens ordinarium. † gl. in c. cum dilectus. in uer. reseruandam. de iur. pa. quam glo. intellige secundum Abb. ibi, quando ex speciali auctoritate papæ hoc faciebat. secus quando ex ui legationis tantum: quod puto uerum. Aduerte tamen q̃ si legatus prius contulisset: licet in reliquis dedisset executorem, eo amoto, non expirat gratia, licet in reliquis dederit executores. Lap. alleg. 17. Phil. in d. c. præsenti. quod intellige, quãdo uacabat. aliàs beneficium non uacans, non confert legatus, ut dictum est supra. Hoc tamen est notandum propter legatos, qui habent auctoritatem reseruandi, & ex nunc conferent. ut si ita reseruent & ex nunc conferant uacaturũ, reseruatio non dicatur extingui. quod pro nunc ut affirmo, dicam infra. q. 25.

An executor finita legatione conferat.

Vigesimoprimo queritur q̃d, si anteq̃ beneficium reseruatum per legatum iam uacans cõferatur, legatio finiatur, an executores dein
103 de poterunt conferre? † Sol. non possunt cõferre: quia finita legatione, reuocatur omnis
104 reseruatio, & eius effectus † etiam si per executorem esset processum ad decretum & inhi-
105 bitionem. † gl. in d. c. pręsenti, in uer. finitur. & per Colle. in c. ecclesia nostra, col. 7. de sorti leg. uide tamen Domi. in d. uer. finitur. Et hoc procedit, ẽt si beneficium sic uacans esset peti
106 tum in uim reseruationis: † nam dummodo tempore expirantis legationis collatio non sit
107 secuta, † omnis effectus reseruationis expi-
108 rat. † gl. Pe. de Anch. Io. An. in d. c. præsenti. §. finitur.

An reconualescat collatio ordinarii, finita legatione.

Vigesimosecundo queritur, quid si antequã finiretur legatio, uacauit beneficium per legatũ reseruatũ, & ordinarius cõtulit illud postea, beneficio tali aliter nõ collato, finitur legatio:
109 an reconualescat collatio ordinarij? † Sol. non reconualescit: quia tempore quo facta est, obstabat reseruatio. ideo postea tractu tpis nõ conualescit: & hoc de rigore: secus de æquitate
110 † secũdũ Colle. in d. c. ecclesia nr̃a. col. 7. uer. Sed quid si legatus: & hoc tenet Rot. in deci. 422. in anti. dicens decretum & omnia intelligi conditionaliter. i. si acceptauerit. uide tamẽ in deci. 834. in anti. & in deci. Bisgn. 23. de p̃bẽ. ubi tenet nõ ualere collationẽ ordinarij factam etiam pendente mense ad acceptandum.
111 † Sed tantominus ualebit, stante reseruatione, q̃ est simplex, & non habet clau. acceptãdi.

Vigesimotertio quæritur, Legatus contulit canonicatum uni in ecclesia, non habente certũ numerum canonicorũ confirmatũ, reseruãdo ei præbendam proximo uacaturã, certis executoribus datis antequam præbenda uacet, fi-
112 nitur legatio. † an extinguatur canonicatus, uel præbendæ debeatur? Domi. Phil. Ioan. de Fant. dicunt canonicatum cessare, & præbendã non deberi: quia inhibitio, decretũ, & huiusmodi, facta p executorem, cessant legatione finita, illa uero sunt, quæ afficiunt præbendam. c. tibi qui, de rescrip. in 6. ergo illis cessantibus, præb. non debetur.

An extinguatur canonicatus datus a legato finita legatione.

Item, quia si papa reuocat gratiam suam, cẽsetur etiam reuocatus canonicatus c. fi. de con cess. preben. in 6. ergo tanto magis in legato, cuius gratia est minoris effectus. Lap. uero tenuit contrarium.

Si quæritur, an finita legatione, executor.
113 possit conferre, † dicendum est non posse: quia quicquid citra collationem factum est, expirat, ut tenent omnes. in d. c. præsenti. & semper dicitur res integra, donec sit secuta collatio: quia multa euenire possunt, ut non habeat præbendam, per no. in c. Si soli. de præb. in 6.

Si uero quæratur, an remaneat canonicus, ita q̃ præbenda ei debeatur, eo q̃ canonicus? & credo quod si fuit receptus in Canonicum, & tractatus ut canonicus, remaneat canonicus, & præbenda debeatur sub ratione: quia canonicus: quia canonico debetur præbenda c. si clericus c. si postquam. de præb. in 6. c. pro illorũ, eo. tit. c. cum sup de concess. præben. & Canonicatus per se dicitur beneficium, q̃d potest
114 esse sine pręebenda, † & dari per solum ep̃m. c. cũ in. & ibi. not. de consti. & pro ista deci. est text. ad literam in d. c. fina. §. præsenti, in fine, vt tenet Rota, deci. 285. & 328. in no. & secundum hoc procedit dictum Lap.

Si uero simpliciter sit creatus canonicus sub expectatione p̃bendæ aliter non admissus, aut tractatus, expirat canonicatus cum legatione. ita p̃cedit opi. cõis p tex. in d. c. fi. alij tamẽ distinguũt, an aliquis sit receptus in canonicũ per papã: an per legatum, ut primo casu sit affe
115 cta præbenda † secundo no. in c. si postquã c. dudum. de pręben. in 6.

An reseruet præbendã & canonicatũ primo uacaturum, ubi nõ est certus numerus canonicorum.

Vigesimoquarto queritur, an legatus possit reseruare canonicatũ & p̃bendã, primo uacaturũ in ecclesia, in qua nõ est certus numerus canonicorum,

116 nonicorum, aut præbendarũ?† sol.non potest:qm̃ canonicatus huiusmodi per se nõ subsistunt,sed cũ persona nascuntur, aut moriuntur.c.dilecto.de pręben.c.ex parte:de concess. præben.Ergo quod statim futurum non est,reseruari non potest,cũ reseruatio sit de eo,quod est.arg.in l.manumissiones.ff.de iusti. & iu.l. decem.ff.de uerb.oblig. & minus deinde confertur quod extinctum est,cum qualitas &c.l. eius qui in ꝓuincia.ff.si.cert.pet.facere enim quod res peritura nõ pereat,& mortui uiuant,

Officiũ dei est ut mortui uiuant.

117 Dei officium est in naturalibus. † in ciuilibus uero supremi principis potestatis plenitudine utentis, quæ non communicatur legato.c.ex tuarum de.aut.& us.p.uide Aegi.decis.13.

Vigesimoquinto,q̃ro, an legatus ĩdistincte 118 possit reuocare reseruationẽ suã?† sol.pòt, dummodo ad collationem non sit processum. Specu.hoc titu.§.nũc tractemus,uers. Item legatus.& in uers.Item reseruare.ubi Ioan. An. in additio.

An indistincte reuocet reseruationẽ suam.

Fallit primo.

Fallit,quando ille,pro quo facta est reseruatio,consensisset processui per executorẽ facto, 119 †secundum Pe.de Ancha.& Phil.in d.c.fin. per no.in c.in causis.de elect.in glo. cum res.

Fallit secũdo.

Fallit secundo,quando potestas fuit concessa executori animo donandi.Imo.& Phil. in d. c.præsente.Ergo dubito de ueritate utriusque 120 limi.†quoniam ratio,quare communiter tenetur ꝙ reseruatio legati non tribuit ius illi, pro quo fit, est quia ipse non pòt dare ius ad uacaturũ.Sed si istæ limi.essent ueræ,facillime daretur ius huiusmodi:igitur &c. Et ideo tex. in d.c.præsenti.uetat legato ne det alicui potestatem recipiendi resignationẽ, & conferendi beneficia:quia aperiretur uia cõtra Lateranen. conciliũ ad uotum captandę mortis.quare cogita:quia not. in c.in causis,præsupponunt potestatẽ in dante. uide Abb. in d.c. cũ dilectus. de iur.patr. Et si dixeris,non acquiritur reseruatiuo ius.tamen legatus non reuocat, quorsum ista subtilitas?

Vigesimosexto,q̃ro.in facultatibus legatorũ plerunq; continetur, ut habeãt facultatẽ reseruandi beneficia,& ex nunc cõferendi.quid 121 importent illa uerba, † & an finita legatione, talis reseruatio expiret?sol.quoad primum operatur ut uacatione adueniente,nõ sit opus noua collatione:quia collatio facta per hmõi 122 uerbũ,respicit initiũ,& finẽ.†gl.in l.j.C.de eden.glo.in cle.1.de conces.præb.Bar.in l. Ita stipulatus.la grande.ff.de uerb. oblig. Et per hoc infertur, ꝙ legatus secuta uacatione,non 123 poterit alteri conferre:†quia statim cum ua 124 cat,collatum est.†

Verbũ ex nunc conferendi, quid importet.

Quoad secundũ uidet̃, finita legatione,talẽ 125 reseruationẽ expirare:†quia cõditio reperit extremũ inhabile.l. bonorũ.ff. rẽ rat. hab. nisi dicamus ꝙ Papa uoluerit tunc cõcedere legato,ut det ius ad uacaturũ. quod ius ꝑ obitũ uel remotionem legati non expirat,sicut nec gra126 tia Papæ simpliciter data.† c. si gratiose.de resc.in 6.& quia secuta huismodi collatione, res nõ est integra. de hoc tamẽ dicã aliàs infrà.

An finita legatione, expiret reseruatio.

An possit per legatũ reuocari talis reseruatio.

Vigesimoseptimo q̃ro,an legatus possit hu127 iusmodi reseruationẽ reuocare? † & credo posse,istis nõ obstãtibus : sed ĩ hoc casu forsan possent adaptari limi.de q̃bus in q.24.supra.

Vigesimooctauo q̃ro, q̃ sit forma reserua128 tionis legati?†sol.uide Spec. hoc titu.§.nũc ostendendũ. ubi dicit,ꝙ fit gñaliter,& specialiter pro aliquo,quãuis illa specialis nõ tribuat ius.uide Abba. in d.c.cum dilectus.

Reseruationis legati forma.

Vigesimonono,q̃ro,an decretũ, qđ apponi129 tur in reseruationẽ legati,inficiat poss. † sicut decretũ Papę,ad effectum ut denegetur restitutio de decreto,quod apponitur in reserua130 tione Papę † ui. Rot. deci. xvi.in no.& 235. eo.uol.quæ dicit hoc procedere,quando reseruatio fuit specialis cum decreto , uel generalis,& notoria,ut in reseruatione,de qua in c.licet.de præb. in 6.quod est dicere de reseruatione iuris:aliæ uero generales , in quibus uenit uerificanda aliqua qualitas , ut ꝙ fuerit familiaris collector &c. nõ impediunt restitutionẽ ut ibi dicitur,& cõiter obseruatur in rota propter priuilegiũ restitutionis.& uide Rot.deci. 275.quę dicit opportere, ꝙ statim probetur reseruatio.& non sufficit quòd ex interuallo. & Aegi.deci.342.qui dicit hoc intelligi , quando agens nititur collationi inferioris:quia tũc, decretum inficit titu.& poss.idem tradit decis. 475. in anti.adde Bis. de resti.Spoli.1.& 4. limitatur tamen hoc,ꝙ dicitur spoliatum nõ restitui,quando ei obstat specialis reseruatio cũ 131 decreto,† ut non procedat, quando fuisset spoliatus lit.penden.q̃a tunc restitueretur of132 ficio iudicis,† Rot.deci.56. in anti.& hoc ꝑꝑ odium attemptatorum.ego tamẽ aliàs dubitaui de præmisis : quia si decretum inficit poss.sicut titulũ ex se, licet ueniret uerificanda qualitas collectoriatus familiaritat.etc. cõstito de istis, & sic de poss.infecta, non debeat fieri restitutio:quia omnino ẽt in reseruatione iuris uenit uerificandum quod obiecit in curia, nisi dicas:quia utraq; pars fundet se super modo uacationis, & substantia loci, tamen lex, quæ est certa de omnibus, quę sunt in rerum 133 natura.†§.ex conditionali. instit. de uerb. obligatio. ita operatur, ante quàm res sit per examina iudicum declarata, sicut post, ut supra. Sed materia hęc fuit semper dubia. ideo nunc quoad Papam, transeo cum Dominis. Et quoad legatum , dico esse idem , postquam hoc casu potest ligare manus inferio-

An decretum legati inficiat possess.

Decretum Papæ quid operetur.

K rum,

inferiorum, ſicut Papa, etiam ſi decretum fuerit reuocatum per ordinarium, ut dixi ſupra, q.6. cautius tamen ageret legatus, ſi decretū, & reſeruationem ſuam ordinario notificaret ut ibi. Et quod dicitur de decreto in reſeruationibus, ut inſiciat etiam poſſ. Rot. extendit ad illud: quod ponitur in coadiutoriis cū ſucceſsione, & regresſibus, & ita ſæpe obtentum quanuis ſecus concluſum fuerit de decreto, ꝗ

De decreto quod apponitur in alternatiuis epiſcoporū.

134 apponitur in alternatiuis Epiſcoporum, † cum tunc non concernat collationem, ſed remoueat impedimentum collationis.

Quando legatus reſeruat beneficiū ſpectās ad inſtitutionem epiſcopi.

Trigeſimo. Quæro. Quando legatus reſeruat bñficiū ſpectans ad inſtitutionē Epi, an cēſea-
235 tur conſequenter grauaſſe patronos, † cum ſit quòd inſtitutio, propriè loquendo, eſt de
136 præſentato, † c. cum in illis. de præbend. in 6. ſol. iſtam q. in mandato Papæ de prouidendo, format Inno. in c. niſi, de præbend. & dicit caſum egere declaratione. uide ibi Collect. hoc diſputantem.

Literas monitorias, et præceptorias an det legat.

Trigeſimoprimo. Q. an legatus posſit dare alicui literas monitorias, p̄ceptorias, & execu-
137 torias ꝓ beneficiendo aliquo. † de quibus literis uide Abba. in c. eam te, de reſcrip. ſol. monitorias dare poteſt: quia neceſsitatem non in-
138 ducit monitio. † Item, & executorias: quia in reſeruationibus ſuis poteſt dare executo-
139 res, qui conferant: † præceptorias dare non poteſt: quia daretur ius ad uacaturū, quod non
140 poteſt, † per ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

An legatus posſit obligare ſe efficaciter ad conferēdū.

Trigeſimoſecūdo. Q. an legatus posſit obligare ſe efficaciter ad conferendum beneficiū
141 alicui, † cum ſe facultas obtulerit? & uidetur poſſe: quia talis forma eſt permiſſa in c. accedens. de conceſſ. pręben. Et quāuis ille tex. corrigatur in c. ij. eo. titu. in 6. tamen cum corre-
142 ctio ſit odioſa, † debet intelligi ut loquatur de prælatis inferioribus, nō de legatis Santiſſimi d. N. Ego tamen exiſtimo cōtrarium: quoniam ille tex. declarat promisſiones huiuſmodi eſſet contra concilium Lateranen. contra
143 quod non poteſt diſpenſare † legatus: ergo ita excluditur legatus ſicut cæteri.

Trigeſimotertio, Q. quid ſi legatus reſeruauit primum beneficium, quod ſpectaret ad collationem capituli, datis executoribus, an po-

An executor cōferat deuolutum ad eū, cui collatio granata ē.

144 terunt executores conferre illud, † quod originaliter ſpectabat ad collationem capituli, ſed per deuolutionem ſpectat nunc ad Epiſcopum? & uidetur non poſſe: quia attenditur qua-
145 litas, quæ eſt tempore collationis † cle. ſi de beneficio. de præben. ubi uidetur caſus in terminis. Tamen ego credo cōtrarium: quia cum primum uacauit beneficium, reſeruatio affecit
146 illud, & impediuit deuolutionē. † cle. ſi de beneſi. loquitur de mandato non afficiente beneficium, ut dicit ibi Car. in 6. q.

Quando cōcurrunt reſeruatio legati, & collatio ordinarii.

Trigeſimoquarto, Q. quid ſi legatus uel Papa. reſeruat beneficium, & ordinarius eodem tempore confert: nec apparet quis prior, aut poſterior: & nullus habet poſſ. quis p̄feretur?
147 ſol. Domi. in c. ſi a ſede. de præb. in 6. dicit
148 reſeruationem præualere: † quod eſt uerū, quanuis Ioan Andr. Panor. & Imo. contra. uide Phil. & Domi. ibi.

Quando cōcurrunt reſeruatiuus Papæ, & legati.

Trigeſimoquinto Q. legatus habet auctoritatem ſpecialem a Papa reſeruandi pro certa perſona, & ex nunc conferendi, concurrunt reſeruatiuus Papæ, & reſeruatiuus legati,
149 quis præferetur? † uidetur præferendus re-
250 ſeruatiuus Papę, † propter tex. in c. hi qui, de præb. in 6. Ego tamen credo locum eſſe pręrogatiuis:
151 † qm̄ ita receptus auctoritate le-
152 gati, dr̄ receptus auctoritate apoſtolica, † ex quo in quantum legatus, hoc non potuit, ideo tex. in d. c. his qui, ponderat quòd auctoritate apoſtolica unus ſit receptus, alius nō. Gō diſ. in hoc tract. fol. 16. col. 3.

Trigeſimoſexto, Q. an quando legatus poteſt reſeruare unum uel plura beneficia ad collationem quorumcunq; ſpectantia, posſit in eodem Epiſcopatu reſeruare quotcunque uo-
153 luerit? † Rota iudicauit poſſe tantū reſeruare ſecundum formā iuris cōmunis: quia aliàs cum ſuis reſeruationibus poſſet eneruare totā iuriſdictionem Epiſcopi. unde reſtingenda ad iura uulgata.

154 † Trigeſimoſeptimo, Q. quid ſi legatus eodē tempore reſeruat duas eccleſias, an in nullo ualeat, uel in una tantum? uidetur in pinguio-
155 ri, † c. ſi pluribus, de præben. in 6.

SVMMARIVM.

1 *LEGATI poteſtas in commendis beneficialibus.*
2 *Commendam, ad miniſtrationem & uiſitationem, ad inuicem differre.*
3 *De commenda obiter dictum etiam extra legati poteſtatem.*
4 *Præfecto eccleſiarum ſi quæ paſtore indigeant quos deputari contingat.*
5 *Commendatarium ſcilicet, Viſitatorem, Adminiſtratorem, & Iconomum.*
6 *Viſitatoris & Adminiſtratoris officium quale.*
7 *Iconomum ſi quando deputari contingat, & de onere ſibi iniuncto, & quale ſit illius miniſterium.*
8 *Commendatorem, & Viſitatorem eccleſijs uacātibus dari.*
9 *Commenda, quòd ſit depoſitū quoddam de beneficio uacan. apud aliquem idoneum, tam ratione temporalium, quàm ſpiritualium.*
10 *Commendare, quòd ſit deponere.*
11 *Commendam ſequeſtro ſimilem eſſe, & æquiparari, ut*

ri ut in pluribus.

12 *Iconomum deputari rebus ecclesiæ tantum.*

13 *Ecclesia si quæ uacans non sit, quòd aliter non commendetur.*

14 *Non item laicis, uel aliàs inhabilibus commendari ecclesiam, sed idoneo.*

15 *Commendatarium implere uices Prælati in temporalibus & spiritualibus.*

16 *Commenda si intelligatur esse titulus canonicus.*

17 *Commendam titulum esse, quem canones approbant & adstipulantur.*

18 *Prælatum dici, si quis beneficium canonice habuerit.*

19 *Canonicè habere duas ecclesias non permissum.*

20 *Limitatio si quando unam in titulum, & aliam in commendam habuerit.*

21 *Commendatarium dici ecclesiæ præsidere.*

22 *Communis opinio refertur.*

23 *Commendatarium non habere directum titulum ecclesiæ, qui faciat eum uerum Prælatum.*

24 *Canonicum administrationis titulum quem habere, à titulo beneficij longe differre.*

25 *Iconomum & Visitatorem habere legitimum titulum administrationis.*

26 *Beneficium, si quod uacare dicatur, durante commenda.*

27 *Beneficium uacans in curia, soli Papæ reseruatum reputari.*

28 *Commendatarium si extra curiam mori contingat, an beneficium intelligatur uacare in curia, uel extra.*

29 *Beneficium dũ cõmenda est, aliter non conferri.*

30 *Commendatarij morte, nouam uacationem induci, & infra, nume. 36.*

31 *Communior sententia in præmissis, quænam esse intelligatur.*

32 *Ecclesiam uacare, si quando prælatum non habuerit.*

33 *Auctoris opinio refertur.*

34 *Commenda perpetuo, quænam esse intelligatur.*

35 *Reseruatio præcedens, si quando per commẽdam subsequen. extinguatur.*

36 *Commendatarij morte nouum uacandi modum induci, & supra numero. 30.*

37 *Beneficij uacationem præsumi in loco, ubi sit qui beneficium possideat.*

38 *Commendatarium aliter non possidere dicimus.*

39 *Depositæ rei penes depositarium aliàs non esse, sed apud deponentem.*

40 *Commendatarij morte, non induci aliquem modum uacandi.*

41 *Verum priorem uacandi modum per illius obitum, qui possidebat, inductum, attendi dicimus.*

42 *Commendatarium prælatum non esse, cum nullũ ius habeat in re ipsa commendæ subiecta.*

43 *Commenda durante, tempus prouidendi cuiquã non currere.*

44 *Commendæ beneficium subijci, ad effectum ut de illo subinde alicui prouidendum sit.*

45 *Commendam prouisionis nomen sibi uindicari nõ posse.*

46 *Præparatoria data ad effectum potestatis alicuius, potestatem ipsam aliter non absorbere.*

47 *Commendam, quid præparatorium ad prouisionem esse.*

48 *Reseruatio, si quando resoluatur per commenda.*

49 *Commenda, quòd sit unus ex modis prouidendi alicui de beneficio.*

50 *Commendare, quòd non sit conferre.*

51 *Commenda si quãdo fiat ad uitam alicuius, quòd ecclesia aliter uacare non dicatur.*

52 *Reseruationem Papæ extingui per commendam perpetuam.*

53 *Commendas nostri temporis, collationi similes esse.*

54 *Lex si quando non potest capere directam nominationem, quòd accipiat indirectam priuilegiatam cùm effectu directæ.*

55 *Dominium si quod acquiratur ex præscriptione, cui lex eum non possit dare directum nomen, acceptat illud sub nomine utilis cum effectu directi.*

56 *Ratio assignatur ne aliàs offenderetur maiestas iurisconsulti.*

57 *Lex canonica, seu Roma. Pont. uolen. æquitate, uel necessitate suadente, prouidere alicui de pluribus ecclesiis, quam uiam sibi elegerint, & quo remedio usi sint.*

58 *Prouiden. respectu unius directe siquidem ac directo titulo, respectu alterius uero utiliter tantum, mutatis nominibus, effectu directi prælati remanente.*

59 *Actiones utilies à directis in quo differant.*

60 *Titulus utilis, antiquorum patrum, nõ modernorum inuentum.*

61 *Commendam, aliquando ueræ collationis locum sortiri, & tanquam ueram collationem diiudicari.*

62 *Quod agitur, non quod dicitur attenden. esse.*

63 *Nomina rebus siquidem imposita, non uerbis.*

64 *Commendatarium perpetuum spoliatum restitui.*

65 *Commendatarium perpetuum à prælato in aliquo non differre, pœnes quem etiam possessionẽ esse decimus.*

66 *Nec alius sit, qui possideat nisi ipse.*

67 *Adiectionem naturam rei non mutare.*

68 *Quod unus sit possessor, & alius depositarius capiat fructus, si quãdo depositum fit gratia depositarij, simul stare posse.*

69 *Commendam depositum esse.*

70 *Commendatarius quamuis perpetuus is sit, & fructus suos faciat, non propterea Dominum dici, nec possessorem.*

126 Commen-

126 *Commendatarium legitimum administratorem esse.*

127 *Successorem non teneri stare locationi ipsius commendatarij.*

128 *Si eadem ad modicum tempus fieri contigerit, & pro ipsius ecclesiæ utilitate.*

129 *Item etiam in locatione ad longum, si eadem ser uatis seruandis facta sit, etsi perpetuus commendatarius existat.*

130 *Commendatarius si præsentet clericos ad titulum ecclesiæ commendatæ.*

131 *Commendatarium legitimum fructuum distributorem esse.*

132 *Qui præsentat, quòd dicatur uti fructu.*

133 *Præsentationem fieri propter utilitatem ecclesiæ, in quam debent conuertere omnes fructus.*

134 *Commendatarius si possit præsentare ad ecclesiam uacan. quæ spectent ad præsentationem ecclesiæ commendatæ.*

135 *Quòdque utique possit, sustinetur.*

136 *Administratorem præsentare dicimus.*

137 *Commendatarius si quando posit præsentare aliquem promouendum ad titulum ecclesiæ suæ.*

138 *Commendatarius si beneficia conferre posit, & ualeat.*

139 *Collationem inter fructus numerari, qui seruando seruari non possunt propter periculum uacationis.*

140 *Commendatarius si faciat, & exequatur quæ sunt iurisdictionis, singe excommunicare, & alia id genus.*

141 *Commendatario perpetuo ad uitam si causarũ cognitio, & terminatio committi posit.*

142 *Commendatarium non differre ab eo, qui habet uerum titulum nisi ratione potentiæ retinendi.*

143 *Commendare beneficia quis posit.*

144 *Legatus si posit commendare ecclesiam parrochialem ultra sex menses.*

145 *Cardinales non ligari constitutione generali nisi exprimantur.*

146 *Legatum contra concilium aliter non dispensare.*

147 *Lex generalis si quando liget omnes.*

148 *Episcopus, uel legatus si posint commendare ecclesiam perpetuò, uel ad tempus.*

149 *Aliquem posse tenere duas ecclesias. unam in titulum, alteram uerò in commendam.*

150 *Inferiorem a Papa aliquem intitulare in duabus ecclesiis incompatibilibus, aliter non posse.*

151 *Itemque nullus alius à Principe potest alterare naturam rei à iure statutam.*

152 *Commendæ perpetuatione eius naturam alterari, cuius proprium est reuocabilem esse.*

153 *Perpetuò concessa, uel ad tempus commendata longe differre.*

154 *Legatus, & Episcopus, quòd posint commendare simpliciter.*

155 *Quòdque commenda huiusmodi naturam suam seruet, & reuocabilis existat.*

156 *Item quòd posit esse perpetua, si aliter non reuocetur.*

157 *Commendam dare alicui ad uitam irreuocabiliter, soli Papæ reseruatum.*

158 *Commendas ordinariorum ex causa tantum fieri.*

159 *Et rarò si quidem contingere, ut subsit causa dandi perpetuò.*

160 *Verum si subesset, posset dari, sed causa cessante reuocaretur.*

161 *Item per hoc commendæ naturam non mutari.*

162 *Commendatarium fructus suos non facere.*

163 *Quod in commenda Papæ secus est, cum effectum collationis sortiatur.*

164 *Episcopus si commendam prorogare posit, & ualeat ad aliud semestre.*

165 *Inferior ab Episcopo si commendet ecclesiam.*

166 *Dispositionem quorumcunque beneficiorum in diœcesi existentium ad episcopum spectare, & pertinere.*

167 *Collatio si quæ competat inferiori ex priuilegio, uel consuetudine.*

168 *Priuilegium, uel præscriptio dans ius conferendi, ius commendandi non dare.*

169 *Capitulum beneficium commendare non posse.*

170 *Episcopi negligentia ius commendandi ad capitulum deuolui.*

171 *Episcopo si daretur commendare posse, & collationem si quidem impedire permissum est ei, qui priuatiuè præscripsisset aduersum illum.*

172 *Commenda pendente collationem non fieri.*

173 *Commendare quòd spectat ad eum, ad quem & conferre.*

174 *Episcopum non commendare ea quæ ad alterius collationem spectẽt, nisi ut custodiatur & saluetur, donec collator prouidẽdum duxerit.*

175 *Legatus an commendet ecclesias collegiatas.*

176 *Legato non licere, non item episcopo, ecclesias collegiatas commendare.*

177 *Collegiatam ecclesiam deterioris conditionis non esse, quàm non collegiatam.*

178 *Auctoris opinionem legatum & episcopum collegiatas commendare posse, si quando electiuæ non sint.*

179 *Legatus si posit commendare Ecclesiam patronis neglectis.*

180 *Distinctio ad idem.*

181 *Episcopum patrono uocato commendare posse ad tempus, donec prouisio fiat.*

182 *Patrono præsentante idoneum in tempore suo,*

De potestate legati in commendando beneficia. †

1 COMMENDAE materia est ita confusè tradita in iure nostro, ut aliquotiens discerni nequeat propter æquiuocationem, quomodo commenda, administratio, & uisitatio, inuicem differunt, † ut ait Domi. in c. nemo. de ele. in 6. *De potesta te leg. in cõmendis.*
2

Quare hic obiter de commenda, etiam extra
3 legati potestatem,†aliquid attingemus.

Est igitur notandum, quatuor appellationi bus in iure nostro distingui personas eorum, qui preficiuntur curę animarũ non habentiũ

Quatuor genera præfectorũ ecclesiis non habentibus pastorem.

4 pastorem,†uidelicet commendatarius, uisita-
5 tor,administrator,Oeconomus.†¶De cõmẽdatario habemus tex.in c. qui plures. xxi.q.1. in c.dudum.de elec.& in c.si constiterit. de accusa.in c.nemo.de elect.in 6.ubi latè per doct. & per Franc. Paui. in tractatu de potest. cap. uac.sed.parte 2.q.3. in principio. ¶ De uisita
6 tore,& administratore † habemus tex. in c.obitum c.Catiniẽsis. 61.distin. & meliores tex.in c.is cui.de ele.in 6.& in c.ecclesia. de sup.negl. præla.co.li.¶ De Oeconomo,†latè Spe.in tit.

Oeconom'.

7 de his,qui ali.nom.in iud.inter. & per text. in c.cũ nos de offi.ordi.& in c.iudicatus.89.di.c. cũ simus.9.q.3.l. iubemus. C. de sacrosanctis ecclesijs. l.omnes C. de Episcopis, & Cler. & in plerisque aliis locis,quæ numerare non expedit de quo Oeconomo:quia datur tantũ ad gubernandum bona tẽporalia ecclesiæ, ut no. in d.l.iubemus.& in c.auaritiæ. de elect.& habet custodiam illarum rerum, etiam uiuente prælato,quamuis, eo mortuo, teneatur facere inuentarium omnium rerum ecclesiæ gratis.c. charitatem.12.q.2.ad hoc c.quoniam quidem 75.dist.hic non tractabimus:quia nihil ad rem nostram.Sed id admonuisse sat erit, legatum posse in his ea omnia, quæ potest Episcopus, ut sæpe repetitum est.

De commendatore igitur,uisitatore,atque administratore, qui propriè ecclesiis uacanti-
8 bus dantur,†& instar prælatorum habent,duo uerba faciam.

Commenda quid sit.

Quero primò,q̃d sit cõmenda?Sol.cõmẽda est depositum quoddam de beneficio uacante apud aliquem idoneum,tam ratione spiritua-
9 lium,quàm tẽporalium. † dixi depositũ: quia

Commendare est deponere.

10 commendare est deponere,† l.commendare. ff.de uer.sig.l.Lucius.ff.depos. & aliàs æquipa
11 ratur commenda sequestro,† secundùm Oldra.cons.166.ordinarius. ¶ De beneficio ad differentiam Oeconomi, qui nõ datur benefi

Oeconomus datur rebus.

12 cio,sed rebus uacante:†quia ecclesia non ua-
13 cans non commendatur,†ut per doct.in c.nemo.de elec.in 6.aliquem idoneum : quia non
14 cõmendantur laicis,nec inhabilibus,† ut in d.c.nemo.

Tam ratione spiritualium, quàm temporalium ut ostendatur,commendatarium imple-
15 re uices prælati:† de quo dicam in seq.q.

Commenda an sit tit. canonicus.

Quæro secũdò,an cõmẽda sit titulus canoni
16 cus,†ita,ut cõmendatarius possit dici p̃latus? & uidetur ipsum habere titulũ,& esse prælatũ, quod tenuit Bertran.de quo meminit Host.in d.c.dudum.& Lap.in c.nemo. ratio quòd commenda est titulus, quem canones approbant,
17 † d.c.dudũ.c.qui plures.21.q.1.in extrauag. clem.Si ex superne.de præben.

Ergo habens commẽdam dicitur prelatus, cum prælatus sit, qui beneficium canonicè ha
18 bet,† c.1.de re.iur.in 6. ad quod etiã pódero c.dudum.quando dicit,quòd nullus habet ca-
19 nonicè duas ecclesias,†nisi habeat unã in ti-
20 tulum,aliam in commendam:† ergo qui habet in commendam,canonicè habet. tamẽ ille tex.facit ad oppositum de titu.

Ad hanc partem est melior tex.in c.relatio. 21.q.1.ubi commendatarius dicitur præside-
21 re ecclesiæ:† prælatus autem non est aliud, nisi qui præsidet:igitur &c.

Communis opin.

22 Contrarium† uerò tenent gl.in c.si constiterit.de accusa.& in c.dudum.c.nemo, & communiter doct.Ratio,quia depositarius non est dominus,commendatarius est depositarius,ut in q.præcedenti:igitur &c.

Item, non habet titulum, ut probatur in c. dudum,& in c.qui plures.quando dicunt unã in titulum,alteram in commendam:ergo non est prælatus sine titulo.c.1.de regu.iur.in 6.& hoc expressè tenet Bal.in l.ex facto.C.de fidei commis.liber.

Dicendum est,commendatarium non habere directũ titulum ecclesię,qui faciat ipsum
23 uerum prælatum,†ut dicunt Arch. Domi.& alii in d.c.nemo.cũ p̃latus fiat ex legitima collatione.c.si tibi absenti.de præben. in 6. habet tamen canonicum administrationis titulum,
24 qui lõgè.differt à titulo beneficij, †ut inquit Car.in c. si cõstiterit:nam Oeconomus, & uisitator habent legitimum titulum administra-
25 tionis,† non tamen sequitur, quòd habeant titulum beneficij:& sic tolluntur cõtraria ista. tamen.q.melius examinabitur cum sequenti.

An beneficium uacet durante cõmenda.

Quæro tertiò,an,commenda permanẽte,ua
26 cet beneficium, † ita q̃ per obitũ cõmendatarii non inducatur nouus modus uacandi. exemplum, beneficiũ uacauit in curia, & cõsequẽter erat reseruatũ Papæ;Papa illud commẽ
27 dat,†commẽdatarius moritur extra curiam: an beneficium dicatur uacare in curia,uel ex-
28 tra?†sol.Lap.in addi.ad Fede.q.15.in trac.de rerum permut.tenet beneficium non uacare; quia commenda est titulus canonicus, ut in præcedenti.Item,quia dum commenda est,cõ
29 ferri non potest,†secundùm Hosti.in d.c.dudum:ergo non uacat, & consequenter per obitum commendatarii inducitur noua uacatio.
30 Contrariam † partem tenent Fede.in alleg. trac.q.15.Domi.in c.nemo.& in cons.8. Car. in c.si constiterit,& eorum opin. est commu-
31 nior.†

Communis opin.

Ratione mouentur.ecclesia dicitur uacare,
32 cùm prælatum non habet.†c.ne pro defectu. de

de elec.glo.in cle.j.ut lit.pen.ecclesia cōmendata non habet prælatum, ut supra cōclusum est: & probatur in c. si constiterit: igitur &c. Item,quia aut commendatarius habet titulū, & non est commēdatarius.c.dudū. c.q plures. aut non habet titulum,& non est prælatus. & cum ista opinione tanquam ueriori transeo,
33 † cū prælatus debeat esse perpetuus c.priscis 50.di.& commenda sit reuocabilis , & temporaria d.c. nemo. sed. q. sequens omnia explanabit.

Quid de cōmendis perpetuis.

Quærit quartò, q d ei it dicēdū de cōmēdis, quæ hodie fiunt per sedem apostolicam ad ui
34 tam commendatarij †an per commendas hu
35 iusmodi extinguatur reser. præcedens , † ita quòd per obitum commendatarij inducatur
36 nouus modus uacandi? † sol.Roma.in cons. 350.in casu propositæ q.tenet, beneficium interim uacare,& reseruationem priorem durare . Idem dicit Collect. in c.si constiterit. obseruare Roma.curiam.& hoc uidetur de mente Phil.& aliorum in d.c. nemo. quando indistinctè dicunt priorem reseruationem durare, non distinguentes,an commenda sit perpe-
37 tua,uel temporalis.rationes istorum. † Vacatio beneficij fing. esse in loco, ubi est qui possidet beneficium cle. 1.ut lit.penden.commen
38 datarius autem non possidet:†quia possessio rei depositæ non est apud depositarium, sed
39 apud deponentem.†l. rei commodatæ.ff. deposi.ergo per obitum commendatarij non di
40 citur induci aliquis modus uacādi,† sed attēditur ille prior modus inductus per obitum
41 eius,qui possidebat.†

Secundo,commendatarius nō est prelatus:
42 quia non habet ius in re.† ut no.per Inno. in d.c. si constiterit. ergo per eius obitum non uacat.

Tertio, quia, tempore commendæ nō cur-
43 rit tempus prouidendi,†cum commenda fiat
44 ad effectum ut prouideatur, † ut tradunt oēs in c.dudum,& in c.nemo.ergo ipsa commen-
45 da non est prouisio,† ne dicamus etiam operari contrarios effectus l. legata innutiliter.ff. de adim.leg.

Quarto, præparatoria,data ad effectum potestatis alicuius, ipsam potestatem non absor-
46 bent,†no.in c.in causis.de elect. commenda
47 est præparatoria ad prouisionē: † igitur etc.

Quinto , Domi.in c.nemo.in 2.col.de elec. in fi.quantum ad articulum reseruationis distinguit:quia,aut Papa reseruauit ordinationi,seu dispositioni suę:& per cōmēdam extin
48 guitur talis reseruatio: † qm̄ commenda est
49 unus modus prouidendi:† aut uero reseruatio erat facta collationi,& tūc secus: quia emē
50 dare non est conferre.† istam distinct. impugnat Roma.per rationes prædictas.

Tertiam opi. quòd immo cōmenda hodie. sit prouisio,quando fit ad uitam,& consequē- *Tertia opi.*
51 ter ecclesia non dicat uacare,† tenet Rot. in deci.244.in anti & B.sg. deci. 1.in tit. de præ ben.dicens reseruationem Papæ, extingui per
52 cōmendam perpetuam:† & Troia.de maluit. in quodam suo tractatulo impresso post tract. de sorte Fed. post Cōpost.in tract. de permut. q.15.& Collect.in c. si constiterit,in fi.dicens hanc opi.ueram,saltim ex æquitate; ne uideatur imposita lex uerbis; est de mente Alexan. in c.cum autem.col.7.44.distin.& in c.si quis 58.distin.quando dicit commendas nostri temporis esse similes collationi. idem tenet Imo. in c.fin.in 5.col.uer. quarto quæro,de re.per-
53 muta.† & ego istam op.sequor hac ratione.

Quādo lex non potest capere s. directam, capit in directam.

Vbicunque enim lex dat eundem effectum rei,cui ob alicuius termini repugnantiam nō potest dare directam nominationem , accipit indirectam priuilegiatam cum effectu dire-
54 ctæ. † patet in dominio, quod acquiritur ex præscriptione,cui lex non ualens dare directū nomen , acceptat illud sub nomine utilis cum
55 effectu directi,†ne cōfundat maiestatem iu-
56 ris.† Bar.quem omnes sequuntur in l.si quis ui.in.§ differentia.ff.de acqui.re.do.quod etiā patet discurrendo omnem materiam actionū, & interdictorum in iure ciuili. lex igitur canonica,seu Rom.Pont.uolētes ęquitate,uel necessitate suadente, prouidere alicui de pluri-
57 bus ecclesiis, † & uidentes antiquas patrum institutiones obuiare;inuenere uiam , qua patrum appellationibus saluis, aliquem duarum ecclesiarum prelatum facerent, in una directe directo titu. institutum : in altera utiliter tantū mutatis nominibus, effectu directi præ
58 lati remanente,† qualis solet ēt communiter utilium actionum natura, ut quod ad effectū
59 attinet, a directis non differat.†l. actio,ubi Bar.ff.de neg.gest.l. si duo.ff. de solut. qui tamen utilis titulus non est modernorum inuē
60 tum,sed antiquorum patrum , † ut est casus in d.c.relatio.cum c.seq.21.q.1.& seruit hodie nedum his , qui duas ecclesias habere uolunt, sed & si quis alioquin inhabilis unam,ut si religioso ueniat secularis ecclesia committenda.

Ad hoc facit:quia licet iste modus prouidēdi uocetur commenda:tamen,quia concedens exprimit effectus ueri tituli,dum uult cū posse illa , quę potest habens collationem ueram, in effectu indicabitur collatio non commen-
61 da†.l.ubi ita donatum.ff.de donat. cau. mor. Abba.in c.3. de pręcari. Cum attēdatur quod
62 geritur, non quod dicitur.†l. labeo.§.idem Tubero.ff.de Suppellec. leg. & nomina sint *Attēditur quod geritur.*
63 imposita rebus & non uerbis.†c. intelligentia,de uerb.signi.& ista etiā op. uidetur fuisse

de

de mente Ana. in c. Si constiterit, quando di-
cit ꝙ commen datarius perpetuus spoliatus re
64 stituetur. † hanc partem sequitur gl. pragm.
de elect. in uer. causa in fi. de elec. fol. 45. dicēs
reseruationem expirare per huiusmodi com-
mendam.

Ad primum arg. dic illud esse falsum, cum
immo poss. sit penes cōmendatarium perpe-
tuum, cum omnia expediat, & in nullo diffe-
65 rat a prælato † ut supra dictum est: nec alius
66 sit qui possideat nisi ipse. † unde. arg. proce-
dit quando commenda staret in terminis com-
mendæ. Et si instares, adiectio non mutat natu
67 ram rei. † respond. l. pediculis. §. labeo. ff. de
aur. & arg. leg. Respondeo, illud esse uerum in
adiectione, quæ non mutat naturam rei: aliàs
secus. d. l. ubi ita donatum.

Arg. Romani.

Sed adhuc instat Rom. quòd ista stant si-
mul, quòd unus sit possessor, & alius etiam de
positarius capiat fructus, quando depositum
68 sit gratia depositarij † Sponsaliorum. §. qui
pecuniam. ff. deposi. Cū igitur cōmenda sit de-
69 positum, † quamuis commendatarius sit per-
petuus, & faciat fructus suos, ex quo fit in eius
utilitatem: tamen non dicetur dominus, nec
70 possessor, † cū causa fructuum & poss. sint di-
71 uersa † l. permisceri in fi. ff. de acqui. poss. ad
hoc. l. Si tibi concesso. de præb. in 6. c. Si pro-
pter. de rescrip. eo lib.

Respondeo ad rationes Rom.

At dicas omnia ista esse uana: & primo,
72 est falsum † quòd depositarius aliquo casu
73 lucretur fructus rei depositatæ: † quoniam
tunc de necessitate commodatum uel præca-
74 rium, † secundum Hostié. in sum. de commo.
& dep. Ad. §. qui pecunia, dic quòd ille est ca-
sus excedens notissimos terminos depositi,
75 † ut dicit text. in l. lutius. ff. eo. tit. tunc enim
dominiū & pos. rei depositatæ transit in depo-
76 tarium contra naturam depositi, † vt ibi di-
cit gloss. quare ibi potius probatur conclu.
nostra.

Et inquantum dicitur, quòd poss. potest es-
77 se apud unum poss. apud alium fructus, † est
uerum, quando aliàs extaret directus dominus
& poss. fructibus apud alium remanentibus.
secus quando non est alius habens titulum, ut
in casu nostro. & per hæc respondeo ad. l. quis-
quis & l. si quis argentum. C. de donat.

Et quòd istud arg. sit falsum, apparet: nam
penes quem erit poss. huius beneficij? si dixe-
78 ris apud cōmendantem † de facto non est ue
rum: quia neque ciuilem, neque naturalem ha
79 bet. † Item etiam sequeretur, quòd per mor-
tem papę commendantis, induceretur noua ua
80 catio beneficij † postquam ex argu. constat
modum uacationis induci ex persona poss.

Item falsitas arg. conuincitur ex mente pa
pę commendantis: quia vult ipsum percipere
81 fructus † & tenere, sicut si haberet titulo col
lationis. n. habens titulū collationis, habet poss.
igitur & c. & ideo si spoliaretur, daretur restitu
tio secundum Ana. in d. c. si constiterit.

Ad secundum, dic esse falsum: quia primo
est prælatus, & habet ius in re, per præmissa.

Ad tertium, dic quòd commenda perpetua
non fit ut prouideatur alteri, sed illi, cui com-
82 mendatur: † quia datur cum omni modo ef-
83 fectu collationis: † nec in hoc constat de ali
qua mente papæ in contrarium, quamuis di-
cat se commendare: quoniam elegit hanc uiā,
ut saluaret patrum appellationes.

Ad quartum similiter patet responsio ex p̄-
dictis. unde concluditur, quòd reseruatio pri
84 ma extinguitur. †

Verum aduerte, quòd stante opin. prima,
quam uidetur tenere curia, quòd per commen
dam etiam perpetuam non dicatur prouisum
85 ecclesiæ, † frustra quæritur, an prima reserua
tio duret: quoniam omnino beneficium erit
reseruatum ex ui commendæ. Nam quando
papa apponit manum beneficio, ligatæ sunt
inferiorum manus, donec plene prouiderit
86 † c. ut nostrum. & ibi doct. de appel. cogita.

An reg. de triennali poss. habeat locum in cō mēdatario.

Quinto, quæritur, An reg. de non mole-
stando eo, qui beneficium triennio pacificè
87 possedit, habeat locum in cōmendatario † pa
cifico possessore per triennium? Sol. retenta
opi. quam firmaui, quòd cōmenda sit titulus,
hodie & commendatarius dicatur prouisus,
88 † uidetur dicēdum etiā cōmendatarios defen
di illa regu. Sed contra hoc opp. quòd illa reg.
89 est exorbitans à iure communi, † quod non
90 admittit tam breuem præscriptionem. † Itē,
91 ut pœnalis: quia aufert ius suum habenti. † &
illa reg. loquitur in titulo, qui habetur per ele-
ctionem, confirmationem, præsentationem,
92 aut collationē: † & non loquitur de illo, q hr̄
93 p commendam: † ergo nō debet trahi ad illū
casum: quia constitutio odiosa & pœnalis nun
quam extenditur, etiam per rationis idempti-
94 tatem † ut per Ant. Imo. & Card. in clem. 1. de
rescrip. cum potius attendatur quod exprimi-
tur l. nominis. ff. de uerbor. significa. eandem
Theo. ponit Imo. in cle. 1. de elect. & in clem.
auditor, ubi ēt Card. de rescrip. dicentes, hoc
procedere, etiam si ratio esset expressa. ad hoc
glo. in cle. ut hi qui. in uer. in eisdem. de elect.
95 quæ dicit tunc non fieri extensionem † de si
gnificatione stricta ad largam. Accedit Theor.
Card. in d. clem. auditor. dicentis, quòd quan-
do constitutio est breuis, omnia uerba censen
96 tur posita cum ministerio, † ut nunquam fiat
97 extensio. † Si quis tamen uellet saluare pri-
mam opin. posset dicere quòd illa reg. est facta
98 in fauorem possidentis: † & cum per omnia
sit exęquatus commēdatarius perpetuus, col-
latiuo

99 latiuo debet intelligi æqualiter, † tum per
regulam Oldra. tum propter regularem æqui-
parationem: & hoc in terminis firmat gloss. in
constit. pragm. in titulo de pacifico poss. in 2.
car. in fin.

An reg. de annali poss. habeat locū in commendatario.

Sexto quæritur. An reg. de annali poss. non
molestando, ubi fiat mentio. &c. habeat locum
100 in commendatario perpetuo? † Sol. habet
locum: quia generaliter loquitur de non mo-
lestando poss. annali pacifico: commendata-
rius posśidet. ergo &c.

Itē, an reg. requirens consensum Cardinaliū in uacantibus per obitum familiarium suorum.

Septimo quæritur. An reg. quæ vult, ꝙ be-
neficia uacantia per obitum familiarium cardi
nalium, non posśint impetrari sine expreśsio-
ne familiaritatis, & consensu Cardinalium, ha
beat locum in beneficijs, quæ familiares mo-
101 rientes tenebant in commendam? † Sol. ꝓ-
cedit in commēda perpetua sicut in alijs: quia
par ratio per proximè dicta: & ita sæpius iu-
dicauit Rota, quamuis in contrarium extet
quoddam consilium Io. Bapt. Cat. inci. Reue-
rende pater, circa resolutionem. & mouetur:
quia Reg. quæ requirit consensum Cardina-
lium, est exorbitans, cum collatio debeat esse li
bera penes papam. ideo strictè accipienda. un-
de cum Reg. loquatur de beneficio, quod obti
nebat familiaris Cardinalis: & in quo ius habe
bat: ius autem habere propriè non intelligi-
tur nisi q habet titulum: ergo &c. Tu tamen
sequere primum: quia eius fundamenta cor-
ruunt ex præmisśis.

Quæritur, quid de reg. de uerisimili notitia,
an hēat locū in eo, qui impetrat per cessationē
102 commendæ? † Et dicendum habere locum,
tenendo opin. quam firmaui in materia com-
mendæ. sed tenenda opin. curiæ, res est ualde
dubia, tum propterea quòd regula ista deuiat
a iure communi: tum ꝙ est pœnalis saltem lar
ge inquantum irritat collat. Ego tamen sem-
per dicerem habere locum, propterea ꝙ est
omnimoda ratio: & idem periculum fraudis.

Itē an reg. de infirmis resignantibus.

Octauo quæritur. An reg. de infirmis resi-
gnantibus habeat locum in commendatario
103 resignante? † Sol. si tenemus op. curiæ, quòd
existente commenda, prima uacatio duret, &
beneficium remanet affectum. Reg. non pôt
habere locum: quia beneficium non potest di
ci uacare per obitum hoc casu, ex quo durat
prior uacatio. Si tenemus aliam opi. quæ est
uerior, quòd commenda sit uerus titulus, regu
la habebit locum: de qua reg. dixi aliquid supe-
riori li. & audio. q. hanc aliàs agitatam in Ro-
ta, & dominos fuisse diuersos, etiam præsuppo
sita opin. curię pro uera, his qui stabāt ꝓ affir
matiua, dicentibus rationē illius reg. habere lo
cum in commenda: igitur attendenda mens. l.
si inuenditione. ff. com. prædi. quum etiam
in correct. fiat extensio ex omnimoda ratio-
104 ne † secundum Bar. & Alex. in l. si constan-
te. ff. solut. mat. Alijs negantibus extensionem
fieri in correctorijs, etiam ex maioritate ratio-
105 nis: † pro quibus me remitto ad ea, quæ dixi
106 in tract. extens. †

An commēda fiat minoribus 25 annis.

Nono quæritur, an sicut monasteria & di-
gnitates non possunt conferri minoribus 25.
107 annis † ita non posśint commendari? † Et
108 uidetur dicendum posse: quia commenda
est titulus, qui facilius datur ex usu curie q̄ ti-
109 tulus directus: quia † minoribus. xviij. an-
nis beneficia curata commendantur, deinde
110 danturt in titulū. Item de hoc uidetur casus
à speciali in c. nemo. Existimo tamen opposi-
tum, cum cōmenda nostri temporis sit titulus,
111 † ut supra dixi, immo regulariter maior ido
neitas requiritur in commendatario, quàm
112 in habente titulum, † secundum glo. quam
sequuntur doct in c. nemo. de elec. in 6. & ibi
Philip. in uet. colla. ad materiā, uide Abb. in c.
fi. uer. 3. q. de elec. egro.

An beneficia commendata permutari posśint.

Decimo quæro, an beneficia commendata
113 permutari posśint? † Sol. Fed. de Se. in q. 15.
in tract. de permut. tenuit posse: quia commen
da erat canonicus titulus: & ego aliàs idem te
114 nui, in rep. c. 1. de re. permut. † quā opi. nūc
sequor in commendis perpetuis, propter ratio
nes, quas dixi. Curia tamen obseruat contra-
rium, & non dat literas permutat. quando be-
neficia sunt commendata: quia ad hoc ut pro-
cedat permutatio, oportet ꝙ beneficia uere ua
cent, & uere conferantur. quod non est per di-
miśsionem commendæ. hoc tenent Collec. &
Egi. in tract. de permut. benefi. parte. 3. q. 5. ni
si papa dicat quòd faciat iure permutat. ut ibi
per eum. illud tamen quod supra dixi, tenuit
etiam Imo. in c. fi. de rerum permutat. secutus
Feder. ubi supra.

Decimoprimo quęritur, an reg. de idioma-
115 te, habeat locum in cōmenda? † & dicendū
habere locum: quia est eadem ratio penitus in
his comendis perpetuis.

An commēdatarius faciat fructus suos.

Decisimosecundo, an cōmendatarius faciat
116 fructus suos? † Sol. non facit: quia est admi-
nistrator. gloss. & doct. in c. nemo. & in c.
dudum.

Fall. primo, quando commendatarius deser
117 uiret ecclesiæ commendatæ: † quoniam po-
118 test uiuere ex fructibus † illius. c. cum secū-
dum. de prȩben. c. cum non deceat. de elect. mi
nistrorum enim expensa in primis deducen-
119 da † Archid. in c. qui plures. tenet hanc li-
mit. dicens ex ea apparere, quòd commenda
120 non sequitur ex toto naturam depositi, † est
de mente omnium in d. c. nemo. & in c. dudū.

Fallit secundo, In commendatariis perpe-
121 tuis hodierni temporis: † quia cum sint
utiliter prȩlati, ꝑcipient omnes fructus; dedu-
ctis

ctis tamen expensis ministrorum,& seruata de
122 bita hospitalitate. † argu.in c. de monachis. de prebend.ubi Abb. acerrime inuehens contra dominos Card. & alios habentes ecclesias commendatas,mutantes statum earum, & tol
123 lentes debitam hospitalitatem. † de quo ui de Inn in c.in Lateranensi.de præb.Pet.de Peru.in tract.quartæ cau.c.1. in fi. per Abb.in c. querelam.de elect.

Fallit tertio, quando commendatarius expendidisset pro reparatione, aut alijs necessi-
124 tatibus ecclesiæ, † ut per doct.in c.de multa. de præben.

An commẽdatarius locet redditus ecclesiæ

Decimotertio quæritur, an commendata-
125 rius possit locare redditus ecclesiæ? † Respon. posse: quia est legitimus administrator
126 † secundum doc.in c. nemo. Cal. cons. 8.titulo de loc. non posset tamen obligare succes-
127 sorem,† secundum Domi.in c.nemo.quod non credo uerum,quando locaret ad modicum
128 tẽpus,& pro utilitate ecclesię.† ar.c. Si is q, de elect.in 6.& c.ecclesia.de sup.neg.prçla.Itẽ
129 in locationibus ad longum tempus, † quando seruarentur ea,de quibus in const.Pau.ambitiose maximè quando sunt perpetui. de quo uide Alex.in sum. 1.q.3.col.2.uer.& per prędicta.

An commẽdatarius p̃sentet clericos ad titulũ ecclesiæ cõmẽdatæ.

Deceimoquarto quæritur, an commẽdatarius possit præsentare clericos ad titulum ec-
130 clesiæ commendatę? † Sol. vnic. quem refert Archid. in d.c.qui plures. tenuit non posse.Archi.tamẽ & Domi.in c.nemo.tenent contra:quia commendatarius est legitimus distri-
131 butor fructuum:† & qui præsentat, dicitur
132 uti fructu. † c.consultationibus de iur.pat. & hoc: quia præsentatio fit propter utilitatem
133 ecclesiæ, † in quam debent conuertere omnes fructus.ad hoc c. exanimata de iudi. ubi se quester præsentat.

Ista q.potest intelligi dupliciter, an commẽdatarius possit præsentare ad ecclesiam uacantem, quę spectet ad præsentationem ecclesiæ
134 commendatæ: † & tunc potest sine dubio
135 per rationes Archid. † Nam administrator
136 præsentat.†ui.Henr.in c.quod autem.de iu. pat.doct. in c. cum Bertoldus, de re iudic. sed q. proposita non uidetur habere istum sensum.

Secũdo igitur, intelligi potest,an commendatarius possit præsentare aliquem promouen
137 dum ad titulum ecclesiæ suæ † iuxta ea,quę habentur in c.postulasti.de iur.pat.& in c.per tuas.libro ultimo.de simo. Abb. in c.conquerente de cler.nõ resi.ubi qui ita præsentat,obligat ecclesiam ad expensas præsentato.hoc casu credo quòd non possit fieri ista præsentatio, nisi per commendatarium perpetuum, & si ecclesia indiguerit ministris, practicabitur c. uacante, de præbendis.

Commendatarius an conferat.

Decimoquinto quæritur, an commendata-
138 rius possit conferre beneficia? † Dicendũ est posse,siue perpetuus, siue non : cum collatio numeretur inter fructus c.cum olim,de maio.& obe.& maxime,quia non conferendo, periret.c.nulla. de concess. pręb. ita tenet Archi. in c.nemo.Sed op.de.c.ecclesiæ.de sup.neg.pl. uerum illud speciale,& non loquitur in cõmendatario. Nam cum commendatarius percipiat fructus : & collatio numeretur inter fructus, qui seruando seruari non possunt propter peri
139 culum uacationis. † c.1. in fi. ne se.ua.in 6. Oldra.in consi. 20. ista tamen ratio claudicat: quia capitulum propter hoc non confert, sed alia ratione.

An faciat ea quæ sunt iurisdictionis.

Decimosexto quæritur,an possit excommunicare & facere alia, quæ sunt iurisdictionis?
140 † Sol.potest: quia ista computantur in fructibus,aut in c.querelam.de elect.

Quęritur an causę comitti possint commẽ
141 datario perpetuo † ad uitam,ut supra?Dicẽdũ est posse propter præmissa, cum non differat ab eo,qui habet uerum titulum, nisi ratio-
142 ne potentię retinendi.† Attñ si teneamus opi.curiæ secus erit,ut tenet Coment. practicæ Cancellar. in Rubr. de iudicibus,& eorum ordin.

An commẽdet beneficia.

Decimoseptimo quęritur,quis possit com-
143 mendare beneficia? † Sol. de papa non est dubium:de episcopo est tex.in c.nemo. per quẽ apparet quòd tanto magis legatus, præcipuè quia passim conceditur, & non reperitur qđ casus sit reseruatus papæ:

An commẽdet parrochialem ultra sex menses.

Decimooctauo quæritur, an legatus possit cõmmendare ecclesiam parrochialem ultra sex
144 menses? † Et uidetur posse:quoniam generalis dispositio. c. nemo. non ligat Cardinales secundum Io.Mon.in c.1. de Schism. in 6.quãdo uoluit Cardinales non ligari constitutione
145 generali,nisi exprimantur. † In contrarium tamen se habet ueritas,ut per Io.An.& Dom. in c. Nemo.propter generalitatem illius text. qui est concilij, contra quod non dispensat le-
146 gatus, † ut dicetur loco suo. Ad dictum Io. Mon.dic,non esse uerum, nisi quando daretur ratio specialitatis.cum lex generalis liget om-
147 nes. † & etiam si ecclesiæ utilitas suaderet commendam,idem est propter illum tex.

An commẽdet perpetuo, uel ad uitam.

Decimonono q̃ritur,an episcopus uel legatus possint commendare ecclesiam perpetuo,
145 uel ad uitam † alicuius? Et uidetur posse.id probat.c.nemo à speciali. Si enim prohibet cõmendã ecclesiarũ parrochialium ultra sex menses : ergo in alijs remanebit libera potestas ẽt ad uitam, ex quo nullum tempus est determinatum.l. de pretio. ff. de public. quod sentire uidetur qui dicunt aliquem posse tenere duas ecclesias :

ecclesias: unam in titulum: alteram incômen
149 dam, †& non dicunt de uno tempore plusquàm alio.

At contra arg. commenda perpetua est titulus, ut dictum est. & inferior Papa, non potest aliquem intitulare in duabus ecclesiis incom
150 patibilibus, †c. de multa. de præbend. igitur &c.

Item, nullus alius à principe potest alterare
151 naturam rei à iure statutam, †c. quod super his. de maio. & obe. per commendæ perpetuationem alteratur natura eius, quæ est ut sit re
152 uocabilis: †igitur &c.

Item, pon. tex. in c. si constiterit. In quantũ dicit, non perpetuo concessa, sed ad tempus
153 commendata. †ubi perpetua concessio assignatur per modum differentiæ ad commendam.

Respon. ad hæc, quòd legatus, & Episcopus
154 poterunt commendare simpliciter: †& talis commenda, ut naturam suam seruet, erit re
155 uocabilis. †sed tamen poterit esse perpetua,
156 si non reuocetur. †ut aliàs dicitur de Vicario Episcopi per doct. in c. quoniam Abbas. de offi. de leg. & in c. de multa. de præben. irreuocabiliter autem dare alicui ad uitam con
157 ceditur soli Papæ: †quia commẽdæ ordina
158 riorum fiunt cum cã tantum. †& raro est
159 ut subsit cã dandi perpetuo, †quæ etiam si subesset, posset dari: sed cã deinde cessante, re
160 uocaretur. †& per hoc non mutat naturam
161 commendæ, †& maxime, quia non facit fru
162 ctus suos †secus in commenda Papæ, quæ
163 in effectu est collatio, †tamen Inno. & Ancha. in d. c. si constiterit. dicunt quòd semper fiet ad tempus. Papa ad uitam irreuocabiliter. Collect. in d. c. si constiterit. uide Alexan. in c. si quis. col. 3. 58. di.

An episcopus proroget commẽdam.

Vigesimo quæro, an Episcopus finito semestri possit prorogare commẽdam ecclesiæ par
164 rochialis ad aliud semestre? †credo non posse, ne fiat fraus. c. nemo ad hoc. c. commissa. de elec. c. quanto, de diuor. Tu tamen uide Bal. in consi. si in 5. uolu. & in Apost. ad Alexã. in l. cautioni, in 2. col. ff. de dam. infer. ubi remisi multa, pro enodatione huius q.

An inferior episcopo commẽdet.

Vigesimoprimo quæro, an inferior Episco
165 po commendare possit? †Domi. & alii communiter in c. nemo. tenent nõ posse, rõ q. a dispositiõ omnium beneficiorum in diocesi per
166 tinet ad Episcopum, †c. nouerint. x. q. i. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. si autẽ inferiori competit collatio, illud est consuetudine uel priuilegio:
167 †ergo priuilegium, uel præscriptio, dans ius conferendi, non dabit ius commendandi:
168 †quia tantum præscriptum, quantum possessum. & ideò Cal. & Ioan. And. in. c. cum ex iniuncto. de hæret. dicunt eum, qui præscripsit institutionem, non posse destituere: & quæ a iure communi exorbitant &c. & hæc est sententia docto. in c. si constiterit. ex quo inferunt quòd capitulum non poterit cõmen
169 dare beneficium, † quamuis per Episcopi
170 negligentiam sit ad ipsum deuolutum. †

Capitulum non cõmendat.

Sed aduerte, quia si Episcopus posset commendare, facile posset impedire collationem eius, qui priuatiue præscripsisset aduersus il
171 lum, † cum commenda pendente non fiat collatio, ut dicetur infra. Item si ad istum spectat prouisio, & commenda est ad faciliorem
172 prouisionem, ut dicunt omnes, † certe ad eum spectabit commendare ad quem spectat
173 conferre, †ar. c. præterea, de offi. delega. Et maxime, quia non est lex, quæ hoc reseruet Episcopo: & tex. in c. nemo. in generalitate sua innuat, hoc officium multis competere. Tene tamen primam de materia in q. 22. & ad rationes oppo. dic quòd Episcopus non commendabit ea, quæ spectant ad collationes alterius nisi ut custodiatur, & saluetur donec col
174 lator prouideat. †

Legatus an cõmẽdet ecclesias collegiatas.

Vigesimosecundo quæro, an legatus possit commendare ecclesiam, collegiatam par
175 rochialem ultra sex mẽses? † Phil. & Domi. negant posse propter generalem prohibitionem. c. pen. hoc titulo in 6. uolunt tamen hoc licere Episcopo: quia prohibitio. c. nemo. loquens simpliciter de parrochialibus, nõ comprehendit collegiatas parrochiales. c. statutum de elec. in 6. Ancha. in c. nemo, asserit non licere neque Episcopo, neque legato, eas com
176 mendare: †quia etiam collegiata non debet esse deterioris conditionis quàm non col
177 legiata, †Ego credo, & legatum, & Episcopum posse commendare ex causa, quando non
178 sunt electiue: †quia c. nemo, cum exorbitet, debet restringi iuxta formam c. statutum. & dico legatum posse commendare: quia potest de talibus etiam disponere, ut declaraui supra libro 3. q. 5. ita tenent Archi. & Ioan. And. in d. c. nemo.

An legatus commendet neglectis patronis.

Vigesimotertio quæro, an legatus possit cõ
179 mendare ecclesiam patronis neglectis? † Sol. aut sunt ecclesiastici, & potest: quia ipsis inuitis disponit c. Cum dilectus, de iure patrona. aut sunt laici, & talis, quibus non potest derogare: & non poterit ipsis non uo
180 catis commendare: † etsi commendat, commenda uenit retractanda. Hostien. in c. dudum. gloss. & docto. in c. nemo. Cardi. in c. si constiterit. ad hoc. c. filiis 16. q. 7. c. ad hoc. §. fi. de offic. Archi. l. nam ita. ff. de adopt. Ex quibus collige, quòd cum causa etiam Episcopus, patrono uocato, poterit commendare ad tempus, donec fiat bona proui
181 sio. †

Sed aduerte, ꝙ si patronus pñsentat idoneũ
in tempore suo, uenit necessario instituendus.
182 †unde non est locus commendæ. si non præ
sentat, collatio libera deuoluitur, quorsum uo
candi sunt patroni. uide igitur si prædicta sint
restringenda. de materia ista, an legatus, negle
ctis patronis, possit commendare, permutare
183 & instituere, †uide Roc. in tract. de iure pa-
tro. in uersi. honorificum. in. 3. q.

An in commendis possit derogari patronis per legatũ.

Vigesimoquarto quæro, an legatus, qui ha-
bet facultatem commendandi beneficia ad ui-
184 tam, perinde ac si essent collata, † possit id
facere derogando patronis? Sol. eo casu, quo
potest conferre, ipsis inuitis, potest etiam cõ-
mendare. de quo uide lib. 3. supra, in materia
collationum.

An currat tempus ad præsentãdũ pendente cõmenda.

Vigesimoquinto quæro, an pendente com
menda, temporali patrono currat tempus ad
185 præsentandum? † & uidetur nõ currere, per
ea, quæ dicã in q. seq. quod est uerum: quia ẽt
si commenda esset nulla, patronus non eligit,
nisi ea cassata. Hosti. in c. dudum, loquens de
commenda Episcopi, patrono neglecto, facta:
& ibi. Ioa. And. moti: quia ordinarius habet in
tentionem fundatam, ar. in c. quia diuersitatẽ
c. literas. c. cum nostris. de concess. præbend. c.
auditis. c. cõsiderauimus. de elec. c. interdictos.
§. pen. de excess. prę la. Et hoc uerum, si fiat, pa-
trono neglecto. secus si contra formam c. ne-
mo. quia statim lapso semestri, præsentat pa-
tronus, secundum Archi. in c. nemo.

An pendente commenda tẽporali currat tempus conferendi.

Vigesimosexto quæro, an pendente com-
menda Episcopali, currat ordinario tempus
186 conferendi, † ita ut lapso illo, collatio deuol
uatur? Sol. uidetur deuolui: quia, Episcopo ne
gligente per sex menses conferre beneficium
187 uacans, collatio deuoluitur ad alium, † c. 2.
de conc. præben. sed beneficium commenda-
tum uacat: ergo &c.

Item, si diceremus contrarium, esset in po-
testate collatoris annihilare dispensationem
illius concilii: quia semper commendaret, ne
deuolutio fieret.

Credo contrarium: quia tempus non currit
188 legitime impedito, † ut tenent glos. & doc.
in d. c. 2. & glo. in c. fi. de elec. pendente autem
commenda, no potest fieri collatio. igitur &c.

Item, communis opi. in. c. nemo, est quòd
possessio beneficii remaneat apud commen-
189 dantẽ. † si curreret hoc tempus, eo elapso
190 non esset apud eum: igitur &c. †

Item quomodo uerificaretur potestas com
mendandi ad sex menses data Episcopo in c.
nemo. si potestas conferendi per id spatiũ ela-
beretur: deteriores enim conditionis esset Epi
scopus, qui ex iusta causa commendaret, q̃ il-
le, qui non commendaret, & sic iuris cõcessio
ne utens, illuderetur, contra tex. in cle. 1. de
rerum permut. Pone enim ꝙ secũdo mense ua
cationis Episcopus commendet, non poterit
conferre, donec commenda duret. Rot. in deci.
27. in anti. nam licet uacet, tamen non est li-
berum. ideo conferri non potest, ut per doc. in
c. si tibi absenti, de præb. in 6. uide Inno. in c.
si constiterit. dicentẽ commendam non posse
191 fieri, nisi collatore citato: † tamen si fiat, &
non citetur, non poterit interim conferre, sed
192 ueniet prius reuocanda. †

Nec obstat præmissis c. licet. de præben. in
6. quia loquitur quando constat, detinentem
nullam habere causam detinendi.

An capitulum uacãte sede commẽdet.

Vigesimoseptimo quæro, an capitulum, ua
cante sede, possit commendare beneficia spe-
163 ctantia ad collationem Episcopi? † Sol. po-
test commendare, ut custodiatur, donec per
Episcopum prouideatur. Abba. in c. cum olim
de maior. & obe. uide Franc. Paui. in tract. de
potest. cap. ua. se. in. 2. parte. q. 3. ubi late at-
tingit. directe tamẽ commendare nõ poterit,
ita ut Episcopus deinde creatus non possit
194 pendente commenda conferre. † uide quæ di
xi supra q. 20. ad hanc. deci. glo. magna. c. ne-
mo. in fi.

Cui possint commẽdari ecclesiæ parrochiales.

Vigesimooctauo quæro, an ecclesiæ parro
195 chiales possint commendari passim? † Sol.
non possunt commendari, nisi sacerdotibus,
196 † c. nemo. de alijs beneficiis relinquitur ar-
bitrio superioris secundum moderationem, de
qua inferius.

An secularres regulares ribus, & contra commendet.

Vigesimonono quæro, an legatus uel Episco
pus possint commendare ecclesias regula-
197 res secularibus, uel econtra? Sol. nõ possunt
198 secundum Alexã. in c. Si quis. 58. dist. † &
ideo in facultatibus legatorum communiter
conceditᷣ, ut regularia secularibus, & secularia
199 regularibus commendentur. † ego tamen
200 credo, † quòd si commenda fieret ad effe-
ctum, ut ille, ad quem pertineret, facilius pro-
uideret, posset fieri: quoniam commendat Epi
scopus etiam deuoluta, ut per Ioan. And. in c.
nemo. & legatus confert, ut dictum est in ma-
teria collationis: igitur tanto liberius commẽ
dat. Ad hoc: quia edictum de commenda sim-
plici, respectu personarum est prohibitorium
201 certarum personarum, † in c. nemo. & per
doct. in c. dudum. aliàs uera est opi. prima, quã
seruat Rota.

An illegitimus possit habere curata in commendam.

Trigesimo quæro, an illegitimus dispensa
tus ad bñficia simplicia, possit hẽre curata in
202 cõmendã. † & sic an inhabilis ad titulũ dire-
203 ctũ sit habilis ad commendam? † Sol. nõ est
habilis saltẽ ad cõmendã nostri tẽporis. Immo
nec ẽt ad aliã, sicut nec ẽt põt esse Vicarius in
204 curatis, † ar. in c. auaritiæ, de elec. in 6. de quo
per Archi. & Io. mo. in c. 1. de fil. præsby. in 6.
ideo nec etiam poterit deputari.

Trigesimoprimo,

An si unus habilitetur ad tenendũ in commendã, quilibet cõmendare possit.

Trigeſimoprimo q̃ro, cõceſſum eſt alicui, ut poſsit tenere regularia in commendam, ſi ſi bi aliàs legitime commendẽtur, an Abbas, ad quem ſpectat collatio, poſsit talia commenda
205 re ? † Et uidetur dicendum non poſſe: quia
206 inferior Epiſcopo non commendat, †ut ſupra.q.16. ad hoc : quia diſpenſatio eſt ſtricte
207 intelligenda,†ut dicetur in materia diſpenſationum. ergo licet tu ſis diſpenſatus accipere in commendam, ille non eſt diſpenſatus dare.immo etiam ſi commendaret, ut quia col lator eſt Epiſcopus, uel haberet epiſcopalem auctoritatem, commenda eorum eſt ſimplex depoſitum ſine exceptione fructuũ. ideo per gratiam factam tibi non debet eſſe ampliata facultas alterius per reg. præmiſſam. ſatis eſt enim quod ſi Papa commendat tibi,tu iam effectus es habilis ad tenendum beneficium in commendam perpetuam.

Commẽda, prouiſio.

Contrarium tamen æquius: quia cum com
208 menda huiuſmodi ſit prouiſio,† & tantum ex ea fiat præiudicium illi, uidetur, quòd illa uerba commendentur &c. ſint directa ad illũ, ad quem ſpectat prouidere.

Item,quia in pleriſque gratia huiuſmodi eſſet inutilis, ſi hoc concedatur religioſo,ut poſſit accipere ſeculare in commendam, ſecundũ præmiſſam opi. nullus commendabit niſi Papa. Sed Papa ipſo actu commendæ,ſatis diſpẽſabit:quia commendari non poterit quin exprimat ſe religioſum.ideo prima cõceſsio ſup flua:immo in iſtis diſpenſationibus commu-
209 niter uerba diriguntur ad diſpenſatum,† ut poſsit retinere in commendam,quaſi liceat ſibi mutare titulum collationis factum per eũ, qui conferre poteſt in cõmẽdam:& ſic uolunt eum,ad quẽ pertinet, conferre:quare ſolet addi,ſi tibi aliàs legitime conferantur. ſed iudicio meo talis circuitꝰ nõ eſt neceſſarius:ideo
210 euitandus.†cle.auditor.de reſcrip. Rota tamen de conſilio dominorum abbreuiatorum iudicauit, ꝙ diſpenſatus hoc modo, auctoritate illius diſpenſationis poſsit accipere collationem ab ordinario,& poſtea tenere in commendam:ſed propter hoc non datur auctoritas collatori commendandi.

Trigeſimoſecundo quæro,an clerico unius diœceſis poſsit commendari eccleſia ab epiſco

An epiſcopus cõmendet eccleſiã clerico alterius diœceſis.

211 po alterius?† Sol.poteſt.Innoc.in c. ſi conſtiterit. Hoſt.& Car.in c.dudum : quia commen
212 da non tribuit ius, † unde ſuperiore contradicente poterit reuocari.

An de commenda ſit habẽdã mẽtio ĩ literis.

Trigeſimotertio quæro, an impetrans beneficium teneatur facere mentionem de alio ſibi
213 commendato?† Sol.de commẽda perpetua,
214 quæ habet inſtar ueri tituli,†non eſt aliqua dubitatio.de alia temporali eſt dubium.glo.in c.Nemo.uult quòd teneatur facere mẽtionẽ: quia etiam de colorata facti poſſ. habenda eſt

De colorata poſſ. habẽda mentio.

215 mentio.†c.cũ noſtris.c.literas.de reſti.ſpol. nam beneficium commendatum non eſt uacuum,ſed plenum, ex quo in eo reperitur com mendatarius, qui habet ſaltem detentationẽ,
216 † licet poſſ. ſit apud alium.gl. in l. cum quærebatur,in uerſ.uacuam.C.unde ui. & inſti. de uſucap.§.quod autem.eſt tex.in.l.unica.C.ſi ꝑ uim,uel al.mod. Et ideo dicunt Egi. & Archi. quòd quamuis eccleſia commendata uacet de
217 iure,non uacat de facto:†quare non ſufficit clau. amoto quolibet illicito detentore. uide Franc.Paui.in trac.de poteſt.cap.parte. 2.q.3.

Opinio auctoris.

218 Ego credo contrarium:†quia,ex quo commenda iſta non tribuit fructus iſti commendatario,non eſt talis qualitas,quæ haberet mouere principem ad non concedendum,ſicut dicimus non habendam mentionem de diſtribu
219 tionibus quotidianis,† nec de uicaria tem-
220 porali,†ut ꝑ Feli.in. c.in noſtra.8. col. uerſ. primum correlarium. de reſcr. Immo non eſt habenda mentio in impetrationibus, niſi de
221 qualitatibus in iure expreſsis.†glo.in cle.1. in uer.alteri.de præben.Cal. in conſi.1. de fil. presby.& in conſi.x.de reſcrip.Feli.in.c.poſtulaſti.c. in noſtra. eo. tit. de commenda autem non reperietur,nec eſt ratio,quæ ſuadeat : ergo,&c.

Nõ habẽda mentio niſi de qualitatibus in iure expreſſis.

Ad glo.c.Nemo. dic quòd loquitur de com menda alteri facta de beneficio, quod impetratur.ita uidentur probare iura per ipſam alleg. tunc enim,quia certo modo ab alio eſt occupatum titulo canonico, habenda eſt mentio: aliàs male loquitur, cum talis commenda ſit onus,non beneficium.

An bulla expediri poſſint ſup commenda pro religioſo,qui obtinuit.

Trigeſimoquarto quæro,an ſi religioſus ſupplicauerit Legato,ut ſibi prouideat de eccleſia ſeculari,literæ poſsint expediri per uiam com
222 mendæ?†Et uidetur poſſe:quia uerbum ꝓuidere, eſt latum, ita ut comprehendat etiam
223 commendam.†Domi.in. c. nemo. nam qui commendat,prouidet hodie.Rot.deci. 244.in anti.in deci.Ber.1.de prǽb.ſupra facit quod in

Prouideri, prouidere quid ſit.

Ordinare.

224 ſimili dicimus de uerbo ordinare,†ut ꝑ Fede.conſi.195.in prin. Si ergo prouiſio importat etiam commendam,legatus ſcit ſe prouidere monacho:quia id petit, & exprimit, & non poteſt prouidere aliter, quàm per uiam commendæ,propter tenorem facultatum ſuarum, quæ habebant,ut poſſet religioſis ſecularia cõ mendare:ergo uoluit commendare, non conferre, ne dicamus quòd liber eligat uiam ad impugnandum iudicia ſua.l.3.ff.de mil. teſt.L Ex facto.l.qui filium.ff. ad trebel. uel uoluerit confundi concedendo ea, quæ non poteſt.c.niſi.de aucto. & uſup. quare Abb.in. c. niſi. de præben. dicit actum in dubio cenſeri geſtum ea auctoritate,qua poteſt ualere.

In contrarium tamen facit reg. cancel. quæ uult, commendam nunquam intelligi concessam, nisi in signatura ad partes replicatum sit
225 de commenda: † ad quod facit, quia commendæ perpetuæ, sunt odiosæ, & exorbitan-
226 tes. †

Sed posset responderi, quòd regu. non habet locum in expeditionibus, quæ fiunt extra
227 cancellariam: † nam quando expeditiones fiunt per uiam cameræ, non habet locum illa
228 reg. † ut ibi tenet commentator: & legatus debet se conformare stilo cameræ, non stilo
229 cancellariæ, † ut aliàs dixi: & maxime, quia ut dixi, legatus sciuit illum monachum, & etiã se non posse prouidere per uiam commen-
230 dæ. † unde scientia legati operatur expres-
231 sionem, † ad l. quidam consulebant. ff. de re iudic.

Commenda an reuocetur.

Trigesimoquinto quęro, an commenda reuo-
232 cari possit? † Sol. dicendum posse, except. non obstante. c. si constiterit. nam depositum
233 reuocatur ad libitum deponentis. † l. 1. ff. depos. tenet Hostien. in c. dudum, qui primus materiam hanc aperuit: & ex cuius racemis gl. magna in c. nemo. fecit omnimodam uindemiam.

Fallit primo.

Fallit primo, quando commenda esset facta ex certa causa: quoniam non reuocatur, ni-
234 si illa finita. † Hosti. d. c. dudum, argu. §. uerum. 63. distin. c. magnæ. in fi. de not. glo. c. nemo.

Commenda ante tẽpus nõ reuocatur.

Fallit secundo, quando esset concessa ad tẽpus: quoniam ante tempus reuocari non po-
235 test sine causæ cognitione. † Feli. & Abba. in c. si constiterit. intelligendo tamen etiam isto casu, quòd sit facta cum causa, ut ibi. per eum.

Opi. Areti.

Areti. in c. si constiterit. impugnat istas li-
236 mit. dicens † quòd semp ad libitũ reuocabi-
237 tur commenda: † quia commenda non fit
238 nisi causa custodiæ ecclesiæ. † unde Episcopus, reiecto commendatario, potest suscipere
239 in se curã, † arg. c. cum uos. & ibi no. de offi. ordi. adducit in simili: quia actor non constituitur a tutore sine cã, & tamen ad libitum
240 reuocatur. † l. neque, & ibi doct. C. de procurat. tradit Bar. in l. actor. ff. Rem. rat. hab. & arguit a natura depositi, quæ est ut sit reuoca-
241 bile. † c. bona fides depositi. l. i. ff. eo.

Pro ista impug. facit Deci. Inno. & Ancha. in c. Si constiterit. quando dicunt nullam commendam fieri sine causa: quia est prouisio
242 irregularis: † ergo illa limitatio de causa, est falsa, uel conclusio non tenet. Tu tamen non
243 recedas ab istis, † limit. propter interesse commendatarii: nec est simile de depositario:
244 quia commenda exuperat a deposito. † uide reliqua in addi. in fi.

Fallit tertio.

Fallit tertio, quando commenda esset perpe-
145 tua iuxta stilum consuetum: † quoniã tunc in priuando cõmendatario, illa erunt necessa-
246 ria, quæ sunt in priuando directo prælato. † ar. in l. actio. ff. de nego. gest.

Commendatarius, qui expẽdit pro necessitatibus ecclesiæ, finita commenda, retinet ecclesiam.

Fallit quarto, quando commendatarius expendidisset pro conseruatione ecclesiæ com-
247 mendatæ. † tunc. n. etiam finito tempore cõ-
248 mendæ retinere potest, donec satisfiat. † argu. in l. actione. ff. deposi. l. qui semissem. ff. de usur. l. at qui natura. §. fi. ff. de negot. gest. hoc tenent Ioan. And. Abba. & Imo in c. de multa, de præben. quando dicunt licere alicui retinere primum beneficium, quod ipso iure uacauit, pro expensis in eo factis, & non receptis.
249 † de quo dicam in materia pluralit. beneficiorum, & in terminis commendæ tenet Archi. in c. qui plures.

An morte legati commendantis reuocetur.

Trigesimosexto quæro, an morte legati cõ-
250 mẽdantis reuocetur cõmenda? † Sol. nõ re-
251 uocatur † secundum Archi. in c. nemo collec. in c. dudum. in fi.

Fallit, quando commendasset ad beneplaci-
252 tum, † arg. c. si gratiose. de rescrip.

An cõmenda possit dimitti ad libitum commẽdantis.

Trigesimoseptimo q̃ro, an cõmẽdatarius pos-
253 sit dimittere cõmendam, quando uult? † Sol. non potest, nisi finito tẽpore, uel cessante causa: quia obligatio nascitur mutua. l. labeo. §. cõtractus. ff. de uerb. oblig. & quia fit ob utilitatem ecclesiæ, & est titulus. uide Collec. in c. si constiterit, uers. Sed nunquid cõmendatarius. Inno. tenuit contrarium.

An filius possit habere beneficium, quod pater tenuit in commẽdam.

Trigesimooctauo quæro, an filius possit succedere in beneficio, quod pater tenuit in cõmen-
254 dã: uel quod pater obtinuit † uniri alteri ad uitã? Sol. quidam eximius abbreuiator dixit cancellariam iudicasse quòd isto casu filius suc-
255 cedebat patri absque dispensatione, † ea ratione, quia ex quo pater non dicebatur in-
256 titulatus, non potest notari successio, †
257 quæ maxime consideratur, † in c. dilectus. & in c. ad extirpandas. de fil. præsby. Et uidetur de hoc esse casus in c. constitutus. eo. titu. ubi filius potest ministrare in ecclesia, in qua
258 pater sine titulo ministrauit. † ista q. pendet ab illa, de qua supra in q. quarta: quoniam si tenemus quòd commendatarius ille sit prouisus, & dicatur utiliter prælatus ecclesiæ, certe opi. Cancellariæ, & aliorum tenentium cũ illis, erit falsa: quoniam commenda huiusmodi est titulus. nullus autem potest intitulari in ecclesia, in qua pater cum titulo mini-
259 strauit, † ut per totum titu. de filiis præs. nam ex quo unio ad uitam, & commenda ad uitam succedunt loco directæ collatio-
260 nis, † æquum est ut onera, & emolumenta
261 similiter communicentur, † l. 1. ff. de bono. possess.

Trigesimonono

An fructus reseruati per uacatio nẽ, deb ãtur, quãdo commenda dissoluitur.

Trigesimonono q̃ro, an reseruatio fructus
beneficiorũ uacaturorum iuxta tenorem c. si
propter. de rescrip. in 6. et. c. tua, de uerb. signi.
comprehendat fructus beneficiorum, quando
262 commendatarius perpetuus moritur? † Sol.
ex quo tenui in 4. q. beneficiũ uacare per mor
tem commendatarii, debebitur: aliàs non debe
retur, secundum ea, quæ tradit Cald. in d. c.
tua. in prin.

An plures parrochiales commendari possint uni.

Quadragesimo q̃ro, an eo casu, quo põt ali-
cui commendari ecclesia parrochialis, possint
263 commendari plures? † Sol. non possint c.
qui plures. 21. q. 1.

Extrauagans iniunctæ, an habeat locum in cõmendatario.

Quadragesimoprimo q̃ro an extrauagans
Bonifacii. iniunctæ de elec. habeat locum, in
264 commendatario? † Sol. non habet locum.
Oldra. cons. 130. utrum extrauagnas. & hoc sa
tis uidetur de mente glo. ibi, uolentis il-
lam extrauagant. uelut exorbitantem non
extendi ultra casum proprium. sed tamen ista
conclu. redditur dubia propter uerbum ibi
positum, & cæteri monasteriorum regimina
exercentes. nam commendatarii perpetui hoc
faciunt ut supra. ergo tene tamen primum pro
pter odium illius extra. quæ quo ad cẽsuras nõ
est in usu: imo Rota nunquã iudicauit pro illa.

An leg. cõmendet uel uniat beneficia reseruata Papæ.

Quadragesimosecundo q̃ro, an legatus pos
265 sit cõmendare uel unire bñficia reseruata Pa
pæ? † uide Cald. cõs. 3. de cõsuet. Itẽ q̃ri põt, an
Reg. de Idiomate, hẽat locũ in cõmẽdis. quia
terminus commẽdare nostri tẽporis est dare ti
tulum, & reg. loquitur de prouisione, dicendũ
est, ꝙ habet locum in cõmenda perpetua, ubi
eadem ratio. l. illud. ff. ad leg. aquil.

Capio nunc materiam uisitatoris seu admi-
nistratoris dati ecclesiæ cũ libera: quod idẽ est

Visitator administrator cum libera idem.

266 † ut no. Domi. in c. ecclesia. de sup. neg. præl.
267 & uidetur probari ex illo † text. dum duo
hæc alternatiue ponit.

Visitator & commendatarius differunt.

Quæritur autem, an uisitator, & commen-
268 datarius differant? † Abba. in c. cum no-
bis in, ulti. no. de præben. Roma. in cons. 350.
& doct. ferè omnes, in materia commendę, pas
sim allegant iura loquentia de administratore
& uisitatore, in materia commendæ, ex quo
uidentur consentire ut sint idem. ideo Domi.
in c. nemo. dixit materias traditas confusè.

Ego autem circa ista animaduerti, quòd iu-
ra omnia, quæ loquuntur de administratore,
seu uisitatore cũ libera, faciunt mẽtionem de
269 ecclesiis Cathedralibus. † c. constitutum. 7.
q. 1. c. obitum c. Catiniensis. c. fi. 61. dist. c. cum
à nobis. de elec. c. is cui. eo. titu. in 6. c. Ecclesia,
de sup. neg. pręla. eo. li. iura uero, quæ loquun
tur de commenda, faciunt mentionem de aliis
270 ecclesiis inferioribus, † c. nemo c. dudum. c.
si constiterit. c. si placet. & quàmuis. c. relatio.
c. illud 21. q. 1. loquãtur in cõmenda secundũ
Gratianum ibi: tamen de commenda nullum
uerbum præcise: quare notanda sunt infra-
scripta.

Visitatoris officium.

Visitatoris officium præcipuum est procu-
271 rare, † ut de prælato idoneo intra annũ fiat
272 electio. † c. obitum. c. Catiniensis. c. constitu
tum, de commenda hoc non legitur. sed simpli
citer habetur, quòd licitum est tenere eccle-
siam commendatam cum ea, quæ habetur in
273 titulum. †

Differẽtia.

Commendatarius non facit fructus, ut
274 communiter tenetur, † in c. nemo. Item
275 nec uisitator. † c. Quoniam. 61. distinct. de
administratorum cum libera, est dubium pro-
pter text. in c. is. cui. de elec. in 6. sed non cre-
do ipsum posse fructus in suam utilitatem
276 conuertere, † quanuis omnia libere in tem
poralibus, & spiritualibus administrare pos-
sit. c. is cui.

Commendatarii possunt esse perpetui: quia
non præscribitur tempus, nisi in ecclesia parro
277 chiali. † c. nemo. uisitatores anno finiuntur
c. constitutum. 7. q. 1.

Visitatores similes perpetuo cemĩsdatario.

Qui ab electoribus postulantur, & uisitato-
res dantur, excepto quòd directe titulati non
278 sunt, a ueris prælatis nihil differunt. † c.
Cum nobis. de elec. & c. relatio. c. illud. 21. q.
1. secus in simplici commendatario: & uisita-
tores huiusmodi sunt figura commendatario
279 rum perpetuorum, qui hodie dantur, † ut
in c. relatio.

Visitatores dantur per legatos, sicut per Papam, sed differunt.

Legatus, & Archiepiscopus, dant uisitato-
res ecclesiis cathedralibus, sicut & Papa cum
libera temporalium, & spiritualium iurisdi-
280 ctionẽ. c. ecclesia. † sed hoc interest: quia
Papa hos, ut libet, dat: legatus uero, & Archi-
episcopus, quando capitulum in administra-
tione rerum ecclesiæ est negligens, in c. eccle-
sia. Item datus per Papam confert beneficia.
secus in eo, qui ab Archiepiscopo, uel legato
datur, ut ibi.

Vbi non reperitur differentia expressa, ui-
sitator & commendatarius passu pari ince-
dunt. Abba. in c. cum nobis. Roman. con-
281 si. 350. †

Est tamen aduertendũ, quòd circa ecclesias
inferiores datur administrator per Episcopũ,
282 uel ẽt alium, habentẽ iurisdictionẽ: † qui ad
ministrator non subiicitur regulis commen-
283 dæ proprie sumptæ. † unde talis admini-
strator poterit dari etiam ecclesię parrochia-
li post sex menses. ita intellige glos. in d. c. ne-
284 mo, in fi. † & administratio huiusmodi po-
terit dari uni in pluribus ecclesiis, quanuis in
commenda secus d. c. nemo.

De coadiutore, aut qui præficitur ecclesiæ,
285 cuius non est prælatus, † secundum Abba.
in c. de rectoribus, in fi. de elect. ægro. dice-

mus in sequenti libro.

Ad materiam commendæ quęritur, quid si eadem die concurrat collatio ordinarii, & commenda legati, an præferatur commenda,
286 †iuxta c.si à sede.de præbe.in 6. Sol.præfertur prouisus ab ordinario propter prærogatiuam titu.uide Phil.in c.nemo.col.fi. de elec.in 6.& ea,quæ dico in materia potestatis conferendi.q.54.tamen si loquimur in commendis perpetuis hodierni temporis, cum habeant uim tituli directi, forsan aliud erit dicendum.

De sequestratoribus. Hic caderet etiam materia sequestratorum, qui similes habent facultatem uisitatorum,
287 †& dantur hodie a iudice iuxta formam clem. ad compescendas. de sequæst. possess. & fruct. Et de his solet esse præcipua.q. inter do
288 cto.an conferre, aut præsentare possint?† *Sequester an præsentet.* Innocen.Io. de lig. Ant.in c.examinata. de iudi. Feli.in c.cum Bertoldus.de re iu.in fi. Domi.in c.nemo. de elect.Roch. in tract. de iure patrona. q.32. uers.ipse, uel is a quo. tenent sequestratorem posse conferre, & præsentatur propter illam clem.quæ dat administrationem omnium spiritualium, & temporalium. cum igitur collatio, & præsentatio numeren-
289 tur inter fructus,† præsentare, & conferre poterit: & hęc opin. uidetur magis communis. Contrariam tamen tenuit Hostien. in d. c. examinare. & ibi eum sequuntur Abba. & Henri. quia cum sequester teneat.fructus no
290 mine alieno, & teneatur illos restituere.†.c. ij. de seque. pos. & fruct.d. cle.i. unde, quia præsentatio, & collatio restitui non potest;
291 ideo pręsentare non poterit.† sequor primam opin.quia cum nullus sit qui interim cõferre possit,uel præsentare,ne sequatur diutina uacatio,dicendum est sequestrum hoc posse:sicut etiam sacramenta confert, ut inquit Feli.ubi supra.uide tractatulum de hoc impressum post tractatum Egi. de permut. beneficiorum.in fi.ubi datur quædam distinctio,quã ponderabis,si placebit.

LIBRI QVARRI FINIS.

LIBER

LIBER QVINTVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 VNIONEM commendæ comparari.
2 De legati potestate in beneficijs unien. dimembrandis, ac etiam erigendis.
3 Quid in hospitalibus, & in permutationibus.
4 Item an Coadiutores dare possit.
5 Et an dispensare respectu pluralitatis beneficiorum.
6 De potestate legati in uniendo.
7 Vnionem regulariter altero de tribus modis fieri.
8 Vt una ecclesia subijciatur alteri.
9 Quandoque ut ex duabus una fiat.
10 Quandoque duas insimul uniri.
11 Triplicem uniendi modum distinctum effectum habere.
12 Vniuit, annexuit, & incorporauit, terminos quottidianos esse in materia unionum.
13 Vniendi modus quinque Abbatē referre, Hostiē. sectatus.
14 Vniendi modos à iure inuentos ob ecclesiarum necessitates, & hominum utilitates.
15 Vniones ab episcopis passim concedi.
16 Item Abbates iurisdictionem episcopalem habētes, Vniones concedere.
17 Vnionis sextam speciem esse, si qua fiat ad uitam alicuius.
18 Vnionem aliquando non episcopo, non item legato permissam, nisi speciali facultate suffulti sint.
19 Vnio si qua fiat ob personæ utilitatem.
20 Vnio si qua fiat ob ecclesiæ utilitatem, quòd temporalis sit.
21 Vnio, quòd idem sit, quod & dispensatio.
22 Vnionem temporalem eadem tela regulari, qua & in beneficialibus.
23 Vnionem quandoque expectatiuam diiudicari.
24 Quòd geritur magis quàm, quod dicitur attendi.
25 Vnionum quintā speciem dici & reputari respectu communionis spiritualium.
26 Legatus si quando beneficia perpetuo unire possit & ualeat.
27 Vnionem ad solum episcopum spectare.
28 Vnionem contra iuris communis dispositionem inductam esse.
29 Quamlibet ecclesiam suum habere Rectorem.
30 Quemlibet in suo beneficio teneri residere, quan tumuis paruo.
31 Vnam ecclesiam, ancillam alterius esse non debere.
32 Legatum contra ius aliquid facere minus posse.
33 Vnione collatori ordinario perpetuum præiudicium inferri.
34 Legati potestas, quòd sit extraordinaria, & superinducta ac odiosa.
35 Episcopum non posse unire beneficium spectans ad collationem inferioris sine eius consensu.
36 Non item legatum unire citra episcopi assensum.
37 Collationem inferioris priuatiue uenire ad collationem episcopi.
38 Collationem episcopi non ita uenire ad collationem legati.
39 Legatum non posse supprimere aliquam dignitatem.
40 Legatum de iure unius ecclesiæ & alteri dare minus posse.
41 Legatum non minus quàm episcopum unire posse.
42 Et ita dè facto seruari.
43 Papiense collegium taliter consuluisse.
44 Rotam pariter ita tenere.
45 Magis communem opinionem esse.
46 Legatum ordinariis præiudicare nō posse de alio præiudicio inferri, non autem respectu collationis.
47 Vnionis natura est ut auferatur collatio.
48 Legatum ordinarijs quotidie præiudicare conferendo & reseruando.
49 Iure suo utendo, si quando ordinarijs præiudicare dicatur.
50 Intellectus. c. fi. de excess. prælat.
51 Ecclesiam iure suo priuari etiam sine culpa, dummodo causa subsit, non incōueniens quandoque censeri.
52 Vnionis causam quandoque necessariam esse.
53 Egidij Bellemere distinctionem minus attendi.
54 Auctorem illam impugnare.
55 Conclusionem in materia proponere, & firmare.
56 Legatum, ordinariū reputari Prouinciæ, cui preesse dignoscitur patrem, & tanquàm bonum dispensatorem censeri.
57 Patremfamilias ex duabus domibus unam, & ex duobus fundis unum destinatione sua pro patrimonij conseruatione facere consueuisse.
58 Legatū consensu capituli in unionibus non egere.

59 Lega

126 *Decretum requirentia, de iure canonico delegabilia esse.*
127 *Vnionem legati ad uitam alicuius fieri, si eidem permissum sit.*
128 *Reseruatio si quando extinguatur per unionem ad uitam.*
129 *Vnionem dispensationis effectum sortiri.*
130 *In unione, quòd tituli confundantur, & mutuo communicent naturam suam.*
131 *Vnire nil aliud esse quàm unum facere.*
132 *Ambitionem nonnullorum improbari, qui sub colore unionis innumera beneficia deuorant.*
133 *Rotam & cancellariam discordare in quæstione præmissa.*
134 *Beneficium si quando reuertatur ad primum statum, quòd intelligatur quo ad naturales qualitates ipsius beneficij.*
135 *Vnio si quando sit in effectu dispensatio.*
136 *Beneficium unien. alteri, si quando uideatur renuntiatum primo titulo.*
137 *Possidere ut unitum & in titulum, contraria siquidem esse.*
138 *Vnio si fiat de non uacante, tamen non sortitur effectum, nisi cessante titulo.*
139 *Titulus semel extinctus, quòd amplius non reuiuiscat.*
140 *Beneficium unitum, prædium alterius fieri, & beneficijs nomen perdere.*
141 *Eadem res, quòd non debeat diuerso iure censeri.*
142 *Præposituram si quis habuerit in titulum sibi commendari, quòd titulum à se abdicare teneatur.*
143 *Si quod habeo ex una causa, quòd illud nõ quæratur mihi ex alia.*
144 *Rotam æquitatem amplecti consueuisse.*
145 *Vnio si quando non extinguat, sed pallium dispensationi præstet.*
146 *Titulum multiplicare defensionis gratia, quòd utique permissum sit.*
147 *Adeptione secundi incompatibilis si quando uacet primum ipso iure.*
148 *Si quando extinguatur titulus uiuens, tanto magis titulus dormiens, qui est debilior.*
149 *Pallium dispensationis ex unione, quòd non sit respectu tituli.*
150 *Vnionem id operari, ut titulum cessare faciat.*
151 *Vnione cessante, quòd cesset pariter omnis fructuum percipiendorum causa.*
152 *Filius si possit ministrare in ecclesia, quam pater tenuit unitam.*
153 *Legatus si uniones dissoluere possit, & ualeat.*
154 *Vnionem etiam ex causa factam, quandoque dissolui posse.*
155 *Si eadem ecclesiæ unitæ damnosa sit.*
156 *Vnionis dissoluendæ solennitas eadem requiritur, quæ in constituenda.*
157 *Vnionis dissolutionis effectus, qualis esse intelligatur.*
158 *Legatus habens facultatem consimilem ab auctore relatam, si quando perpetuas uniones dissoluere possit.*
159 *Vnionum reuocatio facta per legatum, qualiter intelligatur.*
160 *Reuocatorias unionum, si quæ, fiant per Pontificem, ad temporales, non ad perpetuas extendi.*
161 *Facultates legatorum, quòd ueniant ad augmentum, non ad diminutionem.*
162 *Legato ius dissoluendi uniones, competere.*
163 *Reuocationem odiosam esse: facultatem uero fauorabilem reputari.*
164 *Vnionis dissoluendæ causa, quæ nam iusta intelligatur.*
165 *Causa cessante, propter quam unio inducta est, & unionem ipsam cessare.*
166 *Parrochiales duæ, si quæ propter paupertatem unitæ fuerint, effectæ uero potentes ad sustentandum sacerdotem & alia incumbentia onera, quòd illarum unio cessare intelligatur.*
167 *Regula expectantium, si procedat & locum sibi uindicet in materia unionis.*
168 *Vnioni locum esse acceptatione subsecuta, & prouisionem subinde minus necessariam fore.*

LIBER QVINTVS.

HOC Libro, quoniam unioni commenda
1 *æquiparari solet, † quæ sit legati in be*
2 *neficiis uniendis, † mosque in eisdem*
dimembrandis, ac etiam erigendis pote
stas, dicemus. adiicieturq; quid in hospitalib. quid
3 *in permutationibus, † an coadiutores dare pos-*
4 *sit, † an dispensare, ut qui sint plurales in bene-*
5 *ficiis. †*

De potestate legati in vniendo. † 6

VNIO Regulariter fit tri- *Vnio tribus modis.*
7 bus modis. † quandoque. n.
una ecclesia subijcitur alte-
8 ri: † quandoque ex duabus
9 fit vna: † quandoque duæ si
10 mul vniuntur: † & hic tri-
plex uniendi modus distin
11 ctum habet effectum. † glo. in c. Et temporis qualitas. 16. q. 1. glo. in c. 1. ne sed. uac. & in cle. per literas, de præbend. huic fluxerunt termini quotidiani, uniuit, annexuit, & incorporauit.
12 † Sed Abb. in d. c. 1. prosequitur quinque mo
13 dos unionis, secutus † Host. qui omnes modi uniendi inuenti sunt à iure ob necessitates ecclesia-

ecclesiarum , non ob utilitates huiusmodi :
14 † quare,

Episcopi passim uniunt.

15 Ista unio pasim conceditur episcopis.†c.si-
cut unire,de excef.prælat.Oldra. in consi.182.
& in consi.257.& 260. & Card.in consi.47.di
cens,quòd etiam abbates habentes iurisdictio-

Etiam abbates habētes iurisdi. episcopalē.

16 nem episcopalem, hoc possunt: † & in consil.
131.in princ.
Est etiam sextum unionis genus hodie: qđ

Unio ad uitam.

17 fit ad uitam alicuius † in fraudem. c. de mul-
ta.& aliorum iurium probantium incompati-
bilitatem. quę unio,nec episcopo, nec Legato
18 conceditur, † nisi habeant specialem facul-
tatem: quoniam unio huiusmodi, fit ob utilitatē
19 personæ.† illa uero,quæ conceditur fit ob vti
20 litatem,ecclesię:& ista temporalis† unio,idē
21 est quod dispensatio, † ut per Domi. consil.
38. ideo quando agitur ad unionem tempora-
lem, debet seruari ea tela, quæ in beneficiali-
22 bus, † quanuis rectius forsan loquendo, etiā
ista unio faciat cessare beneficium ad tempus.
Imo.in cle.literis. in 3. col.de rescrip. Et unio-

Unio quandoque est expectatiua.

nes huiusmodi quandoque dantur cum clau.
quod duxerit acceptandum: & tunc Rota iudi-
23 cauit eas expectatiuas † & subiectas omni-
bus regulis de expectatiuis loquentibus, cum
attendatur quod geritur, magis quàm quod di-
24 citur, † ut in iuribus vulgaribus.

Quinta species unionis.

Adde & quintam speciem unionis respectu
25 communionis spiritualium:†de qua per Fran
ciscum Paui.in tract.de potest.cap. uac.sed.par
te.2.q.3.

An legatus uniat perpetuo.

Quæritur primo, An legatus possit unire
26 perpetuo beneficia † simul? & uidetur non
posse : quoniam unio spectat ad solum episco-
27 pum. † c.sicut unire. de excef. prel.
Item, quia unio est contra ius commune,
28 †cum quælibet etiam debeat habere suum re
29 ctorem. † c. quia nonnulli.de cler.non resi.p
totum.Oldra.conf. 260.quod unio facta.quili-
bet.n.in suo beneficio residere debet quantum
30 uis paruo.† c.conquerente,eo.tit.& una eccle
31 sia non debet esse ancilla alterius † secundum
Bald.in c.1.episcopum,uel Abb.col.x. legatus
autem non potest facere aliquid contra ius .
32 † 25.quęst.2.c.institutionis.ergo &c.
Item,quia per unionem infertur præiudiciū
33 perpetuum ordinario collatori . † Legatus ue
ro non potest tale præiudicium cuique infer-
re.c.fi.de confir.uti.uel inuti.c. constitutis. de
relig.domi. igitur &c. & maxime hoc putāt ali
qui : quia potestas legati est extraordinaria &
34 superinducta, & sic odiosa † ad clem.2.de of-
fic.ordin.
Eam partem tenet Fede. in consi.195. Ant.
post Inn.in d.c.fi. ubi Abb. dicit multos docto
res hāc partem tenuisse. & Ant.& Collec.in c.
sicut unire. de excef. præla. & Petr. de Peru. in
tract. de quo supra,dicēs episcopum non posse
vnire beneficium spectans ad collationem in-
35 ferioris, sine eius consensu . † ideo nec lega-
36 tum etiam sine consensu episcopi . † quæ ra-
tio est satis debilis, cum collatio inferioris ue-
37 niat primatiuè ad collationem Episcopi.† sed
collatio episcopi non uenit ita ad collationem
38 lagati. † Et cum ista opin. uidetur residere
Specu. hoc titu.§. tractemus.uer. pen. quando
dicit legatum non posse supprimere aliquam
39 dignitatem.†& in §.nunc ostendendum,uer.
7.& 57.quando dicit legatum non posse tolle-
re de iure unius ecclesiæ, & dare alteri.
Contrarium autem,quòd immo legatus pos
41 sit unire † sicut episcopus,tenet Io.de Lig. in
42 c.sicut unire.dicens ita de facto seruari.† Imo
in cle.ne in agro.in glo. ordinarios. de excef.p̄-
lat.Et in c.fi.uide etiam Abb. & Ant.in c.dile-
cta, de confir. uti. uel inuti.& in c. sicut uni-
re . & secundum hanc opin. consuluit Papien.
43 collegium , † ut refert Card. in d.c. final. te-
44 net Rot. decis.458.in anti.† & Dec. 58.118.
45 in nou.& hodie est communior,ratio,† quia
si potest Episcopus, tanto fortius legatus.quā
consequentiam semper defende , ut dixi supra.
li.2. Ad c.fi.& alia similia innuentia legatū nō
posse præiudicare ordinariis , dic quod intelli-
guntur de alio præiudicio,quàm de præiudicio
46 collationis: † quoniam hoc non est considera
bile,ut probatur.in c.2.de relig. domi.Cum sit
47 de natura unionis,ut auferatur collatio : † &
legatus quotidie præiudicat ordinariis, confe-
48 rendo & reseruando. † Si præiudicare est uti
49 iure suo: † igitur. c. fi. loquitur de alijs serui-
tijs debitis episcopo, quæ non auferuntur per
50 unionem † ut dicit Collec.in c.sicut unire.&
ita illum tex.intelligit Inn.ibi: uel intelligitur
ille tex.de præiudicio, quod fit per dimembra-
tionem,ut uidetur sentire Rota deci. 58.In no.
& etiam Spec.in d.§.nunc ostendendum . licet
loquatur per uerbum forte . & ibi Io. And. in
addit. Neque etiam est inconueniens ut una
ecclesia priuetur iure suo sine culpa, dummo-
51 do subsit causa, † ut in regu.non est sine. c.in
casu nostro est causa:quia intelligimus de unio
52 nibus,quę fiunt cum causa.†immo causa unio
nis est quandoque necessaria,ut no.in d. c. sicut
unire.
Egi.Bella.dec.513. incip.concl. quòd lega-
tus dicit se olim in hac re fuisse dubium .
53 † nunc clarum ex huiusmodi distinctione ,
quæ est.

Distinctio Egidii.

Aut in uniendo agitur tātum de præiudicio
ecclesię unitæ,& ualet unio,dūmodo sit de illis
beneficiis,quæ spectare possunt ad ordinationē
legati:quia si essent regularia, uel alia,quorum
collatio interdicitur,non posset unire . Si uero
fieret præiudiciū alteri ecclesię, uel beneficio.
quàm

quàm illi,quod unitur,non ualet unio in præ-
iudicium eorum,ut est casus in d.c.fi.ut si ordi
narius collator uel patronus perderent iura
præsentandi,aut conferendi.

Distinctio Egidii minus bona.

Istam distinctionem male percipio in exem
54 plis suis: † quia non dabitur casus, ubi una ec
clesia uniatur alteri, quin collator perdat colla
tionem,donec unio permanserit,nisi forsan E-
gi.uoluerit intelligere,quando unitur ecclesiæ
spectan ti ad collationem alterius: quod non di
cit:& etiam dubito, an sit uerum:quoniam sa-
tis est episcopo reliqua iura salua manere, & in
hoc procurari ecclesiarum utilitatem. unde ꝓ
expeditione materiæ, pono unam concl.

Conclu. in materia.

Legatus ex causa rationabili potest unire
55 omnia beneficia prouinciæ suæ: † quoniam
si potest episcopus ut in.§.sunt duo.et in.§.plu
res.16.q.1.c.sicut vnire.ergo eodem modo le-
gatus, qui existens ordinarius & pater prouin

Ratio, quare fit unio.

56 ciæ, tanquam bonus dispensator,† sicut pater
familias ex duabus domibus unam, & ex duo-
bus fundis unum destinatione sua pro conser-
57 uatione patrimonij facit. † l. quod ibi rerum.
§.si quis post.ff.de leg. primo. Ita ex duabus ec
clesijs unam facere potest.quo arg. vtitur Oldra.
consi.257.col.4.nec egebit legatus in unioni-

Legatus non eget consensu capituli in unionibus.

58 bus huiusmodi consensu cap. † sicut Episco-
pus,secundum Egi. deci.514.& 515.quia non
est eadem communio.

Legat. non unit ecclesias, quarū ordinatio est interdicta.

Fallit primo in ecclesijs Cathedralibus,regu
laribus, & alijs, quorum collatio est interdi-
59 cta. † in c.deliberatione: & non solum colla-
tio,sed ordinatio,ut ibi dicitur.unde cui prohi-
60 betur generaliter ordinatio, censetur † etiam
prohibita unio: quoniam qui unit ecclesiam,
61 aliquo modo ordinat. † unde,prohibita ordi-
natione, prohibetur omnis actus circa illam.
62 † c.1. de offic. ordi. c. si papa. de priuil. in 6.
propter quod non placet dictum Imo. in d.c.
fi. uolentis legatum posse unire omnes eccle-
63 sias collegiatas electiuas † &c.quoniam pro-
hibitio c. deliberatione,erat respectu collatio-
nis tantum,sed decipitur.potest tamen substi-
64 neri dictum Imo. † in ecclesiis collegiatis nō
electiuis:quoniam illas confert legatus secun-
dum illam opin. quā ego probaui superiori. li.
in materia collat. tamen ex dictis Imo. elicio
unum,quòd

Non potest conferre: ergo nec unire, nō ualet.

Non ualet consequentia, iste non potest cō
65 ferre,ergo nec unire:quia † episcopus unit be
neficia etiam spectantia ad collationem in-
66 feriorum. † Immo etiam reseruata collationi
67 papæ, † ita ut de casu sit habitura locū unio,
68 quando erit finita reseruatio † collect. in c.
sicut unire. & Rot. dec. 19.in anti.uide tamen
Rot.deci.118.in addit. in anti. ubi dicitur talia
beneficia reseruata,non posse uniri per legatū
69 † propter extrauag.Benedicti,quæ incipit.du
dum fœlicis. & quod legatus possit unire etiā
70 ecclesias collegiatas, tenuit Lap. † quem se-
quitur Mil.in suo Reper.in ver.Legatus.& Bo
71 ni. † in cle. Si vna. §. quid si. de reb.eccl.non
alie.

Non unit ecclesias in iusp. Laicorum.

Fallit secundo in ecclesijs, quę sunt de iure
patronatus laicorum:quia illis præiudicare nō
72 potest, † c.dilectus.hoc titu. Egi.d.deci.513.
& procedit etiam si esset laicorum & clericorū
73 mixtim. † per ea,quæ dixi in materia collatio
nū li.3.q. quàmuis Petrus de Perus. in suo tra-
ctatu uideatur titubare. primum tenet simpli-
citer, Lap. in addi. ad Fede. de rerum permu.
q.19.

Sed quæritur:pone quòd legatus habeat au
ctoritatem derogandi patronis, etiam ex funda
tione in totum, quando uacabunt pro ea uice
duntaxat,an possit unire beneficia huiusmodi

An quando pōt derogare patr. possit unire.

sic vacantia: præsertim supposito etiam quòd
74 haberet facultatem uniendi † etiam ex cau-
sis non expressis?Sol.potuit unire:quia potuit
75 conferre,patrono inuito. † non obstat quod
in facultate dicatur quòd possit derogare. pro
ea uice tantum: quia etiam hic derogauit pro
76 ea uice tantum: † & tempus deinde, in quod
protenditur unio,uenit ex natura unionis, sa-
tis est quòd cum primum dissoluetur unio,præ
77 sentatio reuertetur ad eum. † ista responde-
runt multi magni Curiales, dicentes hoc factū
etiam in curia ad instantiam quorundam reli-
78 giosorum. † ego tamen credo contrarium
79 † propter perpetuum præiudicium, quod in-
fertur patronis. & isto casu potest procedere
80 deci.Egi.513. † Idem existimo,etiam si bene
81 ficium fuisset litigiosum: † quia contraria o-
82 pinio est impia, † & retraheret laicos à fun-
83 datione. † per not. in c. cum dilectus. de iur.
patronatus.

Fall.3.

Fallit tertio, quando uellet adimere ecclesiā
84 unitam uni ecclesię & dare alteri: † uel unam
85 ecclesiam alteri totaliter subijcere: † quoniā
hoc esset inferre graue præiudicium,contra ea,
quę habentur in d.c.fin.Et per Rot. deci.58.&
118.In nou.

Fall.4.

Fallit quarto,quando uellet unire sine cau-
86 sa: † quia nec Episcopus, nec legatus id pos-
87 sunt. † & sunt expressę causę unionis, in iure,
ut in c.1.ne sed.uac. Et in c. sicut unire. quare
in facultatibus semper dicitur. ꝙ possit unire
88 etiam ex causis non expressis. †

Expressio falsæ causæ an uitiet unionem legati ipso iure.

Sed quæritur primo,quid si in unione legati es
set expressa causa falsa, an uitietur ipso iure,
89 † uel sit annullanda?Rot.deci.59.in no.tenet
90 ualere. si non resoluatur, † quod est uerum:
quando communi opi. talis causa apparebat li-
91 cita,licet in se esset falsa. † Anto.in c.cum apo
stolica.uersi.uenio ad glo. de his, quæ fi.à prę.
si.con.capi. Et ita intelligo gl.Io. in sum.12.
q.2.

92 q.2. † quando uoluit alienationem factam ẽt
in casu non licito ualere, dummodo seruetur
93 forma. † secus quando unio esset ex causa ma
nifeste falsa: quoniam tunc esset nulla ipso iu-
94 re. † uide Mil.in suo Repert.in uer.unio. Tu
tamen dicas unionem hanc ipso iure non uale-
95 re: † quoniam in literis legatorum surreptio
96 uitiat,† sicut in literis papæ. † clem.2.de offi.
97 ordi.Sed in literis papæ, surreptio uitiat ipso
iure.Ioan.And.in c.2.de fil.præsby. in 6. doct.
in c.in materia.de rescrip. igitur &c. quod præ
sertim obtinet,quando legatus auctoritate apo
stolica unit.

An uicariam perpetuam.

Secundo quæro, an legatus possit unire ui-
cariam perpetuam unius ecclesiæ parrochialis
98 alteri? † Et uidetur non posse:quia uicariæ bo
na uidentur esse portio ecclesię, quæ ponit ui-
99 carium, † ut in c. 1. de præbend. in 6.c.extir-
pande. §. quia uero. eo. tit. hæc unio adimeret
bona illi ecclesiæ: quod non potest fieri per le-
gatum,ut no.doct.in c.fi.de confir.uti.uel inu-
ti.ergo &c.

Adhoc, quia uicarius est respectu principalis beneficij. c. super eo. de præbend.in 6.ergo remanente principali, tanquam correlatiuo non potest adimi uicaria.argu. c. per uestras.de iur.pat.

Contrarium tamen uerum: quia iste uica-
riæ perpetuæ, licet teneant nomen illud: tamẽ
sunt beneficia per se:& talia simpliciter iudicã
100 tur. † cle.1.de offic.uic.ergo uniri poterunt.
ita tenet Rot.dec.273. in no. dicens huiusmo-
di uicarias posse uniri mensæ capitulorum:
101 † quia per omnia censentur sicut beneficia:
102 & tunc ex perpetuis fient temporales.†

An uniat ecclesiã secularem regulari.

Tertio quæro, an possit unire ecclesiam se-
103 cularem monasterio, † ita ut per monachũ
regatur?Ex causa magna,& uocatis quorum in
terest, credo,posse,per ea quæ tradit Rot.deci.
20. in anti. Nam episcopus hoc potest & per
104 hoc inducitur dispẽsatio cum monacho † Fe
li.in c.in nostra,col.pen.uer. 3. no. de rescript.
igitur tanto magis legatus:quod fallit,quando
uniendo uellet præiudicare episcopo eximen-
do ipsum à uisitatione,procuratione,& alijs e-
105 piscopo debitis obsequijs, † per ea, quæ tra
dit Miles in uerbo legatus.uers.3.

An uniat beneficia unius dioc. alteri.

Quarto quæro, an legatus possit unire be-
neficia unius diœces. beneficio? alterius diœc.
106 † Sol. ex causa potest,& sine præiudicio Epi
scopi ecclesiæ unitæ, ut in proxima.q.supra.

An regularia.

Quinto quęro,an possit unire beneficia re-
107 gularia? Et dicendum posse, † ut per Boni.
in cle.1.§.ad hęc.de stat.mona.

Quæ forma seruãda in unionibus.

Sexto quæro, quę forma seruanda sit in
108 unionibus? † Sol. ut habeantur tract. cum
capitulo.tex.& gl.in cle. si una. de reb.ecc.non
alie. contram quam formam non præscribit E-
109 piscopus,nisi spatio tanti temporis &c. † ut
per glo.& Car.ibi

Legatus nõ subiicitur formæ unionum.

Septimo quæro, an legatus subiiciatur huic
110 formæ in uniendo? † Sol. non subiicitur:
quia non habet eã communionem cum capi-
tulo, quam habet episcopus. Egi.deci. 514. &
515. sed potius committet unionem more a-
111 postolico † ut per eundem,deci. 516. Card.
in consi.65.& fiet,uocato immediato rectore,
112 cum causę cognitione. † per Egi. deci. 403.

Commissio unionis ad partes, an sit necessaria in legato.

Octauo quæro, an illa commissio vnionis
ad partes sit necessaria in unionibus legati, si-
113 cut in unionibus papæ, † secundum regu.
21? sol.si ipse legatus cognoscit de causa & in
formatur,non debet aliter committere.aliàs ue
ro committet.& quando dicitur uocatis,quorũ
interest, intelligo de patronis ecclesiæ,& illis,
ad quos pertinet collatio, si habeant honestam
114 causam contradictionis. † De Rectore etiã
ecclesię,intellige quoad legatum,ut dixi supra,
quamuis aliàs episcopo non uocato, fieri pos-
sit. cle. si una. & posset etiam intelligi dictum
Egi. de uocando rectore immediato, quando
ageretur, ut unio statim sortiretur effectum:
aliàs non. Nam si unio confertur in tempus,
quo ille non est futurus rector,quid ad eum.ar.
l.in fuga. C. ad l.fau. de plagi.l.quod sæpe.§.si
quis amico.ff.de contr.emp.l.Qui in hoc. ff.de
donat.inter uir.& uxor.

Qui sint uocandi in unionibus.

An locũtenẽs legati uniat.

Nono quæro,an locũtenẽs.legati, uel etiam
115 uicarius episcopi unire possint, † quando
habent mandata ad conferendum beneficia?
Sol. Collect.in c. sicut unire.secutus Spe.tenet
quòd non: quia in uniendo uidetur electa
116 † industria personæ,& quæ cum decreto ex
117 pediuntur, delegari non possunt.† l. 2.de eo
qui alt.ui.ge. l. nec quicquam. ff.de offi.præsi.
118 contrarium tamen existimo uerum: † quia
in uicarium transeunt omnia requirentia spe-
119 ciale mandatum,cum sit ordinarius. † ca. 2.
de offic. uic. in 6. unire non requirit speciale
120 mandatum † nisi in quantum disponitur &
121 ordinatur de beneficio ordinatio † autẽ be-
neficij per uiam collationis est concessa:igitur
tanto fortius unionis,quæ fit cum causa,& pro
122 utilitate ecclesiæ: † quare beneficia reserua-
123 ta uniuntur, nõ tamen conferuntur, † sicut
124 etiam uniuntur beneficia uiuentium. † un-
de facilius transeunt in uicarium ea, quæ requi
125 runt causæ cognitionem,quàm alia. † & de
iure canonico etiam requirẽtia decretum,sunt
126 delegabilia † secundum Inno.in c.constitu-
tus,de relig.domi.

Delegari nõ possunt quæ cũ decreto expediuntur.

Vnio legati non põt esse ad uitam.

Decimo quæro, an legatus possit unire ad
127 uitam alicuius tãtum? † Sol.non potest:quia
est contra naturam unionis: & fit talis unio
magis ratione personæ, quàm ratione ecclesiæ
cum sit prouisio,ut dixi supra.tenet hoc Pau.in

c.Et

c.& temporis.16.q.1.Domi. in consi.38. pro
clariori in 3.col.ex quo.

Vndecimo quæro,posito quòd legatus ha-
128 beat facultatem uniendi ad uitam, † an per
talem unionẽ extinguatur reseruatio bñficij?
quod est quærere,an stante tali unione, bene-
ficium adhuc uacet?ista q.fuit disputata in ma
teria commendæ.ego refero me ad ea quæ ibi
dixi:& teneo reseruationem expirare,& uniò-
nem huiusmodi esse prouisionem,ut tenet Do
mi.consi.38. dicens,unionem huiusmodi di-
129 spensationis instar obtinere.† Et præsuppo
sito, quòd per commendam non eneruaretur
reseruatio,& quòd beneficium remaneret ua-
cans:tamen aliud est in unione,ubi tituli con-
funduntur, & mutuo communicant naturam
130 suam,†ut per Rot. decis.273. in no. quòd
131 nil aliud est unire quàm unum facere.†duo
igitur titu.ita uniti sub una dispositione æqua
liter transibunt c.translato . de const.& cense-
buntur duæ ecclesiæ unitæ.unde non potest di
ci unam nuptam,alteram innuptam. quia per
illam unionem,prælatus, & omnia communi-
cantur l.1.ff.de leg.1.quãuis id fiat per fictio-
nem:tamen solemnizanda fuit hæc fictio,hãc
habendo pro canonico titulo ad palliandum
improbam nonnullorum ambitionem:qui isto
132 colore innumera beneficia deuorant,† ut
per Domi.ubi supra.in hac tamen.q. Rota di-
screpat à Cancellaria.quia Rota tenuit,dissolu
133 ta unione, beneficiũ uacare† ut prius:quia
dissoluta unione,beneficium reuertitur in pri
mum statum,ut late Petr.de Perusi.in tract.de
reuoca.unio.sed Cancellaria tenet cõtrarium,
& bene per præmissa: & quando dicitur bene
ficium reuerti ad primum statum,intelligitur
134 quoad naturales qualitates beneficii:†&
ideo multi etiam ex dominis Rotæ tenuerunt
hanc partem.

Disputatũ fuit in Rota.T.habebat duo in-
cõpatibilia.s.A.& b.uniuit A.b.ad uitã.deinde
renuntiauit.b.Tertius impetrauit tanquã ua-
cans per dissolutionem unionis. nã dicebat ab
aliquibus, ꝙ T. nõ habebat.A. nisi quia erat
unitum.b. unde quia per renuntiationem.b.
A.remanebat per se, uacabat.quia.T. non ha
bebat illud nisi ut unitũ b.unde cum non habe
at amplius.b.non habebit etiam A.Maior pars
uoluit A.remanere apud T. q̃a talis unio erat
in effectu dispẽsatio ad duo,ut per Domi.in d.
cõs.18.quorũ licet alterũ pderetur p renuncia
tionẽ,alterũ remanebat. multi tñ tenebant op
positum , cum quibus erant domini abbreuia-
135 tores eã ratione.quia iste, uniendo †benefi-
cium alteri,uidebatur renunciare primo titu.
136 †Et quoniã sunt contraria possidere ut uni
137 tum,& in titulum.†quoniam licet unio fiat
de non uacante:tamen non sortitur effectum
138 nisi cessante titulo, † qui erat penes alium
ideò cum iste inceperit possidere ut unitum,
desinit habet in titulum l.1.§. eligere .ff.de
tribut. quare semel extinctus,non reuiuiscat.
139 †l.qui res.§.aream.ff.de sol.nam beneficiũ
ita unitum efficitur prædium alterius & per-
dit nomen beneficij, ut dicit Roma. deci.x.in
no.de Reb. ecc. non ali. & in decis.2.in no.de
excess.prælat. Accedit,quòd non debet eadem
140 res diuerso iure censeri.† l.cum qui ędes.ff.
de usucap.quod esset si apud istum fuisset ec-
clesia iure titu.& iure accessorii ad aliud.Item
ad hoc allegatur decisio Roma. consi.350. ubi
dicit,quòd qui petit præposituram,quam ha-
bet in titulum,sibi commendari,abdicat a se
141 titulum. †igitur eodem modo:& qui petit
uniri,cum ẽt commenda sit palliatã dispẽsatio.
ar.in c.dudum.de elec.c.cam te.de ęta. & qual.
142 † Item,quia quod habeo ex una causa,non
143 acquiritur mihi ex alia,†nisi desinat eẽ meũ
ex prima.l.3.§.ex pluribus.ff.de acquiren.pos.
l.cum quis decedens.ff.de leg.3. Et hæc opin.
de rigore iuris posset sustineri. Rota tamen
144 amplexa est æquitatẽ.†cum re ipsa unio hu
iusmodi non extinguat, sed pallium dispensa-
245 tionis præstet, † unde titulus dormit, non
autem tollit.Ioã.de Lig.Imo.& alij.in cle.fi.de
resc.Bald.in c.Cum accessissent.de constit.
Et intẽtio petentis uniri, non fuit a se titu.
abdicare,sed acquirere per istam unionem,uiã
ad obtinendum cum alio incompatibili: &
sic multiplicare titulũ defensionis causa.quod
146 licet,†ut in c.nullus pluribus.de reg. iur.in
6.Vnũ tamen urget aduersus hanc opin. quo-
niam si per adeptionem secundi incompatibi-
147 lis uacat primum ipso iure, † & sic extin-
guitur titu.uiuens:tanto magis titulus dormi
148 ens:qui est debilior.†argu. in cle. gratiæ.de
resc. & pallium dispensationis ex unione, nõ
149 est respectu tit. † quia immo id agit unio
150 ut titulũ cessare faciat , † sed respectu fru-
ctuum:quos percipit sub clipeo unionis: per-
inde ac si esset dispensatus ad duo. qua unio-
ne cessante,cessat omnis causa fructuum per-
151 cipiendorum.†

An filius ministret in ecclesia, quam pater tenuit unitam.

Duodecimo quæro, an filius possit mini-
strare in ecclesia, quam pater tenuit unitam
152 † ad uitam?uide.quæ dixi in materia com-
mendæ.q.32.

An legatus dissoluet uniones.

Decimotertio quęro,an legatus possit dis-
153 soluere uniones?† Sol.potest ex causa,sicut
potest unire.c.1.de regu.iur. late prosequitur
Pet.de Perus.in suo tractatu,c.1.& Abba. in c.
1.ne sed.uacan.dicens unionem ex causa factã
154 posse dissolui, †si ecclesiæ unitæ incipit esse
155 damnosa.†nam ea est dissoluendæ unionis
156 solemnitas,quę & constituendæ,† Oldr.in
consi.262.in fi.Io.An.Ancha.& Imo. in cle.1.

In dissolutione unionẽ, requiritur solemnitas quæ in faciendo.

de reb.eccl.nō alie.ubi Card.in 5.oppos.& hu-
157 ius dissolutionis effectus, † quòd ecclesiæ
istę separatim uisitabuntur,& procurationem
exhibebunt,quanuis prius simul hæc consue-
uerunt secundum Rot.deci.78.in anti.

Effectus unionis dissolutæ.

Decimoquarto quæro,stante facultate hu-
iusmodi,ac inuicem etiam uel al.præla. & cap.
me.ec.b.& p.l. ex causis etiam non expressis
perpetuo uel ad tēpus, prout s.t.uidebitur uni
endi ac uniones, non tamen perpetuas, dissol-
uendi, an per ista uerba sint ligatæ manus le-
gati,ut non possit dissoluere perpetuas unio-
158 nes?† Sol.uidetur non posse:quia cōceditur
de non perpetuis. ergo negatur de perpetuis
c.qualis.25.dis.Immo est expressum quādo di
cit,non tamen perpetuas.& uniones tempora
159 les facilius reuocantur quàm perpetuę.†Nā
regulæ reuocatoriæ unionum, quæ fiunt per
160 Pōt.reuocant temporales,non perpetuas.†
Ancha.cons.404.Tria dubia.col.fi.& in Reg.
Accessorium.col.16.

An legatus habens facultatem tales possit dissoluere, perpetuas uniones.

Reuocatio unionum facta p regu. intelligitur de temporali unione.

Contrarium tamen est uerum: quia faculta
tes,quæ dantur legatis,ueniunt ad augmentū
161 non ad diminutionem. † ideo per eas non
tollitur quod aliàs de iure communi compete
bat,ut tradit Cald.cons.7.hoc tit. Cōpetit aūt
162 legato ius dissoluendi.† ergo &c. Ad contra
rium dic non esse bonum argumentum a reuo
catione,quæ est odiosa,ad facultatem,quæ est
163 fauorabilis.†

Ad uerba facultatis,dic quòd intelliguntur
quando uellet dissoluere uel unire extra cau-
sas iuris.

Causa dissoluendæ unionis.

Causa autem dissoluendæ unionis iusta erit
164 †quando cessabit causa propter quam fa-
165 cta est unio. † ut si duæ parrochiales, quæ
propter paupertatem unitæ sunt. effectæ sint
potentes ad sustentandum sacerdotem, & alia
166 incumbentia onera.†ar.c.uacante,de præ-
bend.

Quæsitum est in materia unionum in Ro-
ta, an Regu. quæ uult quod expectantes fa-
ciant sibi prouideri infra mensem a die acce-
167 ptationis, † & publicare prouisionem in
tres menses.deinde infra numerum citare ad
iudicium,habeat locum, quādo quis facit uni
ri perpetuo alteri beneficio,beneficium quod
uacabit, & infra mensem acceptabit.

Visum est reg.non habere locum:quia unio
statim obtinet,quando secuta est acceptatio:
168 ideo prouisio non necessaria,† & per con-
sequens,nec mensis ad prouidendum,nec quę
sequuntur.& cui non adaptantur uerba regu
lę,nō adaptatur regula.Alexan. & alij. in.l.4.
§. prætor ait.ff. de dam. infec. Feli.in c.non-
nulli, prope fi.de resc.

SVMMARIVM.

1 *De dimembrationis materia.*

2 *Legatus si quando ecclesias dimembrare possit & ualeat.*

3 *Dimembrationē & dissolutionem unionis inter se differre.*

4 *Dimembrationem, siquādo unius ecclesiæ, plures fieri contingat.*

5 *Dissolutionem uerò unionis, si duarum, aliàs unitarum, ad pristinum statum reductio fiat.*

6 *Quòdque omnis dissolutio unionis, Dimembratio dici possit.*

7 *Legatum ex causa dimembrare, & ex una ecclesia, plures facere posse.*

8 *Episcopo pariter idipsum permissum fore.*

9 *Episcopum ex uno pingui beneficio, duo facere posse.*

10 *Episcopum Ministrum in ecclesia parrochiali deputare.*

11 *Item, ex redditibus pensionem sibi bene uisam cōstituere, & assignare.*

12 *Item, ex una præbenda, quandoque duas facere.*

13 *Duos autem ad unam intitulere minus licere.*

14 *Solemnitas in dimembratione, quæ nam adhibenda sit.*

15 *Rectorem nempe uocari, causam exprimi, tractatum haberi, & alia fieri, si quæ in rerum ecclesiæ alienatione fieri necessarium sit, & opportunum.*

16 *Dimembrationem, unione ipsa magis odiosam reputari.*

17 *Rectorem in dimembratione uocari, si quando minus necessarium.*

18 *Prælatis inferioribus ab episcopo & legato, si quando dimembratio permissa sit.*

19 *Papæ cōfirmatio & approbatio, in dimembrationibus quid operetur.*

20 *Ecclesiis diuisis, an priuilegia omnia communicari contingat.*

21 *Dimembrationem si irritari contingat, non seruatis modis & forma, in eadem adiectis.*

22 *Legatus si quando dignitates in ecclesia Cathedrali, uel collegiata supprimere possit.*

23 *Episcopum unire ecclesias, adimere bona unitis, alteri dare & dignitates supprimere.*

24 *Modificatio præcedentis dicti, quòd procedat, debita solemnitate seruata.*

25 *suppressioni locum esse, si quando fiat sine præiudicio illius, qui beneficium, uel dignitatem obtineat de præsenti.*

26 *Legatus si auctorizet alienationem rerum ecclesiæ, post constitutionem Pauli 2.*

27 *Auctorē se referre ad eius dicta in commetarijs extrauagantis Pauli, 2.*

28 *Legatum bona subiecta episcopali iurisdictioni ecclesiæ*

ecclesiæ alienare non posse.
29 *Legatum bona Cameræ apostolicæ confiscata, & incorporata, aliter non concedere.*
30 *Contrariam opinionem, Auctorem sentire.*
31 *Legatum in casu necessitatis, alienationes rerum ecclesiæ alienare.*
32 *Constitutio Pauli, an procedat, si quando bona alienantur de una ecclesia in aliam.*

De dimembratione.†

An legatus dimembret ecclesias.

Dimembratio, & dissol. unionis differunt.

2 DEcimoquinto, quæro, an legatus posit dimembrare † ecclesias. & ut intelligas, differunt dimẽbratio, & dis
3 solutio unionis, † cũ dimẽbratio sit unius ecclesiæ in
4 plures, † & dissolutio unionis sit duarum olim unitarum ad pristinũ sta
5 tum reductio, † quãuis etiam dissolutio unio
6 nis posit uocari dimembratio † secũdũ Rot. deci. 78. in anti. ad q. igitur, Reuerendissimũ legatum ex causa posse dimembrare, & ex una
7 ecclesia facere plures. † quoniam id potest Epi
8 scopus, † c. ad audientiam. de eccle. edi. Abba. in c. extirpandæ. §. quia uero, in ii. col. de præbẽ. dicens Episcopum ex uno pingui beneficio
9 posse † facere duo, idem Abba. in c. conquerente de cler. non resi. dicens Episcopũ posse po
10 nere ministrum in ecclesia parrochiali, † &
11 ex redditibus eius constituere pensionem † ministro. & in terminis q. nostræ tenet Cardi. consi. 65. Aegi. deci. 403. incip. legatus. Rot. deci. 229. in no. & tex. in d. c. uacante. etiam ex
12 causa potest ex una præbenda duas facere, † quanuis non posit duos ad unam intitulare,
13 † c. Tuę. & ibi de materia. de præben. Rom. in consil. 269. in 7. col. uers. 3. uideamus. & dicam in materia. pensionis li. vi. in 4. q. principali.

Quæ solemnitas in dimembratione.

Decimosexto quæro, an solemnitas sit adhibenda in dimembratione ecclesiæ per lega
14 tum? † Sol. illa quæ in alienatione. debet enim uetari rector, exprimi causa, habere tractatus,
15 & alia fuere, † quæ in alienatione rerum ecclesię fieri debent: de quibus in c. sine exceptione. xii. quæst. ij. & in c. dudum, de rebu. eccle. non alie. in 6. ita tenet Rot. in prælleg. deci. 229.

Dimembratio magis odiosa, quã unio.

Ex quibus colligitur, quòd dimẽbratio est
16 magis odiosa quàm unio, † ubi non est uo
17 candus rector necessario, † sed alia forte de causa: quia. s. spectatur tempus mortis ut dixi supra.

An prælati inferiores episcopo, dimembrent.

Decimoseptimo qro, an alii prælati præter Episcopum, & legatum, posint dimembrare?
18 † Sol. non possunt, secundum Rot. deci. 347. in no. dicent. dimembrationem huiusmodi, et factam à maiore Abbate, de beneficiis subditis etiam ex iustissima causa, non ualere.

Cõfirmatio Papæ in dimẽbrationibus quid operetur.

Decimooctauo quæro, quid operatur confirmatio Papæ, respectu dimembrationis fa
19 ctæ, † per legatum? Sol. uide Rot. decis. 230. in no.

An priuilegia omnia communicẽtur ecclesiis diuisis.

Decimonono quæro, an quando una ecclesia diuiditur in duas, priuilegia quæ erant
20 unius, sint ambarum? † Sol.

Ista q. haberet rationes hincinde, & posset multum disputari, sed terminatur per extrauagan. Io. 22. quæ incipit. sedes apostolica. de offi. deleg. & uult, quod priuilegia communicentur utrique.

An dimembratio irritetur, si non seruentur modi in ea appositi.

Vigesimo quæro, quid si legatus in dimembrando ecclesiam, apponat modũ: ut quia onerat conuentum, cui sit applicatio bonorum, uel ecclesiam nouam factam ex redditibus antiquę ad aliquid facien. quod nõ fit: an propter
21 hoc dimembratio irritetur? † Sol. si modus ille non sit resolubilis, dimembratio non fiet irrita, sed agetur ad resolutionem conditione ob causam Rot. deci. 231. in no.

An legatus supprimat dignitates.

Episcopus unit, adimit, & supprimit.

Vigesimoprimo q̃o, an legatus posit supprimere dignitates in ecclesia cathedrali, uel
22 collegiata: † uel aliàs minuere, uel et augere numerum canonicorum? Sol. de consensu capituli potest: quia hoc facit Episcopus. c. Cum accessissent, de consti. Oldra. consi. 182. Spec. in tit. de dispen. Episcopi. uersi. 120. & generaliter Episcopus unit ecclesias, adimit bona
23 unius & dat alteri, supprimit dignitates. † Vt per Abb. in c. unico ad fi. ut ecclesias benefi. quare idem poterit Legatus ex causa, ut ibi. & quantum dicitur, Episcopum posse adimere uni ecclesiæ, & dare alteri, intellige quòd serue
24 tur solemnitas debita: † ut per Abb. in c. j. de reb. eccl. nõ alie. in Legato consueuit fieri commissio super huiusmodi. Et quod dictũ est de suppressione, intellige, quòd fiat sine præiuditio eius, qui dignitatem, uel beneficium obti
25 net de præsenti. † Pet. de Anch. & alij in c. 2. de excess. præla. & notatur in c. dudum. de reb. ecc. non ali. in 6.

An legatus auctorizet alienationem rerum ecclesiæ.

Vigesimosecundo quæro, an legatus posit præstare auctoritatem alienationi rerum ecclesiarum hodie postquàm emanauit consti
26 tutio Pauli † in ea quæ dico in commento il
27 lius extrauagan. † uide Abb. in c. fi. de reb. eccle. non alie. quòd autem non posit aliena
28 re bona subiecta episcopali iurisdictioni ecclesiæ † Roma. uide eundem in c. cum uenissent. de insti. uide Specu. in titu. de dispen. leg. in fi. Et quòd non posit legatus concedere ali
29 cui bona confiscata cameræ apostolicæ. † uide Corneum in consi. 247. in primo uol. quòd

Legatus non concedit bona confiscata cameræ apostolicæ.

30 tamen non existimo usquàm uerum; † ex eo, quòd iste non est unus de casibus exce-

ptis in no.in c.quòd translationem.hoc titu. presertim quia cõmuniter in facul.legatorum hoc conceditur,præcipue quando bona non sunt adhuc incorporata fisco. Vnum tamen semper nota in materia alienationis, ꝙ quando aliqua necessitas immineret in alienando, & Papa non posset consuli, ualeret alienatio
31 auctorizata per legatum:†immo etiã per episcopum contra tenorem illius consuet..ut tenet Cardi.in Cle.j.de re.eccle.non alien.glo in c.placuit.12.q.2.& dixi late in prællegato cõmento.ubi posui multas limit.ad illam extrauagan.

Solet quæri in materia alienationis rerum ecclesiæ,an cõstitutio Pau.habeat locum quãdo bona alienantur de una ecclesia in aliam?
32 †hoc late disputaui in commento illius extrauagan.argu. quòd cũ omnes ecclesiæ sint una, & faciant unum patrimonium.c. nouatianus c. loquitur. 24. q.1. ratio prohibit. uidetur non militare.uide tamen quæ ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *De potestate legati in erigendo noua beneficia.*
2 *Legatos erigere beneficia, & ecclesias,causa subsisten.*
3 *Et id ipsum episcopis etiam permissum.*
4 *Legatum de latere unam ecclesiam suæ prouinciæ in conuentualem erigere posse.*
5 *Etiam si alteri Monasterio extra Prouinciam suam posito,subdita sit.*
6 *Legatum,exemptorum episcopum esse.*
7 *Legatum, licentiam construendi oratorium in loco exempto impartiri.*
8 *Ecclesiam secularem ad regularem statum reducendi.*
9 *Episcopum Monasterij suæ diocesis statum quandoque mutare posse.*
10 *Legatum,statum dictarum ecclesiarum alterare non posse.*
11 *Legatus si quando erigat dignitatem, & pro dote ecclesias uniat.*
12 *Erectionem,& unionem per se ipsam concessam esse.*
13 *Archidiaconatum, uel Archipresbiteratum de nouo erigere, soli Papæ reseruatum.*
14 *Legatum, episcopales dignitates uel quasi nõ erigere.*
15 *Legati factum, sedis apostolicæ factum reputare.*
16 *Legatus si quando erigat episcopatus.*
17 *Legatum,omnia posse si quæ de maioribus sint, & specialiter reseruata non appareant.*
18 *Episcopum, exigente populi necessitate, cathedram sibi subditam erigere.*
19 *Plebs,si quæ nunquam habuerit episcopum sine episcopi consensu non habebit.*
20 *Vna & eadem diocesis si quando duos episcopos habere possit.*
21 *Intellectus.c. cum inferior. de maiorit.& obed.*
22 *Intellectus.c. præcipimus 26. q.1. & c.1.22. dist.c.sicut unire,& c.mutationes.7.q.1.*
23 *Maiores causas referendas ad Papam,quo casu procedat.*
24 *Opinio Hostien.*
25 *Communis opinio.*
26 *Legatum in partibus ultramontanis, ubi de facili nõ potest consuli Papa,& Patriarcha,paria priuilegia Rom.Pont.habere.*
27 *Legatis erectionem ecclesiarum concedi,competenti dote assignata.*
28 *Dos competens pro ecclesia, quæ nam esse dicatur.*
29 *Legatus si quando ecclesiam parrochialem collegiatam facere possit.*
30 *Episcopum etiam idipsum præstare posse.*

De potestate legati in erigendo noua beneficia. †

1 ERigere possunt legati ecclesias, & noua beneficia subsistente causa,†sicut etiam Episcopi:quia hoc ampliat diuinum cultum, & non reperitur reseruatum Papæ. †ad hoc.c. fi. de rescri. in 6.de hoc extat cons.Cal.primum isto titu.dicentis, legatum de latere posse erigere unam ecclesiam suæ prouinciæ in conuentualem, † etiã si alteri monasterio extra suam prouinciam posito,subdita sit.†quia legatus est epus exemptorum.†Idẽ de.Epo firmat Abba. in c. qm̃.de ui.& hon.cler. est casus in c. pen. & fi. de eccle.edifi.tenet hoc Cal.cõs.x.de reb. eccl. non alie.glo.in c. auctoritate.de priuile. in 6. quæ dicit quod legatus põt dare licentiam cõstituendi oratorium in loco exempto. † adde Abba.in c.pen.de eccle.edifi. qui dicit ecclesiã secularem posse reduci ad statum regularem, †concurrẽtibus his, de quibus ibi per eum:& ibi.Henri.in 1.distin.

Legati erigunt beneficia, & ecclesias ex causa.

2

3

4

Etiam in conuentualem.

5

6

Idem in episcopo.

7

8

Et de ista materia,quomodo etiam Episcopus possit mutare statum monasterii suę diocesi,† uide Calde. cons.12. de reb.eccle. non alie.

Ecclesia secularis quã do ad statũ regularem.

9

Aduerte tamen, quòd nullo modo alterare
10 poterit statum illarum ecclesiarum,†de quibus fit mentio in c. deliberatione, cum super illis prohibeatur omnis ordinatio.hoc tamen intelligo, exceptis Cathedralibus, nisi subsit causa,& consentiant quorum interest.

Quas ecclesias non alteram legatus.

Ad

An legatus erigat dignitatē, & pro dote uniat ecclesias.

Ad hæc quæritur, an legatus possit erigere di-
gnitates in ecclesia Cathedrali de consensu ca-
11 pituli sine dote † uniendo ei loco dotis aliam
ecclesiam? Sol. potest, quia erectio, & unio per
12 se concessa sunt: † & hoc potest etiam Epi-
scopus. uide in deci. Bar. de reb. ec. non alie. 3.
intellige tamen indistincte de dignitatibus
omnino non nouis, ut quando uellet erigere
Archidiaconatum, uel Archipresbiteratum. de
alia uero dignitate omnino noua, uidet quòd
13 spectet ad Papam, † c. 1. 22. dist. ita de Episco-
po etiam concludit Feli. in c. Cum accessissent
in 6. col. uers. tertia concl. de consti. in legato
14 † tamen crederem hoc non procedere, dum-
modo nō instituat dignitates Episcopales, uel
14 quasi: † quoniam. c. 1. 22. distin. hoc non adi-
mit legato, cuius factum dicitur factum sedis
15 apostolicæ, † ut aliàs dixi: & inquantum dixi
quòd potest pro dote unire ecclesiam: quia se-
cus esset, si uellet non unire ecclesiam, sed adi-
mere partem bonorum eius, & dare dignitati
creatę, quia hoc non posset: nisi seruata ea sole-
nitate, quæ seruatur in alienatione rerum ec-
clesiarum, secundum Cald. in cons. 14. de præb.
incip. plebanus. & Feli. in d. c. Cū accessissent.
ubi etiam ponit de taxanda dote illius dignita-
tis nouæ erectæ.

An legatus erigat episcopatus.

Item quærit an legatus possit erigere Epi-
16 scopatus? † & uidetur posse: nam legatus po-
test omnia, etiam si sint de maioribus, quæ nō
17 sunt specialiter reseruata, † c. si Abbatem. ubi
glo. de elec. in 6. c. quòd translationem. hoc au-
tem non est de reseruatis: ergo &c.

Secundo, Episcopus, exigente populi neces-
18 sitate, erigit cathedram sibi subditam, † c. quo-
niam. §. prohibemus, de offi. ordi. qui casus est
unicus secundum Abba. ibi. Si potest Episco-
pus, tanto magis legatus.

Tertio, uidetur casus in c. multis consiliis.
16. q. 1. quando dicit, quòd plebs quę nunquā
habuit Episcopum, non habebit sine Epi con-
19 sensu. † ergo cum Episcopi consensu habe-
re potest, & non dicitur quod a Papa tantum:
ergo etiam a legato.

Non obstat, quòd una, & eadem diocę. non
20 debeat habere duos Episcopos, † ut dicit tex.
in. § prohibemus: quoniam, quando erigitur
noua dioecesis, iam sunt duæ, & non una.

Quarto, adducitur tex. in c. cum inferior. de
21 maio. & obedi. † ubi narratur de illo Archi-
episcopo, qui erexerat ecclesiam Cathedralem
in sua dioecesi: & quamuis doctores ibi supple-
ant, de licentia Papæ, tamen est diuinatio: quia
ponderatur, ne erectio Archiepiscopi &c. quia
frustra mandaretur factum quo ad refusionem
Archidiaconi.

Non obstare c. præcipimus. 26. q. 1. c. 1. 22.
22 dist. c. sicut unire. c. mutationes. 7. q. 1. † quia
loquuntur de suppressione, & unione Episco-
patuum, quorum ratio est diuersa.

Ad id, quod dicitur maiores causas referen-
23 das ad Papam, † dicitur, ista non esse de maio-
ribus, quando imminet necessitas, ut dicit Col-
let. in d. c. cum inferior. de maio. & obedien.
14 & istam opi. tenuit Host. † quæ forsan saluari
posset, quando erigeretur in cathedralem ali-
quis locus exemptus à iurisditione Episcopi:
quia tunc nulli fieret præiudicium.

Communis opi.

Communis tamen opi. est in contrarium,
25 † quam sequi expedit: quoniam in erigendo
Episcopatum, non potest esse tanta necessi-
tas quin possit consuli Papa, quando tamen
legatus esset in partibus ultramontanis, ubi
facile nō potest consuli Papa, & Patriarcha ha-
26 bent illa priuilegia paria Roman. Ponti. † ut
dictum est supra in casibus reseruatis Papæ,
posset sustineri opinio Hostien.

Erectio ecclesiarū conceditur leg. assignata competenti dote.

Aduerte tamen: quia in quantum concedi-
tur, legatis, & Episcopis, ut erigant ecclesias
nouas, intelligitur assignata competenti dote,
27 † c. 1. de censibus c. ad audientiam. de ecc. edi-
fi. c. nemo. de consecratione, dist. 1. quæ aūt sit

Quæ dos cōpetens pro ecclesia.

28 competens dos, † iura & doc. uario modo lo-
quuntur: nam glo. in c. nemo, uult redditus do-
tis ad minus sufficere duobus. idem tenet glo.
in c. proposuit. de fil. præsby. aliqui dicunt mi-
nus: de quo late per Ioannem de Syl. in tract.
de benefi. car. 26. uers. octauum requisitum.

Poterit et legatus facere ecclesiā parrochia-
29 lem collegiatam, † dum modo habeat dotem
competentem: quia & Episcopus id præstare
30 potest. † Abba. in c. qm̄. de. uit. & hon. cleri.

SVMMARIVM.

1 *DE potestate legati circa hospitalia.*
2 *Legatus de latere si quādo hospitalia committere possit & conferre.*
3 *Episcopo soli reseruatum, hospitalia cō mittere, uel conferre.*
4 *Legato minus licere hospitalia committere, uel conferre, nisi speciale ad id facultatē habuerit.*
5 *Opinionem præmissam in proximo. præced. num. 4. ut falsam improbat Auctor.*
6 *Auctoris distinctio in præmissis.*
7 *Intellectus clem. per literas, de præbend.*
8 *Mandatum de prouidendo personæ, qualiter procedat.*
9 *Redditus ecclesiæ ad id præcipue ordinatos, nempe ad ecclesiæ sustentationem.*
10 *Redditus hospitalium regulariter ad alios usus destinatos fore.*
11 *Redditus ecclesiarum pro parte ad pauperes spectare.*
12 *Mādatum de prouiden. legato iniunctam, siquan-*

De potestate legati circa hospitalia. †

1 INVALVIT falsa quædam sententia apud uulgares, legatũ de latere non posse committere hospitalia, neque conferre, † sed hanc potestatem soli Episcopo reseruatam, † per tex. in cle. quia contingit. de relig. dom. quod uidetur tenere. glo. in cle. per literas, in uer. prouidere, & in uer. apostolicis. de præben. Pet. de Perus. in tract. permut. in 4. parte. moti per tex. in d. cle. per literas. quando dicitur quòd per literas directas à sede apostolica, uel Legato eius, de prouidendo alicui clerico, nõ poterit prouideri de Xenodochijs, hospitalibus &c. nisi in literis Apostolicis caueatur expresse. † ergo non sufficit quòd in literis legatorum caueatur: quia legatus hoc non potest. ita ponderat glo. illũ tex. Quocirca in facultatibus Reuerendisimi d. mei de Medicis, specialiter cõcessa est auctoritas committendi hospitalia iuxta formam cle. Quia contingit. quòd si ipso iure licuisset, frustra priuileg. insereretur l. 1. C. de thesauris, li. x.

An legatus committat hospitalia.

2
3
4

5 Hanc tamen opi. ego existimo falsam: † tum quia inconueniens uidetur quicquam licere Episcopo, quod non liceat legato, ut sæpe inculcatum est: tum quia non est lex, quæ hoc uetet legato: quare ita distinguendum puto.

Quandoque Papa, uel legatus mandat prouideri alicui de beneficiis uacaturis, † & in tali mandato nõ in includuntur, in mandato Papæ propter defectum intentionis; in mandato legati, propter impotentiam. iste est proprie casus cle. per literas. † Et ita intelligo glo. Steph. & alios ibi. & ratio, quia talia mandata sunt ambitiosa. † Item quia quando mandatur prouideri personæ, apparet quòd prouideri debet de redditibus ecclesiæ, qui sunt præcipue ordinati ad sustentationẽ clericorum, † c. diaconi. 96. dist. c. 1. de celebratione missarum, ergo nõ debet prouideri de redditibus hospitaliũ, q. sunt deputati regulariter ad alios usus, † ut probat tex.

Distinctio in materia.

6
7
8
9
10
11

tex. in cle. quia contingit. quamuis etiam red-
11 ditus ecclesiæ in parte sint pauperum.† c. quatuor sunt genera c. de rebus. 12. q. 1. c. qui res ecclesię. de reb. eccl. non alie. non tamen ita specialiter. ideo legati potestas sit restricta in hoc ut non posit mandare prouideri clerico de hospitali, etiam si uellet.

Quid de hospitalibus, quæ in titulum assignatur.

Sed tunc dubitatur, an comprehendantur ea hospitalia quæ pro beneficio in titulum assi-
12 gnari solent. † gl. in cle. per literas, tenet non uenire sub huiusmodi mandato, nec etiam posse uenire, quando legatus id expresse uellet. quod satis concedo hoc casu: tum propter odium ipsius gratiæ, quæ est de uacaturo: tum quia hoc
13 mandatum in genere potest adimpleri † in beneficiis strictius sumptis, quanquam & ita tenuit Bonif. in d. cle. 2.

Dicunt tamen glo. ibi Pan. & Anch. & Imo. quod si esset ecclesia, cui esset annexũ hospitale, comprehenderetur sub tali mandato: quia ueniret tanquam accessorium. secus quando ecclesia esset annexa hospitali. & quod dicendũ, Si dubitaretur quòd esset annexum, quod principale, uide Domi. late in c. fi. hoc titul.

Quandoque uero agit legatus ut conferat, uel committat hospitale, quod uacat: & tunc cape duas concl.

Prima cōl.

Prima concl. neq; legatus, neque episcopus potest conferre hospitalia, quæ habent redditus deputatos ad usus pauperum, fabricam, uel
14 similia in titulum beneficij: † quia conferẽdo in titulum beneficialem, applicarent redditus prouiso contra naturam rei: quod facere
15 non possunt. † iste est casus cle. quia contingit. cui neque legatus, neque episcopus deroga
16 re pōt: quia conciliaris † per no. in c. dilectus de Fil. presby. non enim dantur perpetuò huiusmodi loca, sed ad tempus committuntur,
17 † quamuis gl. in d. cle. quia contingit. dicat hodie non seruari quòd dentur ad tempus, sed commissiones sunt perpetuò.

Fallit autem hoc, quando hospitalia huiusmodi essent ab initio instituta, ut darentur in
18 titulum beneficialem. † Item quando illis p electionem prouidetur, secuta superioris con-
19 firmatione, † ut d. cle. quia contingit. §. ut autem. quoniam istis duobus casibus, etiam per episcopum & per legatum poterunt dari in titulum. Nam si pōtest hoc episcopus in d. §. ut autem. tanto magis legatus, cum legatus pos-
20 sit conferre omnia beneficia. † quæ potestas
21 est late interpretanda, quia fauorabilis. † c. 1. hoc tit. in 6. appellatione autem beneficiorum,
22 ueniunt hospitalia huiusmodi † ut per Collec. in c. de multa in 4. col. de præb. uer. utrum uero auditor. & per Ioa. An. in c. 1. de in integrũ restitutione. qui dicit quòd in materia proportionali, appellatione beneficiorum ueniunt ho-
23 spitalia: † & intelligo quòd possunt disponere de istis electiuis, confirmando, uel aliàs de consensu electorum. non simpliciter disponendo.
24 † quamuis quoad legatum, si electores sunt ecclesiastici, potest simpliciter dici, quòd conferat c. dilectus hoc titulo. Et quod prædicta hospitalia conferantur per legatum, tenet Lap. in tract. hospitalium q. 43. dicens ita de facto seruari à legatis. & Steph. & Bonif. in cle. per literas. de præben. dicentes, legatum posse conferre eo casu, quo episcopus.

Legatus cõmittit administ. hospitalium iuxta formam cle. quia contingit.

Secunda concl. legatus potest committere administrationem hospitalium iuxta formam
25 cle. quia contingit. † sicut episcopus. Nam si episcopus, tanto fortius legatus. Ita tenet Car. & Steph. in d. cle. per literas. dicens quòd quãuis legati non possint dare literas ad hospitalia antequam uacent, tamen quando uacant, possunt committere eorum administrationem iuxta formam clem. quia contingit. Idem tenet Io. Bert. in suo Reper. in uer. hospitale. arguendo à fortiori. & Abb. in d. clem. per literas. & Gondis. in suo tract. q. 9. subdens tamen quòd legatus non potest disponere de hospitalibus
26 collegiatis † sicut non disponit de ecclesiis in c. deliberatione. quod non puto uerum quoad confirmationem: & etiam quoad dispositionẽ, res est mihi dubia, si sit tale, quod soleat committi per episcopum, uel conferri in titulum, tũ quia c. deliberatione loquens de ecclesiis, exorbitat: tum quia non comprehendit etiam collegiatas non electiuas, ut late dixi in materia collation. beneficiorum.

Ad illud, quod sit expressum in facultatibus, non obstat, per ea, quæ tradit Cal. consi. 7. hoc titulo.

Prophanis hospitalibus non prouidet legatus aut episcopus.

Et præmissa intelligo de hospitalibus ecclesiasticis. secus in prophanis, quibus neque lega
27 tus, neque episcopus prouidet. † d. cle. quia cõtingit. nam libera sunt huiusmodi: & Episco-
28 pus ab illis non exigit iura episcopalia † ut p Fed. consi. 25. In dubio autem, an hospitale sit religiosum uel prophanum, recurritur ad cõiec-
29 cturas, † ut si habeat campanile, altare, & similia. Feder. ubi supra doc. in c. potestatibus de priuil. Cal. in consi. 4. de relig. domi. Et quod ista hospitalia ciuitatum & locorum, ubi episcopi non habent institutionem, neque destitutionem, non possint prouideri per papam, est glo. in clemen. quia contingit. de relig. domi. doct. communiter in cle. per literas. de præbẽ. Ant. & Imo. in c. inter dilectos. de dona. Bald. in auth. hoc ius porrectum. in 2. col. C. de sac. san. eccl. & in l. orphanotrophos. C. de epis. & cler. Alex. in consi. 9. incip. Visis in dicto Themate in 2. uol. & in cons. 90. super eo. in 4. col. Et ita pronuntiaui ego de consensu Rotæ in cã
30 hospitalis de Castilione Aretino, † licet in di-

In dubio an hospitale cẽseatur religiosum.

cto hospitali esset oratoriū pro infirmis, ex quo non habebat campanam patentem: & hospitalarii erant consueti poni ad tempus uel ad uitā, ut illis laicis de fraternitate uidebatur: & non constabat aliquo tempore fuisse prouisum per papam, episcopum, uel legatum. Si tamen laici essent negligentes. in distribuendo bona inter pauperes, ut deberent, poterit nedum papa, sed legatus & episcopus committere huiusmodi hospitale alicui, qui recipiat pauperes, & alia

Quando laici sunt negligentes distribuendo bona inter pauperes.

31 pietatis opera substineat. † & hoc casu uendicat sibi locum opi. de qua per d. Curtium in cō

32 si. ult. post tract. feudorum, † qui nimis periculose asseuerauit ualere impetrationem factā de hospitalibus huiusmodi, quando fuit commissa cura bonorum: cuius fructus erogantur in pauperes. quæ opi. tanquam retrahens laicos a bono, est detestanda per no. in c. cum dilectus. de iur. patr. Nam secundum eius opi. facile subuerteretur pietas in multis hospitalibus, quæ per laicos egregie pie custodiuntur: & hospitalia huiusmodi non habent priuilegia piæ domus, nec iudicantur ecclesiastica quando epi

33 scopi auctoritas non interfuit, † & quando fraternitas laicorum arbitrio suo ponit & repo

34 nit rectores † Corn. in consi. 57. in 3. uol. col. 3. uide Rom. in consi. 477. in casu propositæ consultationis.

Et inquantum dicitur, hospitalia, quæ com

35 mittuntur non conferri in tit. est, † quia tituli perpetui esse debent. c. præcepta. 55. dist. c. decet. de reg. iur. in 6. commissio autem debet esse temporalis secundum tex. in d. cle. quia cōtingit. uerumtamen hodie secundum glo. ibi commissiones temporales non sunt in usu, sed perpetuæ committuntur: quæ commissiones perpetuę habent uim tituli secundum Lap. in tract. hospit. q. 23. unde alia ratio, quia commissio est respectu gubernat. siue perpetua, siue temporalis. & commissarij tenentur reddere rationem ut ibi.

An hospitalia possint uniri per legatum.

Quæritur modo, An hospitalia possint uni

36 ri per legatum? † Pet. de Perus. in trac. de unionibus. c. 4. col. 5. uer. 3. Quæritur an legatus. uno uerbo se expedit, dicens legatum non posse unire etiam ea quæ in titul. conferuntur,

37 † propter ea quæ dicit glos. in cle. per literas. inquantum illa glo. adimit collat. legato. In contrarium tamen est ueritas: quia potest conferre in casibus, & committere per præmissa. ergo & unire. quod intelligo uerum quādo unio fit ex causa, & non alteratur natura hospitalitatis. Immo aduerte, quia etiam si ista essent uera, legatus non potest conferre, uel committere talia hospitalia: non tamen sequitur quod non possit unire: quia episcopus unit etiam beneficia spectantia ad collationem alterius, ut dictum est in materia unionis.

An autem quando impetratur beneficium à legato, sit habenda mentio de hospitali? dic.

An quando impetratur à legato beneficium, sit habenda mētio de hospitali.

38 quòd habenda est † quando habetur in titul. uel perpetuo est commissum: quia commissio

39 perpetuo, & collatio ęquiparantur † Lap. in tract. hospitalium. q. 25. uide Collect. in c. ecclesia in 6. col. de sortil.

An hospitalia permutari possint. An & quādo teneantur reddere rationem, & cui.

40 Item, an hospitalia permutari possint? † uide eundem in c. exhibita. de rerum permut. & an hospitalarij nō requisiti teneantur reddere ra

41 tionem, † per eundem in c. potuit in si. de loc. & etiam cui reddent rationem in c. 1. de lib. oblat. & quòd Episcopo & consequenter legato si uoluerint. de materia hospitalium uide Feli. in c. de quarta. de præscript. Et an hospitale sit

42 impetrabile, † uide Curt. post tract. de feudis in d. consi. ult.

Itē quæritur, An reg. de infirmis resignantibus, habeat locum in resignationibus hospitalium, quę fiunt in curia: & committuntur alijs?

43 † Et uidetur non habere locum: quia Reg. loquitur de beneficijs & de eorum collatione. ergo non habet locum in hospitalibus, quorum administratio committitur. ad clemen. per literas.

SVMMARIVM.

1 *De permutatione.*

2 *Legato si detur beneficia permutare posse.*

3 *Itē si quando ecclesias collegiatas permutare possit & ualeat.*

4 *Legatū beneficia reseruata non permutare: non item alia, si quæ conferre non possit.*

5 *Legato si quando permutet beneficium iurispatronatus existen. patronis aliter non uocatis.*

6 *Legato, si quando permissum beneficia commendata permutandi.*

7 *Legatis facultatem concedi derogandi omnibus statutis.*

8 *De materia permutationis relatiuè.*

9 *Auctorem, tractatum de rerum permutatione compilasse.*

De permutatione. †

1 LEGATVS cum sit ordinarius prouinciæ, & possit in quacunque diœc. ea omnia, quæ potest episcopus, possit etiam permutationi omnium beneficiorum auctoritatem præstare: † c. quæ

2 situm. de rerum permutā. c. unico. eo. tit. in 6. hoc tenet Feder. in tract. de permut. & Egi. eo. tract. parte secunda. q. 6. qui dicit hoc procedere

dere etiam in deuolutis.

An permutat ecclesias collegiatas.

Fallit in permutation. ecclesiarum collegia
3 tarum,† quas conferre nequit:quia licet episcopus posset earum permutation. auctorizare,tamen legatus hoc non posset Cal. cons. 8.de rerum permut.Domi. post Lap. in c. 1. eo.tit.in 6. Et ratio quia in c. deliberatione prohibetur legato omnimoda ordinatio, & tamen permutatio est collatio cle.1.eo.tit.

Nec ualet si diceres electores consentient, quæritur etiam si non haberent electores,legatus non conferret,ut tenent communiter in d. c.deliberatione:ergo consensus electorum non est in consideratione.

Tamen ista opin. non placet,primo quoad collegiatas uel electiuas:quia secundum ueriorem opinionem,de qua supra lib. 3. q. legatus, confert collegiatas non electiuas.

Secundo,quia etiam si non conferret,tamẽ permutationi auctoritatem præstaret sicut episcopus.quoniam non est lex quæ hoc dicat:nec apparet alicubi uetitum legato,qui habet regulas generales per se.uide tamen Egi.in eadem q.qui post Alex. concludit ꝙ legatus non permutat reseruata, nec alia quæ conferre non po

An reseruata beneficia.

4 test.† & satis mihi placet opin. quòd non permutet reseruata papæ. quia antequam uacent, habent uinculum iniectum.Ad.c. 1.de re.permut. in 6. dic ꝙ loquitur in non reseruatis, licet quis haberet expectatiuas literas ad ea.nam manus ordinarij tunc ligantur: ita demum si ille acceptauerit infra mensem,& si uacauerit in mense papę. Vnde æquitas illius capituli non præiudicat expectanti.Ad id,quod dicitur, episcopum posse permutare ea, quæ non potest conferre. illud est quo ad inferiores collatores qui tantum præscripserunt collationem, & in alia non afficiunt beneficium.secus in casu nostro.& ista opin. fundatur in extrauag. Bonif. xij.q.incipit.Dudum. & in extrauag.execrabilis. quæ uolunt collationem factam per alium quàm per papam de beneficijs reseruatis,non ualere. Et ad c. 1. de rerum permut. in 6.aliter respon.potest.ꝙ loquitur in reseruatione,quæ fit ad instantiam partis, quę est odiosa,ideo restringenda ex æquitate illius.c. 1.non loquitur in reseruatione quæ respicit Papam, non personam: quæ fauorabilis est. ita respondet Egi.in eo.tract.parte. 4. q. 1. aliqui tamen tenuerunt æquitatem illius capituli generaliter obtinere etiã in reseruatis.ut tenuit D.Gemi.de Inghil. in suo Reptorio decisiuo. quod est in Bibliotecã ecclesia Florentina. & Alex. de Anti. eo.c.j.

Legatus quando permutat non uocatis patronis.

Vnum etiam not. in hac materia, quòd legatus potest permutare non uocatis patronis
5 † uel electoribus,omnes illas ecclesias quas ipsis inuitis conferre potest secundum Domi.& alios in d. c.1. immo etiã si neglectis patronis laicis,quibus derogare non potest,ualeret permutatio,donec residerentur Rot. decis. 307.& 331.in nouis.

Quæritur,an posint per legatum permuta
6 ri beneficia commendata?† Sol. quando commẽda est perpetua,& beneficia sunt talia, quę elegato conferri uel commendari posint permutato fierit poterit. secundum opi.de qua dixi.supra,in materia commendæ.q. ult.

Item,quæritur decem erant canonici cum præbendis: numerus est restrictus ad octo, ita ꝙ cedentibus uel decedentibus aliquibus ex eis,extinguatur canonicatus cum præbenda. an legatus posit permutare huiusmodi canonicatus,& præbendas? Imo.in c.fi.col.c. 3.uer. quarto quæritur. de rerum permut.ponens casum in statuto iurato, negat posse. Hodie uix eueniet,ut non posit: quia conceditur eisdem
7 facultas derogandi omnibus statutis.&c.†
8 De materia permutat. uide Egi. ubi supra
9 †& per nos in tract.nostro.de rerum permut. †

SVMMARIVM.

1 *DE coadiutoribus.*
2 *Legatus si coadiutores in beneficijs dare posit, & ualeat.*
3 *Episcopis etiam permissum coadiutores deputare.*
4 *Casus, in quibus coadiutorem deputari contingat.*
5 *Coadiutorem episcopo non dari nisi à Pontifice.*
6 *Mulier si coadiutrix dari posit.*
7 *Archiepiscopus licet det uisitatorem episcopo, coadiutorem tamen aliter non dare.*
8 *Coadiutores episcoporum, & legatorum temporales dari.*
9 *Et eorum officium morte illius,cui dati sunt,expirąre.*
10 *Ampliatio ad idem.*
11 *Coauditores de redditibus ecclesiæ alimenta consequi,cui deputantur,prouiso tamen prius Rectore principali.*
12 *Coadiutores dari etiam à capitulo,si quando episcopus insanus,sit & extra mentem.*
13 *Coaudiutoribus qui hodie dantur à Papa cum successione impediti,nihil ad legatum.*
14 *Coadiutores hodiernos hæredum loco eße: & pueros plerumq;, qui nedum coadiutore sed Pedagogo egerent.*
15 *Quòdque sub isto colore subintret fæda succesßio in ecclesia Dei.*
16 *Casus,in quo coadiutor ab episcopos datus, uel legato perpetuus reputari debeat.*
17 *Coadiutor si beneficia conferre posit,& ualeat.*
18 *Coadiutor,cuius ætatis esse debeat.*

DE

De coadiutoribus. †

Legatus an det coadiutores.

QVAERITVR, An legatus poſsit dare coadiutores in beneficijs? † & dicendũ
2 eſt poſſe in caſibus, ubi epiſcopi hoc poſſunt, † ut quan-
3 do Rector eccleſiæ ſenio cõfectus, aut morbo impeditus eſt. † de quibus uide late per Io. And. in ad
4 dit. ad Spec. in titul. de cler. ægrot. & per doc. in c. fi. eo. tit. Car. in cle. Egrot. in 6. ibi dicitur coadiutoris dationem fiendam Epiſcopo, eſſe de
5 maioribus, & ſoli papæ reſeruatam. † de iſtis etiam coadiutoribus tractat glo. in c. uenerabili, in uer. coadiutorem. de offi. leg. Et Archi. 7. q. 1. c. 1. & in c. 1. de cohabit. cler. & mil. ubi ar
6 guitur, an mulier poſsit dari Coadiutrix. † & per Abb. in c. fi. de cler. ægrot. quamuis Archiepiſcopus det uiſitatorem epiſcopo, non dat coa
7 diutorem † uide Phil. in c. 1. de cler. ægrot. in 6.

Coadiutorẽ epiſcopo dat ſolus Papa.

Et in ſumma, eſt notandum, Coadiutores, qui per epiſcopum uel legatum dantur, eſſe tẽ
8 porales. † ideo officium eorum expirare morte
9 eius, cui dati ſunt. † no. in c. grande. de ſup. neglo. præl. in 6. Et intelligo de morte tam ciuili,
10 quàm naturali. † glo. in c. 3. eo. tit. & li. & in §. Ecce. 7. q. 1. Et habent coadiutores alimenta. de redditibus eccleſię, cui dantur, prouiſo tamẽ
11 prius rectore principali. † de quo per Abb. in c. de Rectoribus, de cler. ægrot. ubi etiam ponit ad quem pertineat adminiſtratio.

Coadiutores epiſcoporum et legatorũ temporales.

Coadiutores alumnitur de bonis eccleſiæ.

Dantur etiam coadiutores per capitulum
12 epiſcopo inſano, & extra mentem, † iuxta ea quę loquũtur in d. c. unico. de cle. egrot. in 6. in §. ſi uero epiſcopus.

Coadiutores dantur a capitulo quando epiſcopus eſt inſanus.

De coadiutoribus autem, qui hodie dantur à papa cum ſucceſsione ad petitionem impedi-
13 ti, nihil ad legatum † uide. c. petiſti, cum c. ſequen. 7. q. 1. Sed tales, proh. pudor, hodie non ſunt coadiutores; ſed hæredes plerunque pueri, qui nedum coadiutore, ſed pedagogo ege-
14 rent. † & iſto colore intrat fœda ſucceſsio in
15 dei eccleſiam. † Nota tamen perpetuò unum caſum, quo coadiutor datus per epiſcopum uel
16 legatum, erit perpetuus, † uidelicet quando dabitur infirmo conſentienti, cui infirmo decernentur per epiſcopum alimenta in bonis beneficij. Abb. in c. tua nos. in fi. de cler. ægrot.

Coadiutores hodierni hæredes.

Caſus, ubi coadiutor epiſcopi perpetuus.

An autem coadiutor poſsit conferre benefi
17 cia, † uide Phil. in d. c. 1. de cler. ægro. in 6. In fi. qui refert opin. & diſtinguit. & Io. de turre crem. & poſt eum Alex. in c. ſcripſit. 7. q. 1.

Coadiutor an cõferat.

Et quòd coadiutor debeat eſſe eiuſdem æta
18 tis, † cuius & ille, cui datur, uide Abb. in c. fi. de cler. ægrot. ſi autem dicimus de commendatario, ut dixi in titul. de commen.

Coadiutor eiuſdẽ ætatis cum illo cui datur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus ſi quando plura beneficia uni conferre poſsit & ualeat.*
2 *Beneficiorum, quædam ſimplicia, alia uero duplicia, extare.*
3 *Beneficia ſimplicia, quæ nam eſſe intelligantur.*
4 *Beneficia duplicia, quæ ſint, & quare taliter duplicia nominari contingat.*
5 *Curata beneficia, quæ dicantur.*
6 *Eccleſia ſi quæ habeat baptiſmum, an curam animarum habere intelligatur.*
7 *Cura animarum quæ nam propriè eſſe dicatur.*
8 *Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, ad curam ſpectare.*
9 *Parrochiam, curæ partitionem eſſe.*
10 *Curam fori contentioſi, & pœnitentialis, in aliquo differre.*
11 *Parrochiæ quæcunque, præſit quòd populum regere teneatur.*
12 *Practica ponendi clauſulam, dummodo non ſint pluſquam duæ parrochiales.*
13 *Eccleſia ſi quæ parrochianos nõ habuerit de præſenti, an parrochialis dicatur.*
14 *Hoſtien. opinio in præmiſſis, quam ſecutus eſt Fed. de Sen. & Panormit.*
15 *Contrariam ſententiam, ſi qui teneant.*
16 *Eccleſiam curatam ſola epiſcopi deſtinatione effici, non autem ex acceſſu, uel regreſſu populi.*
17 *Auctorem, priorem opinionem ſectari.*
18 *Sepulturam, curam animarum non arguere.*
19 *Ius baptizandi, eccleſiam parrochialem aliter non facere.*
20 *Cura animarum in parrochialibus annexis, penes quem eſſe intelligatur.*
21 *Dignitas, & perſonatus, in quo differant, non de facili deprehendi poſſe.*
22 *Dignitas qualiter fiat, & quomodo dignoſci contingat.*
23 *Dignitatem non perpetuam, aliter non nocere ſuſtinetur.*
24 *Titulus ſi qui ſonet in nomen dignitatis à iure expreſsi, quòd utique dignitas eſſe intelligatur.*
25 *Dummodo in eccleſia prærogatiuam habuerit, tã in choro, quàm in capitulo, licet adminiſtrationem aliter non habuerit.*
26 *Archidiaconum Parmen. & Florentinum, nullam rerum adminiſtrationem, uel iuriſdictionem habere.*
27 *Titulus inſtitutus in eccleſia, ut ſit dignitas, quòd dicatur eſſe dignitas.*
28 *Officium exercens in eccleſia pertinens ad dignitatem, quòd dignitas non ſit, niſi dignitatem reputari contingat.*
29 *Niſi habuerit nomen, quod de iure in dignitatem ſonaret.*
30 *Subſtantiam rei, magis quàm conſuetudinem attendendam*

tendendam fore.
31 Substantia, quòd sit dignitas in ipsa consuetudine & reputatione existen.
32 Præeminẽtiam in choro, & dignitatis exercitiũ si quis habuerit, quòd non obstante communi reputatione, dignitatem habere dicatur.
33 Personatus quid sit.
34 Officium quid sit.
35 Nomina sonantia in dignitatem, quæ nam esse intelligantur.
36 Archidiaconatus, Præpositurã in ecclesiis collegiatis, & Thesaurariam in nomen dignitatis sonare.
37 Beneficiorum origo unde ortum duxerit.
38 Distributio de fructibus ecclesiæ in pauperes, qualiter fieri debeat.
39 Vrbanus primus de quo tempore floruerit.
40 Ecclesiæ, de quo potissimum tempore separatim ædificari cæperint, & illis dotes assignari pro ministrorum alimentis, & luminum conseruatione.
41 Beneficia in titulum dari de quo tempore introductum.
42 Beneficijs certos redditus assignare, etiam apud gentiles usui receptum.
43 Sacerdotia, quæ beneficia dicimus, qualia essent penes gentiles.
44 Numam Pompilium, flamines, & uestales instituisse, stipendia eisdem de publico assignando, Liuio auctore.
45 Constantinum Numam imitatus apud chistianos uectigalia publica ecclesiis destinasse.
46 Priuata sacerdotia, quænam esse intelligantur, quòd item publica præmissum fuit.
47 Potitiæ genti perpetua successione Aræ herculis curam commissam, auctore Liuio.
48 Beneficia, quæ iurispatronatus dicimus, qualianam esse intelligantur, & quomodo instituta fuerint.
49 Præsentationem in familia, & agnatione conseruari. item alimentorum ius, iuris patronatus factum concernere.
50 Sacerdotia apud Romanos distincta fuisse pinguia scilicet ab his quæ tenuia.
51 Sacerdotia plura, nobiles & magnos uiros, quandoque consecutos secundum Liuium.
52 Fabium Maximum Pontificem creatum, & duo sacerdotia habuisse.
53 Cæsarem anno. 17. flamen dialem designatum à Lucio Sylla, sacerdotio mulctatum secundum Suetonium.
54 Singulis beneficijs singulos ministros deseruire, etiam si beneficium tenuerit. de quo tempore introductum.
55 Beneficia plura uni conferre interdictũ esse, nec usquequaque permissum.
56 Ex redditibus beneficiorum nonnullos impinguatos, usque adeo, ut se se totos lasciuiæ dederint.
57 Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. incrassati enim & impinguati recalcitrauerunt. Prophetæ dictum.
58 Ex adipe iniquitatem procedere, Psalmista retulit.
59 Beneficia haben. & alia recipien. non alimenta siquidem, sed peccata suscipere.
60 Beneficia plura habere, ambitiosum esse.
61 Beneficiorum pluralitatem uetitam, & contrariam consuetudinem non ualere.
62 Personæ quantumuis exercitatæ, uno & eodem tempore duarum rerum officia committenda non esse.
63 Ecclesiæ uniuersali noxium simul atque turpissimum esse, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.
64 Beneficiorum multiplicitate, ecclesiæ statum decolorari.
65 Legatum cum episcopo ut habeat aliã dignitatẽ, aliter dispensare non posse.
66 Legato ad plura curata, uel dignitates dispensare non permissum.
67 Canonum progressus in prohibendo pluralitatem beneficiorum.
68 Episcopi iniunctum, ut habẽtes duo beneficia, alterum dimittere compellant.
69 Concilij lateranen. dispositio super prohibita beneficiorum pluralitate.
70 Dispositio. C. de multa suppletoria concilij lateranen.
71 Constitutio execrabilis, quid operetur & disponat.
72 Beneficiorum aceruum sacris canonibus quàm maxime odiosum esse.
73 Beneficiorum secundum curatum obtinenti, parrochianos absoluen. facultatem non competere.
74 Absolui quem non posse nisi à proprio Prælato.
75 Auctoris opin. refertur.
76 Parrochianos bona fide ductos, absolutos censeri in casu præmisso propter tollerantiam in beneficio.
77 Compostel. consilium refertur.
78 Beneficia plura si quando ex Papæ dispensatione quis possit habere.
79 Cum sublimibus & litteratis personis, Papam quo ad pluralitatem beneficiorum de facili dispensare consueuisse.
80 Papam in beneficialibus omnipotentem reputari.
81 Papam in Terris, superiorem non habere.
82 Et in eo plenitudinem potestatis esse.
83 Item, in eius dispensationibus de causa minus quærendum esse, cum semper præsumatur.
84 Dispensationem Papæ sine causa in foro conscientia aliter non prodesse.
85 In foro conscientia explosa quauis fictione meram

ram ueritatem attendi debere.

86 *Papa cum homo ſit, quòd & peccare ſiquidem poßit & ualeat.*

87 *Papam irrationabiliter diſpenſando, ſe & alios ad interitum adducere.*

88 *Diſpenſationem Papæ ſi quidem permiſſam, uerum non ſine cauſa.*

89 *Dißipatio, potius quàm diſpenſatio dicen. ſi quæ ratione careat.*

90 *Papa quòd paſtor is ſit, & tanquam diligens paterfamilias uerſari debeat, diuinæ uoluntati ſe ſe in omnibus confirmando.*

91 *Diſpenſationis materiam remißiue tractari.*

92 *Si quos paßim ad beneficiorum cumulos diſpenſari contingat infælices reputan.*

93 *Auctoris excuſatio, factum Pontificis, improbã petentium importunitatem metiri.*

94 *De cuius ſanctitate dubitare, nephas eſſe uidetur.*

95 *Literati & nobiles quibus cum ſuper beneficiorum pluralitate diſpenſari contingit, quòd nihil retinere poßint, præter decentiam uictus & ueſtitus.*

96 *Item, ſi quæ ſuperſint, in pauperum uſus erogare teneantur.*

97 *Diſpenſationem commendari in caſu præmiſſo, pro honeſta ſuſtentatione uitæ, ſecundum qualitatem perſonæ.*

98 *Legatus uel epiſcopus, ſi quando ex cauſa ſuper incompatibilitate diſpenſet.*

99 *Diſtinctio in materia diſpenſationis ſuper incõpatibilitate præmiſſa.*

100 *Epiſcopo, ut quis habeat duas dignitates in eadem eccleſia, ex cauſa diſpenſare permiſſum eſſe.*

101 *Communis doctorum ſententia in præmiſſis.*

102 *Diſpenſationem quancunque in eccleſiæ utilitatem fieri debere.*

103 *Papæ etiam interdictũ aliter diſpenſare, quàm in eccleſiæ utilitatem.*

104 *Diſpoſitionem c. de multa, conciliarem eſſe reſpectu cuius non epiſcopum, non item legatum diſpenſare.*

105 *Auctoris opinio refertur.*

106 *Iuramentum, uinculum Dei eſſe, nec aliter ligare, ſi quando minus rationabile exiſtat.*

107 *Papam ſcire eccleſiarum neceßitates, de facili non præſumi.*

108 *Eccleſiam de facili neceſſarijs fraudari poſſe, nemine promouente eius neceßitatem.*

109 *Ordinarijs poteſtatem auctorizandi alienationi rerum eccleſiarum uigore conſtitutionis Pauli ſecundi ademptam eſſe.*

110 *Iudicibus impetratis à partibus cognitionem alienationis bonorum eccleſiaſticorum paſſim committi conſueuiße.*

111 *Et quos facilius corrumpere, & decipere quàm ordinarios.*

112 *Item, conſimiles iudices taxas recipere in ipſius eccleſiæ damnum.*

113 *Vtilitatem eum concomitari, pro cuius parte cum eccleſia contrahitur. aliàs autem uix unquam contrahi contingeret.*

114 *Auctorem de tempore legationis Reuerendiſſimi ſui, alienationes eccleſiaſticorum bonorũ ordinarijs committere conſueuiſſe.*

115 *Et idipſum in curia ſeruari conſultius fore.*

116 *Sedis apoſtolicæ appellatione, ſi quando ueniat legatus.*

117 *Neceßitatem licitum inducere, quandoque licet non uſquequaque licitum.*

118 *Diſpenſationem quancunque, ob utilitatem eccleſiæ fieri, ſi quando uerum, uel minus uerum, diſcutitur.*

119 *Intellectus. c. de multa.*

120 *Legatus ſi quando cum illegitimo diſpenſare poßit in eccleſiæ utilitatem.*

121 *Opinio Gondiſalui refertur.*

122 *Auctoris oppoſitio diſcutitur.*

123 *Beneficiorum pluralitatem per uiam commendæ, penes aliquem eſſe, minus improbatur quàm ſi quæ medio tituli fieri contingat.*

124 *Epiſcopum, nec legatum plures eccleſias commendare poſſe ultra ſex menſes.*

125 *Diſpenſatus ad duo curata, ſi quando ſuper nõ reſidentia etiam diſpenſatus intelligatur.*

126 *Qui uult unum, & omnia neceßario conſecutiua uelle intelligitur.*

127 *Diſpenſatum ad unum, & ad omnia conſecutiua diſpenſatum intelligi.*

128 *Reſidere ſi quando quis teneatur, modo in uno, modo in alio beneficio, ſi quæ habeat.*

129 *Facultates legati de medicis referuntur in materia diſpenſandi ad plura incompatibilia, cũ nobilibus & graduatis familiaribus.*

130 *Familiares ad effectum præmiſſum, qui nam eſſe intelligantur.*

131 *Familiaritatem ſi quando ceßare contingat, uel retinere.*

132 *Familiaritatem minus ueram in literis legatorum expreſſam, cenſuris ſubiectam, & familiares huiuſmodi excommunicatos eſſe.*

133 *Familiares nominatos in legatorum literis, cũ nõ ſint impetrationi ſubreptitiæ, obnoxios fore.*

134 *Familiaritatem quo medio probari contingat.*

135 *Legatus ſi motu proprio aliquem in familiarem ſuum nominauerit, ſi pro familiaritate præſumatur.*

136 *Familiarem quem reputari, etiam ſi quãdo proprijs ſumptibus & expen. eundem uiuere contigerit.*

147 *Papæ aſſerenti quem eſſe familiarem ſuum, ſi quando ſtandum ſit.*

138 *Graduati qui nam eſſe intelligantur, quibus cum ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſari contingat.*

Docto-

139 *Doctores in iure, & magistros in Theologia uel artibus, dispensatione præmissa, gaudere.*
140 *Licentiatis & Baccalarijs si taliter prouisum sit, remissiuè.*
141 *Licentiatos in materia sui natura fauorabili, Doctorum appellatione uenire.*
142 *Doctor factus à Comite palatino, uel Magister ignorans, si præmissa prærogatiua gaudere intelligatur, respectu pluralitatis beneficiorum, uel incompatibilitatis, ut secundis pensari possit.*
143 *Graduatis propter literas priuilegia concedi.*
144 *Ecclesiam Dei uiris litteratis quàm maxime indigere.*
145 *Ignorantiã in omni hominum genere damnandam fore: in clericis uero nulla siquidem excusatione dignam reputari.*
146 *Scientiam si quis à se repellat, quòd sacerdotio indignus idem sit.*
147 *Illiteratos ab ordinibus repellendos esse.*
148 *Illiteratum magis odiosum esse quàm homicida.*
149 *Graduatos præsumptionem habere quòd literis imbuti reputentur.*
150 *Dispensatus ad duo, si & tertium adeptus sit, quod nam uacare dicatur.*
151 *De clausulis dispensationum si quando mentionem fieri contingat.*
152 *Clausulæ dispensationum quid operentur.*
153 *Incompatibile si quis habuerit, & alterum adeptus sit, unum dimittere, alterum uero retinere posse certi iuris esse.*
154 *Permissionem à lege inductam, latiorem interpretationem recipere quàm si quæ ab homine fieri contingat.*
155 *Dispositio clem. si plures. quo casu procedat & locum sibi uindicet.*
156 *Dispensatus ad annum si quando quartum non dimittat post annum.*
157 *Titulum non habuisse, uel postmodum ad non titulum deuenisse, paria reputari.*
158 *Beneficium si quis dimiserit, reseruatis sibi fructibus, an dicatur uere, & cum effectu dimisisse ad finem, & effectum dispensationis ad plura.*
159 *Beneficium cuipiam habere permissum præuia canonica institutione, & non aliàs.*
160 *Prælatum dici, si quis titulum habuerit, non autem si fructus ex quocunque legitimo administrationis titulo consequatur.*
161 *Reseruatarum fructuum titulum non habere.*
161 *Duos intitulatos respectu unius, & eiusdem beneficij iura abhorrere.*
163 *Beneficij uacatio ipso facto insurgens, quòd pœnalis sit.*
164 *Ecclesiæ ministerium, si quando ueniat explican. per alium fructus non haben.*
165 *Quo casu fructus incompatibilitatem non inducere sustinetur.*
166 *Fructus beneficiorum in mera temporalitate consistere.*
167 *Vsufructuarium in casu præmisso, eos tantum percipere fructus, si qui supersint, deductis expen. ministrorum, qui ecclesiæ seruiunt.*
168 *Contrariam sententiam firmiori æquitate subnixam.*
169 *Viam aperiri ad tenendum cum effectu plura incompatibilia absque dispensatione, minus licere.*
170 *Auaritia & ambitione plerumque duci clericos ad beneficia obtinen. non tituli cupiditate.*
171 *Fraudibus occurrendum esse.*
172 *Quod una uia non conceditur, nõ item alia permittendum.*
173 *Legis mentem attendendam fore.*
174 *Dispensationem ad plura incompatibilia à ciuili, naturali, & diuina ratione deuiam esse.*
175 *Dispensationes huiusmodi, quòd prima uice ut plurimum finiantur.*
176 *Verba cum effectu siquidem intelligenda esse.*
177 *Beneficium realiter & cum effectu dimisisse non intelligi, si quem fructus retineri contigerit.*
178 *Beneficium si quis receperit, reseruatis fructibus alteri, quòd non dicatur cum effectu beneficiatus.*
179 *Beneficium cum effectu dimitten. constitutionis execrabilis dispositione prouisum.*
180 *Beneficiatus per adeptionem secundi incompatibilis, primum cum effectu dimittere debet, ad euitan. pœnam extrauagan. execrabilis.*
181 *Contraria qualiter dissoluantur in articulo præmisso.*
182 *Intellectus Clementinæ Gratiæ. & quo casu illius dispositio procedat.*
183 *Dispensatus ad duo, habens unum in effectu, & expectans aliud, si quando per assecutionem tertij, perdat ius gratiæ & beneficij remissiuè.*
184 *Legatus, cui permissa est dispensandi facultas, an c. de multa derogare liceat super pluraritate.*
185 *Legato ex se legum, & canonum dispositioni minus derogare permissum.*
186 *Legatum dispensationem suam non ualidare ex derogatione, sed superioris auctoritate.*
187 *Superior si quando concesserit legato potestatem, non obstan. c. de multa & alijs legibus in uim facultatis sibi attributæ, legatum dispensari.*
188 *Nulli plura beneficia retinere permissum.*

Limi-

1 An legatus possit plura beneficia uni conferre. †

Beneficiorū diuisio.

VT rem hanc teneas, scias quædam esse beneficia duplicia: quædam simplicia.
2 † duplicia, quæ curam animarum habent, uel sunt dignitates, aut personatus.

Beneficia simplicia quæ sint.

Simplicia uero, quæ non sunt huiusmodi ut præbendæ, capellaniæ,
3 & huiusmodi. † Spec. in titu. de dispen. in rub. quid iuris sit de disp. uers. illud autem. Hostien. in summ. hoc titulo, uersi. quis possit dispen.

Duplicia quæ sint simplicia quare.

Duplicia tripliciter constant: quia curata:
4 quia dignitates: quia personatus. † Simplicia: quia canonicatus, uel inferiora Canonicatu. Card. in cle. 1. in 1. q. de præben.

Curata quæ sint.

Curata dicuntur quæ curam animarum ha-
5 bent, † siue in foro contentioso, siue pœnitentiali, ut quando ecclesia habet parrochiam; uel quia habet iùs excommunicandi, & interdicendi: quòd ad forum contentiosum spectat. c. dudum, ubi Inno. & alii de elec. Inno. & Abba. in c. de multa. ad fin. de præbend. Cardi. & Imo. post Pau. in clemen. 1. de Baptismo, ubi disputant an ex eo quòd ecclesia habet baptismum, dicatur habere cu-
6 ram animarum? † Innocē. in c. Cum satis de offi. Archidia. Specu. in titulo de dispen. §. dicendum restat. uers. sed quæritur, quod beneficium.

Cura animarum proprie.

Et hoc, quod dixi, ecclesiam curatam, siue sit cura fori cōtentiosi, siue pęnitētialis, procedit in materia nostra: aliàs proprie loquendo, cu-
7 ra animarum dicitur † quæ necessario dat ec-
8 clesiastica sacramenta † his, qui ab ea tenentur eadem recipere, secundum glo. In cle. dudum, de Sepul. quod proprie est ecclesiæ haben
9 tis parrochiam. † Cum parrochia sit curæ par
9 titio, † quòd tenetur reddere rationem ouium sibi cōmissarum in die extremi iudicij. c. 1. 13. quæst. 1.

Cura fori cōtētiosi, & pœnitētialis differt.

Interest hoc inter utranque curam, quòd ea,
10 quæ est fori contentiosi, dicitur dignior. † qđ magis accidit papæ. Card. & Imo. in clem. 1. in 7. q. de præben. fori uero pęnitētialis onerosior & magis necessaria maiorem requirens diligētiam. d. c. 1. 13. q. 1. c. omnis utriusque. de pœn. & remissio, quare facilius, ut quis sit pluralis in beneficijs curę fori contentiosi, quàm pęnitētialis, cum ille, qui habet parrochiam, dicatur
11 populum regere. † c. 1. de cap. mona. unde ecclesiæ parrochiales habent multa specialia, de quibus per Io. An. in c. nemo. de elec. in 6.

Practica ponendi clau. dūmodo non sint plusquā duæ parrochiales.

12 Hinc efluxit moderna practica curiæ, † qđ quando aliquis dispensatur ad 3. quatuorve incompatibilia per papam uel legatum sufficiēti auctoritate munitam, semper limitatur, dummodo non sint plures quàm duæ parrochiales ecclesiæ.

Ecclesia, quæ nūc nō habet parrochianos, an parrochialis.

Et tunc dubitatur, an in huiusmodi casibus, ecclesia, quæ olim habuit, sed nunc non habet
13 parrochianos, dicatur parrochialis? † Hostiē. in c. licet canon. de elect. & in c. quia nonnulli de cler. non resi. tenuit ecclesiam huiusmodi non iudicari parochialem: cui astipulantur, Fe
14 der. in consi. 135. & Panor. † in cle. 1. de offi. uic. contrarium tenent Inno. Calde. Car. in d. c. de multa. Spec. hoc titu, §. uidendum, uer. Sed quia. Archid. in c. licet canon. de elect. in 6.
15 † dicentes ecclesiam esse curatam ex destinatione episcopi, non ex accessu uel regressu po-

16 pulorum.† ego sequor primam opin.† quia
17 tunc cessat ratio restrictionis. quod satis uidetur etiam de mente Abba.in d.c.de multa. dubium tamen postea est,quid si parrochiani reuerterentur.

Sepultura non arguit curam animarum.

Vnum tamen nota, quòd non sequitur. in ista ecclesia sepeliuntur homines, ergo illa
18 est curata.† Feder.eo. consi. 135. Archid. in c.1.de sepul.in 6.glo.in cle. per literas. de præben. Hostie. in c.quia nonnulli.de cler.non resi. Item neque ius baptizandi facit ecclesiam
19 parrochialem.† Fed. ubi supra.Pau.in cle.1. de baptismo. quid autem dicendũ sit de ecclesiis parrochialibus annexis præbendis, apud
20 quem dicatur esse curá,† an apud uicarium perpetuum,an apud uero canonicum ad effectum incompatibilitatis?uide Abba.in c. Qui uero.in 4.col.uersi.quæro penes quẽ de præb.

Ius baptizãdi non facit ecclesiã parrochialem.

Apud quem sit cura animarum in parrochialibus annexis.

Dignitas personatus quomodo differant, non facile deprehenditur.

Dignitas autem,& personatus quid sint, & quomodo inuicem differant,non facile est de-
21 prehendere,†cum multotiens confundantur c.Cùm accessissent.de consti. ex dictis tamen domini Archi.& aliorum in c.1. de consuetu. Abba.& aliorum in c.de multa.de præben. colligi possunt infrascripta.

Dignitas quõ fit, & cognoscitur.

Omnis administratio perpetua cum iurisdictione facit dignitatem ecclesiasticam ad ef-
22 fectum causandæ incompatibilitatis.† tales sunt Abbates, plebani, qui præsunt ecclesijs collegiatis.Panor.in cle.1.de elec.in cle.ne in agro. de statu. monach.addidi perpetua: quia
23 dignitas, quæ est perpetua, non nocet,† ut patet in uicario Episcopi.glo.in cle. Et si principalis.de rescrip.in c.1.de offi. uica.in.6.Abbas in d.c.de multa.

Dignitas non perpetua non nocet.

Omnis titulus sonans in nomen dignitatis
24 a iure express. est dignitas,† dummodo habeat prærogatiuam in ecclesia,tam in Choro, quàm in capitulo, licet non habeat admini-
25 strationem uel iurisdictionem rerum,† ut patet in Archidiacono parmensi, & etiam in flo-
26 rentino,† Arch.in d.c.1.Inno.in c.de multa. quanuis Abba. aliter ibi intelligat.

Quando titulus fuit institutus in ecclesia,
27 ut esset dignitas,erit dignitas.†Inno. Abba. in c. de multa. licet quis exerceat in ecclesia officium pertinens ad aliquam dignitatẽ, non erit dignitas, nisi in loco reputetur dignitas,
28 †Inno.in c.de multa:quod intelligo, nisi haberet nomen, quod de iure sonaret dignita-
29 tem,†propter ea,quæ dicta sunt. Abba.tamẽ reprehendit Innocẽ.dicens attendendam ma-
30 gis substantiam rei, quàm consuetudinem.† sed decipitur: quia substantia,dignitas est in
31 ipsa consuetudine, & reputatione,† secundum ea,quæ tradit Bar.in l.1.C. de dignit. li. x. accidere enim potest, ut ultimus canonicus uel capellanus habeat aliquod exercitium ex his,quæ pertinent ad dignitatem. non eo inficias, quòd si quis haberet præeminentiam in choro, & exercitium dignitatis, non obstante communi reputatione,diceretur habe-
32 re dignitatem:† quia aliàs esset repugnantia:neque hoc diffitetur Inno.

Reputatio communis facit dignitatem.

Personatus quid sit.

Personatus est,quando aliquis habet prærogatiuam in choro,uel capitulo, in processionibus,& uocibus dandis plusquam alii cano-
33 nici sui ordinis,† Archi.ubi supra.

Officiũ quid sit.

Officium uero est habens administrationem aliquarum rerum sine prærogatiua in
34 choro, uel capitulo,†ut sacrista, hostiarius, & huiusmodi. Archidia.ubi suprà: quæ officia non inducunt incompatibilitatem nisi in eadem ecclesia c.1.de consuetudi.in 6.uide doct. Abba.in c.de multa.

Hæc tamen præcedentia signa ita tene; ut scias omnem dignitatem posse uocari personatum:quod parum refert: quia eadem incompatibilitatis ratio.

Nomina sonãtia dignitatem.

35 Nomina sonantia dignitatem, sunt,† Archidiaconatus, præpositura in ecclesiis collegiatis. Ant.in c.de multa. sed quid de Thesauraria? Abba.in c.de multa. refert inter nomina
36 dignitatem.† uide tamen eundem in consi. 93.in 2.uolu.& in c.super his. in 5.col. de rescrip.Rot.decis. 173. in nouis.Mile.in reperto.in uers. dignitas. qui aliter loquitur.& de materia ista uide plane Archidia.Domi. Phili. in d.c.1.Ioan.And.Ant. Abba.in c. de multa. glos. in c. denique 4. distin.Car. post alios in cle.1.de præbend. & in cons.36.& 62. Areti. cons.23.& de pluribus nominibus beneficiorum uide Hostien.in summ.de pręben.

Thesauraria an dignitas.

Origo beneficiorum.

Item,ut nihil antiquitatis ignoretur: scito in primitiua ecclesia nullum clericum habuis-
37 se beneficium:† quia omnes Christiani propria uendebant, & offerebant ad pedes Apostolorum,ut pauperibus distribuerẽtur.postea uidentes præstare reipublicę Christianę si prædia emerentur, & ex eorum fructibus pauperes alerentur: prædia sunt empta,& cathedralibus ecclesiis applicata, ut fructus eorum per Episcopos in pauperes distribuerentur c. dilectissimis c.uidentes.12.q.1.

Quomodo distribuebãtur fructus ecclesiæ in pauperes.

Quæ tamen distributio in pauperes ita fie-
38 bat,† ut prius subueniretur indigentię ministrorum ecclesiæ.c.cum secundum. de præben. quod inuentum ascribitur Vrbano pri-
39 mo,qui floruit,† anno DCCXXVII.tpe Heliogabali, ut refert Plati. qui dicit eum ordinasse ut omnes prouentus castis clericis distribuerentur. successu uero temporis cœperunt ecclesiæ separatim edificari, & illis dotes assignari pro ministrorum alimentis

40 tis, & luminum conseruatione. † c. nemo. de consec. distinct. 1. & de eccle. edifi. per totum, & secundum ista tempora cœperunt
41 esse beneficia, & in titulum dari. † Canonicatus cum præbendis ab illa ecclesiæ communitate diuidi sub hoc colore, quòd fierent de portione substantiæ, cuius fructus ueniebant diuidendi inter ministros, ut patet toto titulo de præbend. & de concessio. præben. aliàs enim bona erant in confuso: & prima pars redditũ dabatur p̄lato, secunda ministris, tertia fabricæ. quarta pauperibus. c. quatuor. c. de redditibus eum. c. seq. xii. q. 2. c. 1. de eccle. edifi. ubi doct. Hic tamen animaduertendũ, quòd usus iste assignandi redditus proprios beneficiis, erat etiam apud gentiles,
42 † quandoquidem sacerdotia eorum, quæ nos
43 beneficia nuncupamus, † quandoque erant publica, quandoq; priuata. publica erant templa, quæ per principes, & resp. ædificabantur. his ex publico redditus, unde sacerdotes alerentur, impendebantur. ut enim inquit Liui. Numa Pompo. cum flamines, & uestales in-
44 stituisset, stipendia eis de publico statuit: † quod, & Constantinus imitatus, apud Christianos uectigalia publica ecclesijs magnis de-
45 stinauit, † ut refert hist. tripartita lib. 9. pri-
46 uata uero sacerdotia erant, † quæ quis in fundis propriis constituebat: quæ gentilitia, seu familiaria dicebantur, quòd unius familiæ seu gentis essent. Nam sacra illius priuatæ ædis per aliquem de familia exercebant, & is redditus eorum percipiebat, sicut legimus de gente Potitia, cui perpetua successione cõ-
47 missa erat cura Aræ herculis. † ut refert Liui. lib. 9. ab urbe condita. hæc sunt illa beneficia, quę nos iuris patr. nuncupamus, in quibus ea adhuc prisci moris argumenta seruantur.
48 † ut præsentatio conseruetur in familia. Item
49 & alimentorum ius, † c. piæ mentis. c. frigentius. xvi. q. 7. Distincta igitur erant, & apud
50 Roma. sacerdotia pinguia, † adeo ut nobiles ac magnos uiros quandoque plura sacer-
51 dotia consecutos fuisse, † legamus. ait enim Liui. lib. 30. Fabium Maxi. Pont. creatum, &
52 duo sacerdotia habuisse. † quandoque unum & quidem opulentum. unde ait Suet. de Cæsare, quòd cum anno xvij. flamen dialis desi-
53 gnatus esset a Lucio Sylla, sacerdotio mulctatus est. †

Singulis beneficiis singuli ministri.

Quo igitur tempore cepta sunt beneficia cũ suis dotibus erigi, apud Christianos ceperunt ministri multiplicari: fuitque ordinatum ut in singulis beneficijs, singuli clerici deseruirent,
54 etiam si beneficium tenue esset. † c. 1. de celeb. miss. c. conquerente. de cler. non resi. est enim indecens, et ciuili iure, ut quis duobus
55 stipendijs honoretur, † l. 1. ff. de colleg. illic. l. 14. C. qui mil. non possunt. facit. l. generaliter. §. spurios l. eos. ff. de decur. Et hoc expresse dicit Imperator in authen. ut determi. sit mini. §. quoniam. Et in authen. ut cleri. qui recedunt §. 1. facit c. quia in tantum. de præben. c. literas de concess. præben. c. 1. 21. q. 1. & dicit Abba. in c. ad hoc. de præben. quòd habere plura beneficia, est cõtra rationem recti sermonis: quia aliquando unum opporteret dicere, domini Canonici, & domini rectores. Item, est contra ius naturale, diuinum, & canonicum, & ciuile. Nam si uni dantur plura, sequitur quòd unus esurit; alius ebrius est: contra dictum apostoli. Item, & morum relaxatio. multi enim qui honestam uitam ducebant, ex redditibus beneficiorũ impugnati, lasciuijs sese totos dede-

Ratio quare plura beneficia, non sunt cõferenda.

56 re: † contra quos inuehit propheta, dicens. filios enutriui, & exaltaui: ipsi aũt spreuerunt me. Incrassati enim impinguati recalcitra-
57 uerunt. † ibi extrauagan. Ioan. xxij. execrabilis.

Quare dicit præf. ex adipe procedit iniqui-
58 tas. † unde dixit tex. in c. pastor, & in c. clericus. 1. q. 2. qui habentes beneficia alia recipi-
59 unt, non alimenta sed peccata suscipiunt. †
60 Itẽ, est ambitiosum, † ut per Abba. in c. quia in tantum. enumerantem omnes causas uetitæ pluralitatis beneficiorum: & dicentem non
61 ualere consuetudinem in contrarium, † ad hæc semper uidebis elegantem text. in c. singula. 89. distin. qui dicit quantumlibet exercitatæ personæ uno tempore duarum rerum of-
62 ficia committenda non esse. † quia ecclesiæ uniuersali noxium simul atque turpissimum est, si singula rerum ministeria personis toti-
63 dẽ non fuerint distributa. † & ibi adducuntur multæ rationes, & præcipue decolorationis sta-
64 tus ecclesiæ, † p̄p quod dicebat Io. de deo. ibidẽ relatus p̄ Io. de turre. cr.

Quòd legatus non poterat dispẽsare cum
65 episcopo, ut haberet aliam dignitatem. †

Attamen, quia aliquotiens eueniebat, ut nõ reperirẽtur qui ob redditunm tenuitatẽ, ecclesiæ deseruire uellẽt, ceptũ est consuetudine induci, ut in q̄busdã b̄n̄ficijs non resideretur. p̄p quod non est uisum inconueniens ut duobus ex istis præficeretur unus, per alios atque alios tamen modos: neq; enim potuit consuetudo hæc efficere, ut in duabus curatis ecclesiis intitularetur quisquã. c. conquerente. de cleri non resi. Sed inuentæ sunt uniones, cõmendę, dispensationes superiorũ: quos omnes modos ut clare absoluam conclu. & limitationibus, tota hæc materia quam breuiter expedietur. prima igitur conclu.

Consuetudo induxit, ut in quibusdã beneficiis nõ resideretur.

Ex multiplicitate beneficiorum decoloratur status ecclesiæ.

Nullus põt obtinere plures ecclesias curatas, uel dignitates, aut p̄sonatus, et de licentia
66 legati. † c. de multa. de pręb. Rot. deci. 286. in-

Legatus nõ dyspensat ad plura curata, uel dignitates.

no.aduertendũ tñ quod in his prohibendis ua
rio modo se habuerunt iura pontificia.

Progressus canonum in prohibendo pluralitatẽ beneficiorũ.

67 Emanauit enim primo,†tex.in c. sanctorũ
70.dist.& 21.dist.per totum,quę prohibebant
quidẽ, sed totum Episcopi discretioni com-
mittebant. Episcopi autẽ in hoc negligentes
facti, acriter a Roma. Ponti.increpati sunt.iu-
benturque diligentiores esse.c. quia in tantũ,
de præben. at nec ita occurrebatur ambitioni
eorum,qui plura omnino extorquebant. unde
emanauit c.referente, eo. titu.quo iniungitur
Episcopis ut habentem duo huiusmodi bene-
68 ficia, compellant alterũ dimittere.†Verum
nec istis succidebatur mali huius radix Episco
pis negligentibus plurales huiusmodi ad alte-
rius electionem cõpellere.propterea emana-
69 uit cõstitutio concilii Lateranensis,† de qua
in c.nonnulli. de cler. non resi. ubi acceptans
secundum beneficium,priuatur illo,si non di-
mittat primum. Verum,& ista pęna etiam ne-
gligebatur:quia necessaria erat sententia pri-
uationis, ut inquit ibi Abba. qui pleraque ex
istis commemorat. Superuenit igitur disposi-
70 tio.c.de multa,†quæ pęnam antedictam au-
gens,statuit ut per acceptationem secundi,ua-
cet primum ipso iure: ita ut per collatorẽ con
ferri possit,etiam si utrunque retinere conten
deret,utroque priuetur.post hæc etiam,ut ma
lum hoc funditus tolleretur,emanauerunt duę
71 extra.Ioan.22.ut quos.execrabilis.eo. titu.†
quibus cauetur, ut cum primum quis assecu-
tus est possessionem secundi incompati-
bilis,uel per eum stetit quominus assequere-
tur, nisi statim renuntiet primo in manibus
ordinarii,eo ipso sit utroque priuatus. Et ad
beneficia atque ordines in futurum inhabilis.
tantum igitur odiosus sacris canonibus bene
72 ficiorum aceruus,† ut Rom. Pont. non con-
quieuerint,donec malũ hoc sanctionibus suis
e medio sustulerint.

Vnum tamen in hac incompatibilitatũ ma
teria animaduertit,quòd licet de iure commu
ni in dubio nõ possint teneri plura beneficia,
tamen per adeptionem alterius , non uacat
primum, nisi in casibus expressis. ut pręclare
consuluit Cardi. cons.3.ubi enumerat casus,
quibus inducitur uacatio ipso iure. & Abba.
in c.cum iã dudum.de præben.

Ad hæc multi dubitauerunt, an ille qui re-
cepit secundum curatum contra formam c.de
multa. possit absoluere parrochianos primæ.

An qui recepit secundũ curatum, possit absoluere parrochianos.

73 Et dicendum uidetur,non posse,†ex quo de-
sinit esse prælatus.ad hoc tex.in c.dudum,el se
cundo. de elec.ibi. damnabiliter animas deci-
pit. si enim nullus potest absolui nisi a pro-
74 prio prælato,†c. omnis utriusque sexus, de
pœniten.& remiss. iste non est prælatus. ergo
&c.hoc tenet Ioã. Bertac.in trac. de Episcopo
li.2. quęs.21.uers.iuxta prædicta q Mihi au-
75 tem placet opi.Inno.& Car. in d.c. dudum,†
quòd parrochiani, qui bona fide ducti sunt,
quoad deum sint absoluti. Ex quo tollereba-
76 tur in benefi.†l.Barbarius.ff.de offi.præsi.&
77 placet consi.Compost.† ut postquã innotue
rit hoc parrochianis,iterũ faciant se absolui.

Fallit primo,ista conclu.qua dicimus quen
quam non posse habere plura incompatibilia,
78 quando haberentur ex dispensatione Papę.†

Plura ex dispensatione Papæ quomodo habeĩ possint.

Quia cum sublimibus,& literatis personis per
79 Papam facile dispensatur,† c. de multa. nam
80 in beneficialibus, Papa est omnipotens, †c.
licet.de præben.in 6.cum non habeat superio
81 rem in terris,†c.nemo.c.aliorum.9.q.3. & in
82 eo sit plenitudo potestatis.†c. ex tuarum. de
aucto.& usu.pa.c. per uenerabilem. Qui fil.
sint legi.nec quærendum sit in eius dispensa-
83 tionibus de causa,cum semper pręsumatur,†
secundum Inno.in c.cum ad monasterium.de
statu mona.

Quod obtinet in foro hominum,non in fo
84 ro cõscientię,†ubi explosa omni fictione me

Dispensatio Papæ sine causa, non prodest in foro consciẽtię.

85 ra ueritas attenditur,† ut late.dixi in c. ut
animarum. in princ.de constitu.in 6.nam Pa-
86 pa homo est,& peccare potest.†c. nos si in-
competenter.7.q.1. unde irrationabiliter di-
spensando , se & alios duceret ad interitum:
87 †quia ex Christi uerbo,si cecus ceco ducatũ
pręstet, ambo in foueam cadunt.Nam dispen-
satio illi permissa est , sed non debet sine
88 causa.†unde dicit tex.in d.c. de multa.cum ra
tio postulauerit: aliàs .n.cũ ratione caret, dis-
89 sipatio est non dispensatio,†secundum.Ioã.
And.Abba.& alios.ibidem Ioan.And. Abba.
& Feli.in c.Si quando.de rescrip.c. quia in tan
tum.c.ad hæc. de prębend. Thom.2.2.q.27.
Ioan.And.& Abb.in c.dudum . de elec.Henri.
de Gandauo in 2. quol.q.16. & 17. faciunt
quę dicam infra in materia dispensationis in
8.q.debet enim Papa esse pastor, & diligens

Papa pastor

paterfamilias:qui se diuine uoluntati confor-
90 met,†c. ut nostrum. ut eccle. benefi. Car. in
cle.1.de pœni.& remiss.unde Berna. quẽ citat
Abba.in locis prællegatis,inquit fidelis ser-
uus,& prudens, quem constituit dominus su-
per familiam suam,ita nouit dispensationem,
unde bonam putet habere recompensationẽ.
dicemus de ista dispensatione latius in mate-
91 ria dispensationis.Et† ideo caueant infelices
qui passim ad cumulos beneficiorum dispen-
92 santur. † ego semper Roma. Pont.excusabo,
existimans illum male informatum ad impro
bam petentium importunitatem, talia conce-
93 dere,†cum de eius sanctitate nephas sit du-
94 bitare.†c.non nos beatum.40.dist.

Dolendum est ualde super istis,cum etiam
si essent literati,& nobiles,qui ita dispensan-
tur,

tur, nihil retinere possunt præter decentiam ui
95 ctus,& uestitus.† Sed tenentur, quæ super-
96 ant, in pauperum usus erogare. † vt late per
Abb.in c.conquerente.de cler.non resi.c.Extir
pandæ.§. Quia vero. de preb.pro honesta autẽ
sustentationem uitæ secundum qualitatem p-
97 sonæ, dispensatio commendatur. † c. de mo-
nachis.de præb. c. cum & plantare. §.In eccle-
sijs.de priuil.c.2.c. cum secundum.de præb.

An leg. uel episcopus ex causa dispensent super incompatibilitate.

Sed quæritur, An legatus uel episcopus ex
causa dispensare possit super pluralitate bene
98 ficiorum incompatibilium,† Host. in d.c.de
multa. & ubique, quando loquitur in materia
99 dispensationis, distinguit † quòd aut dispen
satio fit ob necessitatem ecclesiæ, & poterit p
episcopum & per legatum dispensari:aut fit ob
utilitatem personæ,uel prærogatiuam merito-
rum,& pertinet ad solum papam . ad hanc par-
tem.c.Sanctorum.70. dist.ubi Io.& Archi. te-
nent istam partem.quam etiam opin.sequitur
Pet.& Abb. antiquus.in d.c. de multa.& Abb.
modernus in c.extirpandæ. §.quia uero.de prę
ben.uer. quintum examinandum. Et hoc pro-
pter generalitatem.c.sanctorum.ut cum illa di
stinctione saluetur, ne corrigatur per c. de
multa.idem tenet Archid.in d.c.Sanctorum.re
ferens multos alios idem tenentes.Spec.in Ru
bricella de dispensatio.super pluralitate benefi
ciorum.uer.sed nunquid episcopus. & Archid.
in c.1.de consue.lib.6. dicentes, Episcopum ex
causa necessitatis posse dispensare, ut quis ha-
100 beat duas dignitates in eadem ecclesia:†quā
doctr. sequitur Rot. in decis. 29. in antiq. &
Spec.hoc titul.§. nunc uidendum. Et dispensa
tio huiusmodi approbatur ex euang. quando
dicit. Serue bone & fidelis:quia in pauca fuisti
fidelis,super multa te constituam.

Distinctio in materia dispensationum.

Contrarium uero tenent Imo. Io. An.Ant.
101 & alij cõiter † in d.c. de multa. Ioan.de Lig.
in cle.gratiæ.de rescrip.glo. in c. dudum. el. 2.
de elec.& in d.c.sanctorum.ratio istorum est.
Quia in c.de multa, hoc generaliter reserua
tur papæ,quando ratio suaserit: ergo non alij.
Nec ista distinctio Host. habet saporem iuris
secundum Io. de Lig. cum omnis dispensatio
102 fiat ob utilitatem ecclesiæ: † nec ipse papa
aliter dispensare debet, ut supradictum est.
103 † unde reseruatio facta per papam in d. c.
de multa.esset frustratoria, cum episcopo esset
relicta eadem potestas ex causa &c.& idem in
conueniens sequeretur d. c. super eo. de præb.
in 6.intelligendo de dispensatione papæ, ut ibi
uoluit glo. & d. c. non potest. c. cum singula.
eo.tit.&libr.
Item facit,quia episcopi contrafaciendo,pu
niuntur, in d.c. de multa..ergo dispensare non
possunt,per ea quæ dicentur in materia dispen
sationis.

Item quæritur. c. de multa. est constitutio
conciliaris, contra quam, nec episcopus,nec le
104 gatus dispensat, † ut infra dicetur.
105 Ego tamen primam opin. sequor † cum cõ- *Opi. Auctoris.*
traria sit minus onerosa ecclesiis. & forte si es-
set tex.qui hoc diceret,esset irrationabilis:ideo
non ualeret, ut dicit Archi. in loco prællega-
to.motus,quia iuramentum, quod est uinculũ
106 dei,non ligat quando est irrationale. † c. 1.
de his,quæ fiunt à maio. parte cap.igitur mul-
to minus cõstitutio humana.c.inferior.de ma-
ior.& obed. & pro ista opin. facit. c. nemo. de
elec.in 6. arguendo à speciali, inquantum ue-
tando commendam ordinario,exprimit etiam
illam, quæ fit ob euidentem utilitatem eccle-
siæ. Nec obstat quòd per papam possit consu-
li:quia papa non præsumitur de facili scire ne-
107 cessitates ecclesiarum † secundum ea, quæ
ponunt doct.in cle.2.de offic. ord. arg. in c. 1.
de constitu. in 6. unde de facili ueniret quòd
ecclesia necessarijs fraudari posset nemine pro
108 mouente eius necessitatem.†& simile onus
ecclesijs afferre uidetur constitutio Pauli. 2.
quæ adimit ordinarijs potestatem auctorizan-
109 di alienationi rerũ ecclesiasticarũ.† Et tamẽ
passim committit ea iudicibus impetratis à
110 partibus, † quos facilius est quàm ordina-
111 rios corrumpere & decipere. † Item recipit
taxas,quæ effectualiter postea cedunt in dam-
112 num eccle. † Et si utilitas non esset ex parte
eius,qui cum ecclesia contrahit,nunquam con
113 traheretur. †
Ego autem in legatione Reuerendissimi
domini mei semper procuraui dictas alienatio
114 nes committi ordinariis locorum:† id quod
115 consultius fieret etiam in curia.†
Et quia glosam illam extrauag. satis accura-
te demonstraui apertis rationibus,quòd papa
non intendebat prohibere alienationes, quę
continebant utilitatem ecclesiarum, ita euidẽ-
tem,quòd nõ esset locus deceptioni : quam uti
litatem docui adesse in certis casibus tantum.
Et similiter credo in casu nostro quòd nunquã
fuerit intentio canonum adimere ordinariis
hanc auctoritatem in casu necessitatis.
Item, quia licet in c.de multa.reseruetur di-
spensatio sedi apostolicæ; tamen ex quo mate-
ria in casu necessitatis non est prohibita, eo ca
116 su,appellatione sed.ap. ueniet legatus † per
ea, quæ in generalibus dicta sunt.
Item,quia necessitas facit licitum, quod nõ
117 est aliàs licitum, † ut dicam.
Et inquantum Io. de Lig. dicit, omnem di-
118 spensationem fieri ob utilitatem ecclesiæ, †
Dic quòd est uerum secundario non principa
liter. Nam quòd doctus & nobiles habeant ec
clesias,est utile in genere ecclesiæ,quando dã-
tur illi docto. Et ut ex earum redditibus uniat,

& studeat. Quando uero dantur perito ex eo quod non reperitur alius, qui possit ecclesiam idoneè regere, dicitur adesse utilitas ecclesiæ principaliter. Et hæc possunt episcopi & legati indistinctè, sicut possunt ob paucitatem clericorum, dari plures uni, ut dicam infra.

Intellectus ad c. de multa.

Ad c. de multa. dic quòd loquitur de dispensatione, quæ fit ob prærogatiuam meritorum.
119 † Nec obstat quòd irritetur collatio cōtra illum text. quia intelligitur quando non subest necessitas ecclesiæ: quoniam dispensatio, quæ fit ob ecclesiæ utilitatem, non dicitur esse contra sacros canones, nec contra concilium. facit in simili: quia in c. maioribus, de præben. concilium inhibet præbendarum permutationem. Tamen in c. quæsitum. de rerum permut. declarat permutationem de illis factam ob utilitatem uel necessitatem ecclesiæ, non esse contra concilium, ad hoc multa, quę dicam in illa. q.

Opin. Gondis.

An legatus ob utilitatem ecclesiæ possit di
120 spensare cum illegitimo. † adde Gondis. in
121 suo tract. q. 14. qui dicit se tenere † indistinctè hoc reseruatum Papæ: & all. c. dudum el. 2. §. dudum. §. nos uero. ubi pluralitatem curatorum obiectam contra electum excusabat eius procurator, dicens secum fuisse per archiepiscopum dispensatum. papa non facta discussione de causa dispēsationem reiicit illam excusationis, Simili modo adducit. c. de multa.

Sed tu respon. breuiter, quòd. c. dudum. loquitur in terminis. c. de multa. quia refert se ad illud: & certe non habemus originem præcisam huius rei, nisi ibi. At c. de multa. intelligitur de dispensatione, quæ fit ratione personæ, non autem de illa, quæ fit ratione ecclesiæ, per supradicta. igitur &c.

Oppositio auctoris.

122 Sed contra prædicta oppono. † Pluralitas beneficiorum apud aliquem per uiam commēdæ est minus improbata, quàm illa, quæ fit per
123 uiam tituli, † ut asserunt omnes in c. dudū. & in c. nemo. Sed etiam si utilitas ecclesiæ euidens suadeat, Episcopus & legatus non possunt commendare plures ecclesias: nec etiam unam cum alia intitulata ultra sex menses:
124 † d. c. nemo. igitur nec per uiam tituli. Nam pone habeo unam in titulum: si secunda non potest commendari ultra vj. menses, igitur tanto minus perpetua conferri. cogita, nisi dicas quod c. nemo. corrigit antiqua iura, unde nō potest trahi ad consequentiam. l. scimus. C. de appellat.

An dispēsatus ad duo curata, sit dispensatus super nō residentia.

Secundo quæro, An dispensatus ut ad duo curata, sit dispensatus super non residentia am
125 borum? † Et uidetur dispensatus: quia qui uult unum, uult omnia necessario consequutiua.
126 † l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procurat. l. oratio. ff. de sponsa. Et hoc uidetur tenere. Ant. in c. At si clerici. §. de adulterijs. de Iudic. gl. in c. quia in tantum. de præben. Quando dicit dispensatum ad unum, dispensari ad
127 omnia consecutiua. † sed impossibile est quòd quis resideat in duobus locis ergo &c.

Tenebitur igitur residere modo in uno, mo
128 do in alio beneficio. † secundum gl. & doc. in c. non potest. de præb. in 6. Spec. in titu. de dispensa. uer. quid si indulgetur. Io. Bert. in trac. de episcopo fol. 9. col. 1. uer. Sed an dispensatio. & ratio, quia ista dispensatio redderetur in totum damnosa ecclesiæ. unde tenebitur residere in aliquo ex eis semper.

Sed quæritur. Reuerendissimus D. n. habet super his dispensation. priuilegium tenoris infrascripti: contigit dubitari de multis. tenor uero priuilegij est,

Facultates Legati.

Vt cum familiaribus & nobilibus & gradua
129 *tis possit dispensare ad 4. incompatibilia † 3. ad uitam. 4. ad animum: cum reliquis uero ad 3.*

Qui dicantur familiares ad effectum facultatis Legatorum.

130 Primo, quæro qui dicantur familiares, † ad effectum ut in illis habeat locum ista facultas? Sol. illi dicuntur uere familiares ad effectum huiusmodi gratiarum, qui sunt continui commensales. i. uiuunt expēsis ipsius delegati: et si quandoque abessent ob negotia domini. c. sicut nobis. de uerb. signifi. in 6. Egi. Bellam. consi. 20. in 3. col. uide Henri. in c. cum dilectus. in 2. distinct. de cler. non resi. multa in simili materia ponentem: & habemus hodie extrauag. B. v. in x. sess. Lateranen. concilij. Quid autem si sint absentes in studio uel infirmi, uel alia etiam de causa absint animo redeundi: & tandem quomodo amittitur, & quomodo reti
LIBER SEXTVS,

DE PENSIONIBVS.

ARiſmetricæ artis magiſtros æmulatus, ſextum hunc librum honorare uolui: eccleſiaſticarũ penſionum in eo materiam tractans: quã cæteris elegantiorem, magisque neceſſariam duxi,
1 †ſi quidem a nullo, quẽ uiderim, ad amuſſim
2 tractatam, †reperio. Quanquã non deſint qui memorent Ioan. Bapti. Caccialupum de ea libellum elleganter conſcripſiſſe. hunc nõ uidi.
3 †Oſtenſa tamen ſunt fragmenta quædam, ubi auctor omnes dicendi uires effundit in decla-
4 randa Rom. Pon. auctoritate. † ſi is ſit, quem fama refert tractatum, ignoro. dimidiatus erat liber. Scio me materiam penè nouam attigiſ-
5 ſe. †in qua præter Felinum, qui pauca quędam
6 aggeſſit, † auctorẽ habeo neminem. legantur noſtra hæc ſine inuidia: & ſi in lucem exierit,
7 †q ante, uel poſt labores hoſce noſtros melio ra ſcripſerit, is legatur: noſtra ſitu, & puluere obducta bibliotecarum latebris quærant. ego aliorum ſcripta libenti animo ſuſcipiam: eroque meorum æquus iudex. ſolus noſcendæ ue
8 ritatis amor ad ſcribendum me impulit. †eadẽ que efficiet, ſi aliter atque ſcripſi, cõperero, ut mea hæc æternæ obliuioni commendanda curem. Sed iam ad inſtitutum opus uenio, & pro totius materiæ elucidatione, ſummatim ac breuiter ſtili nõ oblitus mei, hæc, quæ ſequuntur, in dubium reuocabo.

Primo igitur loco dicetur.
¶Quid ſit penſio.
Secundo. Vnde dicatur.
Tertio. ¶Quomodo differat à cẽſu, Canone, mercede, Tributo, publica penſitatione, Decima, uſufructu, fructuum perceptione, & huiuſmodi.
Quarto. Quotuplex penſio.
Quinto. Quis penſionem conſtituere poſſit.
Sexto. Qualiter ſeu qualis.
Septimo. Pro quo.
Octauo. Ex quo.
Nono. Quis eius ſit conſtitute effectus.
Decimo. Quomodo finiatur.

Capio igitur primum, & quæro. Quid eſt
9 penſio? †Sol. eſt certa portio, ex aliqua menſa uel beneficio ad tempus, non in perpetuũ ex cauſa ſeparata. hanc diffin. tradit Laud. & eam ſequuntur Ancha. Imo. & Cardinalis in cle. 1. §. eadẽ. de ſupplen. negl. prælato. & aſſerit Cardinalis, hanc diff. concernere penſionem: quatenus eſt cõmodum temporale, non quatenus eſt titu. beneficialis. ex quo uidetur inferri, ꝙ Penſiones, quæ aſſignantur uicarijs perpetuis ex redditibus monaſteriorum beneficiorum. ut in c. extirpandę. §. quia uero. de præb. non diffiniantur hic, cũ uicarię huiuſmodi ſint
10 beneficia perpetua, †cle. 1. de offi. uica. quod eſt imperfecte diffinire. l. j. ff. de dol. *Pẽſio quid ſit.*

Item, contra iſtam diff. op. in eo quòd dicit certa portio ex menſa. ſi certa portio: ergo pẽ
11 ſio conſiſtit in quota reddituum, †l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de uerbo. ſig. iuncto. c. auaritiæ. & d. §. qui uero. de præben. At penſio temporalis non poteſt conſtitui in quota, ne ſequatur beneficii diuiſio. c. niſi. ubi Ancha. & alii. de præben. Ana. in c. audiuimus de Colluſ. deteg.

¶Et ſi dixeris diffin. intelligi de penſione perpetua, de qua. in cle. j. de Regu. & in c. prohibemus. de Cenſi. tunc dicam uerba diſt. repugnant, quando dicunt. Ad tempus, non in perpetuum ſeparata.

Item, inquantum dicitur ad tempus ſeparata, uidetur innui facta ſectio: ergo male, per ea, quæ ſuperius dixi.

Item, op. ꝙ penſio eſt etiã ex domo, uel alia re locata. l. ſi tibi. & per totum. ff. loc. & tamen non eſt ex menſa beneficij. ut igitur ceſſent contraria, poteſt ſic diffiniri.

Penſio eſt annua præſtatio, impoſita beneficio ſuper prouentibus, eius perpetuo, uel ad *Diffinitio penſionis.*
12 tempus ex qualitate cauſæ. † Iſta diffinitio eſt facta propter penſiones beneficiorum, de quibus tractare intendimus: & ideo ultima oppoſitio ceſſat.

Annua præſtatio. quia ſiue conſiſtat in quota, ſiue in quantitate, præſtari debet ſingulis annis per rectorem eccleſiæ beneficio, ad differentiam aliarum penſionum ſuper prouentibus. hoc ideo: quia penſio habet relationem ad fructus beneficij, ut inferius dicam.

Ex præmiſſis autem oriũtur duæ qq. Prima q. Vtrum penſio poſſit conſtitui ſuper quota fructuum.
Secunda, an ſuper diſtributionibus quotidianis.
Prima q. eſt utilis propter legatos habentes auctoritatem reſeruandi penſiones pro reſignantibus non excedentes medietatem fructuũ. An
13 poſſit loco penſionis reſeruare fructus, †talis fundi, uel medietatem fructuum indiſtincte. Ana. in c. per tuas. lo ult. de Simo. & doct. *An loco pẽſionis poſſint reſeruari fructus uel pars eorum.* in c. niſi. uidentur tenere penſionem non poſſe conſtitui, niſi in quantitate pręſtanda a Re
14 ctore beneficij. †propter tex. ibi. quando dicit. Toleramus ut ad præſtationem 40. non dignitas, ſed perſona prioris maneat onerata: ne forte circa prouentus uideatur facta aliqua ſectio. Ad quod facit: quia quando aliquis habet certam partem fructuum: non dicitur penſionarius

15 sionarius,sed socius, †& sic uidetur facta diui
sio.Bar.in l.si merces.§.Vis maior.in.3. no. ff.
loc.&in l.si apes.in 1.col.ff eo.Quando autem
aliquid uenit præstandum de manu rectoris,
obligatio est personalis.l.Gaius.ff.de ante. le.
de quo aliquid infra.

Tu tamen attende: quia hoc uidetur imponere legem uerbis, cum non referat siue assignentur pensionario certi fructus ascendentes ad.x. uel.x. annua. cum omnino pensio sit loco fructuum.l. mercedis. ff. de petit. hæred. nã pensiones, quæ dantur Vicariis perpetuis,
16 possunt consistere in quantitate† & in quota.
c. Auaritiæ. c. extirpandæ.§.Qui uero,de præben.

Pensiones uicariorum possunt esse in quantitate.

Ad.c.Nisi.potest responderi: quòd ibi non attenditur quòd Pensio sit magis in quota, q̃. in quãtitate:sed transitus in successorem.quoniam tunc uideretur facta diuisio fructuũ pro illo tempore.quod non est inconueniens in casu nostro: quia purgatur auctoritate superioris.c. ueniens. de transac. cogita tamen: quia communiter practicatur ut sit in quantitate.

Pensio sup quotidianis distributionis non imponitur.

Circa secundam. q. dicendum est,pensionẽ
super quotidianis distributionibus non posse
17 constitui. † quoniam pensio est soluenda ex
fructibus beneficij. quotidianæ. uero distri-
18 butiones, non imputantur in fructibus,† ne-
19 que in ualore beneficii† cum sint merces quo
20 tidiani laboris † secundũ no.in.c.unico.de cle
ric.non resi.in.6. Quod firmant Oldra.cons.
117.& Io.An.in Rub.de concess.præben.Rot.
deci.134.in no.& 766.in ant.Fely.in c.Ad au
res.uer.13.concl.de resc.dicentes, ideo non es
se habendam mentionem de distributionibus
quotidianis in literis ad beneficia: quia non
constituunt fructus beneficii. qua ratione Do
mi.in cons.85.dixit.Decimas non esse soluen-
21 das ex quotidianis distributionibus.† quapro
pter licet studium theologiæ sit aliàs priuile-
giatum in fructibus in absentia percipiendis:
tamen quotidianæ distributiones non deben
22 tur.†

Decima nõ dantur ex distrib.quotid.

Sed quid dicemus, quando ultra quotidia-
nas distributiones,sunt alii redditus commu-
23 nes,† qui diuiduntur inter eos, qui intersunt
certis tẽporibus,an super istis possit constitui
pensio? Et uidetur dicendũ posse.quoniã red-
ditus huiusmodi imputãtur in ualore beneficii
24 †.secundum imo.in c. Dilectus. de præben.

quid de redditibus communibus.

Contrarium tamen uoluit Rot. in causa ca-
nonicatus Sancti Petri. uolens quòd ubicun-
que requiritur certum seruitium ad consequẽ
dum fructus, super illis non possit constitui
25 pensio.† quia non imputantur in fructibus.
quod uidentur tenere Doct.in c.dilect.& in c.
licet.de præben.&.in c.tuæ.de cle.non resid.in

Pensio non constituitur ubi requiritur certum seruitium.

quantum reprehendunt Imo.

Et pro illis facit ratio.c.unici.quia si dantur
tales fructus pro seruitio certi diei uel horæ,di
cuntur merces illius diei:sicut aliàs distributio
nes dicuntur merces quotidiani laboris. nam
26 idem ius de parte: quod de toto†.l.Quæ de to
ta.ff.de rei uendi.

Instabant tamen aliqui quòd licet distribu
tiones quotidianæ habeant hoc speciale pri-
uilegium,ut efficiantur seruientis, & non im-
27 putetur ob illam rationem diurni seruitii:† ta
men hoc non procedit in alijs communibus
redditibus: qui non dantur merè, ratione quo
tidiani laboris, cum huic satisfiat ex quotidia-
nis distributionibus, sed ut honoretur magis
aliqua dies, & ut canonici quandoque conue-
28 niant ad negotia sua tractanda. † unde illa
perceptio illius diei excedit terminos conside
randi merum laborem.quin intendit dare fru-
ctus: sed exigit illam interessentiam: quæ ta-
men non commẽsuratur ad fructus.Et hoc est
de naturam omnium beneficiorum,ut ratione
seruitij impensi uel impendendi dentur bene-
29 ficiorum redditus. † c. cum secundum.de præ
ben.c.conquerẽte.de cler.non resi. Satis enim
est quòd is potuisset,si uoluisset, paruo nego-
tio fructus suos percipere. & si per ipsum ste-
tit, remanet personaliter obligatus. Ad hanc
partem facit decis. Abb. in c.De cætero.de cle-
ri.non resid.in si. Quando dicit quòd clerico
seruienti episcopo, debentur fructus mensæ
30 grossæ†& per omnia alia,quæ sunt ultra distri
31 butiones quotidianas. † quoniam talia impu
32 tantur in fructibus,qui debentur absenti. †Fa
cit ẽt extrau.Io.22.quæ incipit. Cũ nonnullæ
personæ.& facit Decis. Bisg.i. Et Decisio gl.
& Car.in c.licet.de præben. in eo quòd dicunt
etiam distributiones imputari in fructibus,
quando non sunt præbẽdæ,alii redditus,quàm
distributiones; ne concessio principis redda-
tur elusoria. Non auderem tamen ex his rece-
dere ab opin.Rotæ.quia ponderatur causa in-
teressentiæ in diuinis. Vnde quacunque ap-
pellatiõne uocentur, ea quæ dantur ratione in
teressentiæ ad diuina,ea non ueniunt in fructi
33 bus. Vnde Imo.in d.c.licet,declarãdo glo. ibi,
nititur probare, quòd priuilegium ampliatum
pro studẽte in theologia,ab illa gl.erat ob fru-
ctus, qui percipiebantur à residentibus: & põ
derat rationem,de qua supra. Res tamen non
est sine dubitatione: sed reseruans pensionem
hmõdi prudenter aget, si rem omnem supe-
riori explicabit.

Fructus mẽsæ grossæ debentur illi, qui est in seruitio episcopi.

Ex præmissis inferuntur duo. primũ, quòd
Condemnatus per sententiam ad restituen
34 dum fructus perceptos,& percipiendos, † ut
accidit in uiolento poss. secundum Rot. deci.
25.in no.non tenebitur restituere distributio-

Condemnatus ad restitutionem fructuum, non restituit quotid.

nes quotidianas, quæ nullo modo debentur
35 absenti.† d.c. 1.de cler.non resi.in.6.

In literis non est habenda mentio de distr. perceptis.

Secundum quod quamuis impetrans tenea
tur facere mentionem de fructibus male per-
ceptis,non tenebitur facere mentionem de di
36 stributionibus perceptis.† quod pro nunc nō
affirmo.quia non est materia nostra.

Pensio unde.

Circa secundum principale quæsitum, un-
37 de dicatur pensio? Dicitur a pendeo?es:† qa
38 formaliter pendet a beneficio † sicut usufr. à
39 proprietate.† c.fi.de pigno.c.possessiones.16.
q.1.ita dicunt Lau.Car.& Imo.in cle.1.§.Ea-
dē.de suppl.negl.prælat. Declaratio hæc ridicu
la est.quia Pensio dicitur a Pendeo, non ea rō-
ne,quia dependeat: sed quia soluitur, seu præ-
statur,cum pendere, sic soluere,& pensio quasi
40 solutio.† l.si legatum.ff.de ante.leg.l.j.ff. si a-
ger uecti.uel emph.pet. Sed otiosis relinquan-
41 tur quæstiones huiusmodi:† & an, a, pensione
42 pensionarius latine dicatur.†quandoquidem,
Valla ob id acerrime reprehēdit Antonium
43 Raudēsem,† asserens etiam censum nihil cau
44 sæ habere cum pensione,† & tantum signifi-
caret redditus annuos alicuius.uerum nos apta
mus uerba rebus: non res uerbis.

Ridicula declaratio. Pendere est soluere.

Cēsus quid sit.

Circa tertium principale quæsitum,est sci-
endum quòd census secundum Roffre. Bene-
uent.in summa iuris cano.tit.de censi. est quæ
dam præstatio,quæ a persona, seu prædiis per-
45 cipiē.†& hæc diffinitio secundum leges.unde
etiam homines soluunt censum.ut C.de agric.
& censi.li.11. Canonistæ autem: quod rei no
stræ aptius est,diffiniunt censum esse annuam
pensionem , quæ de prouentibus ecclesiæ
46 præstatur epo. † ut per Goff. & Host. in sum.
& Archi.in c.quæsitum. 1.q.3.& dixit Host.q
quicquid annuatim præstatur in quātitate uel
summa,potest dici census. Et secundum istud,
47 pensio esset idem quod census. † quod satis ui
dentur innuere iura dicentia antiquas pensio-
nes non posse augeri , cum tamen loquantur
de censibus,ut in c.præterea.c.Cum canonici
de censi.Sed proprie loquendo,non est idem ,
cum census arguat subiectionem rei uel perso
næ.pensio uero non sic.ideo latius patet, cum
48 omnis census possit dici pensio, † non e,con-
tra.primum probatur in c. 2.de censi. & ff. de
censi.per totum.& C.de Agri. & censi. li. 10.
Et est census idem quod tributum , & publica
49 pensitatio.† ut dicit glo.in Rub.de cēsi.li.11.
& probatur in d.c.ij.de censi.& in l.etatem. in
l.forma.§.Si uero.& in l.cum possessor. §.1.in
fi.ff.de censi.de quo etiam tract.in c.fi.de cau.
poss.& propriet.& in c.si Papa.de priuil. in 6.
& in c.præterea.el.2.de Transac. Et ideo. Bal.
in l.3.C.de natu.li.dixit quòd ex solutione cē
sus,probatur castrum uel uillam esse de territ.
50 † cum igitur ex solutione pensionis non ar-

Census arguit subiectionem.

guatur subiectio necessario, sed merum ius il-
lius præstationis exigēdæ:apparet pensionem
a censu Tributo & pensitatione publica differ
51 re† ut genus a specie.

Canon.

Canon uero dicitur pensio debita ex re lo-
52 cata in emphiteosim,† c.potuit.c.propter ste-
rilitatem.de locat.& habet etiam hoc instar tri
buti.l.2.§.fin autem. C. de iur. emphi. ibi ne-
que apocas domino tributorum reddiderit. nā
in casibus ubi soluitur canon, dominium dire-
53 ctum est penes eum , qui canonē recipit † ut
in locis præalle.quod non est de natura rei, ex
qua præstatur pensio.

Decima.

54 Decima uero quid sit , † late patet in toto
titul.de decis. & in c. Reuertimini. 16. quæ-
stio. 1.

Vsusfructus

fructuū perceptio.

55 Vsuf.ēt longe differt a pensione.† quia usu-
fructuarius ex se percipit fructus ex re aliena.
56 † ut in §.1.Insti.eo.pensionarius uero recipit
de manu domini . Item à fructuum perce-
ptione,quę est,quando conceditur alicui ut ca
piat fructus certe rei,non tamen usufructum.
57 ideo nec ciuilem, nec naturalem rei poss.† ut
late per Car.in cle. 1.in §.uero.in 2. q.de Reb.
ecc. non alien.ut etiam dicimus de annuo lega
58 to,quod ab usufr.differt† l.In annalibus.C.de
lega.cum l. Annua. ff. de an.leg.de quibus ta-
men uide notanter.in l.si quis ita.ff.de usuf. le
ga.ex quibus omnibus constat quid a pensio-
ne nostra differant hij termini,cum pensio la-
59 tius omnibus pateat:† & dicatur pensio etiam
60 merces rei locatæ † gloss.in l. quæsitum. ff.de
pigno.l.mercedis.ff.de petit.hæred.

Quotuplex pensio.

Circa Quartum† quotuplex sit pensio.
Respondetur pensionem esse duplicem ,
61 † licitam,& illicitam † secundum Laur.Card.
62 & Imo.in d.cle. 1. §. eadem . Sed hæc diuisio
non summitur ex propriis , cum possit conue-
63 nire omni dispositioni : † sed ab accidente a-
lijs communicabili.ideo aliqui dixerunt , cum
causa & sine causa, sed laborat eodem mor-
64 bo.†

Reprobatur diuisio communis.

Alia diuisio

Dic igitur aliter.duplex est pensio:una,quę
65 ex re mea:† altera,quæ ex re aliena . Quæ ex
re mea datur,quando locaui domum fundum-
ve ad tempus, uel in emphiteosim perpetuam.
l.si tibi.l.si quis fundum.ff. loc. Ex re aliena in
hoc ueniunt census proprie dicti, quando con
cedens nihil iuris præter cēsum illum retinuit.
66 ad ea quæ tradit Imo.in c. ad audientiam , de
reb.ecc.non alienan.no.in c.constitutis. de re-
lig.domi.& in hoc concluditur,pensiones,quę
reseruantur alicui in beneficiis resignatis . Itē
quæ dantur ab uno beneficio alteri perpetuo .
nam earum rerum,ex qui bus datur pensio, nō
est dominus,qui accipit illam.
De hoc ultimo pensionis genere erit sermo
67 Quod etiam subdiuiditur : † quia quædam
tempo-

68 temporalis est pensio: quædam perpetua. † Tẽ
poralis, quæ datur ad tempus ex redditibus be
neficij: perpetua, quæ perpetuo datur. & est
quando ex redditibus unius beneficij datur pẽ
sio alteri, ut ex illa uiuat rector. de qua. ibi. c. ex
tirpandæ. §. Qui uero. de præb. & in c. 1. eo. tit.
in 6. & in cle. 1. de regul. in c. prohibemus de
censi. De ista ultima non tractabimus, nisi pro
instructione materiæ.

De qua pensione loquatur author.

De prima erit omnis nostra disputatio, cum
pensiones, de quibus crebra est in nostro audi
torio memoria, sint illæ, quæ reseruantur su-
per beneficiis, quorum titulus est apud alium.

Venio ad quintum, & quæro. Quis pensio-
69 nem super istis constituere possit? † pro re
solutione materiæ fient aliquæ concl.

Prima concl. Obtinens beneficium non po-
test illud autoritate propria pensionibus onera
70 † re. c. Nisi. de præb. c. præterea. de censi. c. De
cætero. de transac.

Secunda conc. Papa constituit, assignat, &
71 reseruat pensionem super beneficijs, † ut pla-
cet. c. licet. de præben. in 6.

Sed dubitatur, an inuito rectore proprio?
72 † credo non posse sine causa. gl. in c. 1. x. dist.
Car. in consi. 141. nam acceptans beneficium
sibi collatum, uidetur per quasi contractum se
73 obligare ad administrationem illius. † c. nisi
cum pridem. §. uerum. de renunt. ideo cum ha-
beatur beneficium ex quasi contractu, non po
test princeps illum pro arbitrio suo priua-
74 re. †

Si tamen uellet priuare ex causa uera uel
75 præsumpta, † eo quòd semper in principe præ
76 sumitur causa: † tenetur de alio æquiualente
prouidere, per doct. Inno. in d. c. Nisi cum pri-
dem. & latè tradit Fely. in c. Quæ in ecclesiarũ.
col. 16. de constit. si igitur non potest adime-
re totum beneficium: ergo nec partem eius. l.
qui de tota. ff. de rei uendi. quod satis admittit
gl. in d. c. 1. x. dist. Et hoc si pensio constitua-
tur pro persona, tãto magis si pro alia ecclesia,
inferendo perpetuum præiudicium uni eccle-
siæ. Archi. gl. & Domi. in d. c. 1. de hoc tamen
uide Fely. qui latissime attingit. c. Ad audien-
tiam. el. 2. de resc. in. 5. 6. 7. & 8. col.

Tertia conc. Legatus, episcopus, & etiam
iudices, pro bono pacis, & ex causa, possunt ec
77 clesiam pẽsionibus onerare, † & ad tempus &
78 perpetuo, † c. Nisi de præben. c. Ad quęstio-
nes. de rer. permut. ubi in permutatione ec-
clesiarum episcopus ordinat, ut monasterium
quod accepit pinguiorem ecclesiam, det pẽsio
79 nem alteri. † facit c. cum uenissent. de restitu.
spol. ubi ex decreto Archiepiscopi rector bene
ficij soluebat pensionem alteri. probat text. a
contrario. in c. Audiuimus. de Collus. deteg. c.
Veniens c. de cetero. de transac. inquantum
damnantur illæ pensiones, quę sine superiorũ
80 suorum auctoritate constitutæ sunt. † ad hoc.
c. De rectoribus. c. Tua nos. de cleric. egro. ubi
auctoritate episcopi datur portio redditũum
81 coadiutori † facit. c. Constitutus. de reli. do-
mi. ubi episcopus reseruat censum siue pensio
nẽ pro ecclesia quam alteri subijcit. & ibi de
materia ista facit. c. Iohannes de cler. coniug.
in fi. c. Admonet. de renun. c. studeat. 50. dist.
& extraua. Io. 22. quę incipit. ex debito tenet
hoc Oldr. cõ. 226. Quidã episcopus. & Anch.
consi. incipiẽte. Quęstio proponitur. & ista est
indubitata & uera conclu. tot auctoritatibus
comprobata. quamuis Fely. in c. Ad audien-
tiam. de resc. egre probet illam: dicens cupere
se habere pinguiores decisiones. Sed nodum
in scirpo quęrit. Nam cessante omni auctorita
te, stat ratio quòd episcopus est moderator ge
neralis in beneficiis suæ diœcesis: nisi eius po-
82 testas aliquo speciali iure coarctetur. † c. no-
uerint. x. q. 1. c. omnes basilicæ 16. q. 7.

Potest enim episcopus adimere uni eccle-
83 się & dare alteri, quando causa subest, † ut de-
clarat Rom. consi. 369. col. 7. uersi. Tertio ui-
demus. concurrentibus tamen ut ibi per illum
tribus: consensu capi: causa iusta: & quod non in
84 feratur enorme pręiuditium. † & dicit Abb. in
c. conquerente. de cler. non resi. quòd episco-
pus potest constituere beneficium pro cleri-
co in ecclesia egente ministro: & assignare pẽ
sionem ex redditibus illius, dummodo tantum
remaneat principali unde uiuere possit.

Ex quo aperitur uia, ut unaquęque ecclesia *Quomodo quaque ecclesia hẽat clericum.*
85 habeat clericum beneficiatum. † Iuxta not. in
c. ut quisque. de uit. & hon. cler. & idem Abb.
in c. exposuisti. in ultimo no. de prębẽn. fate-
tur episcopum posse augere prębendam pau-
perem, assignando illi pensionem super alia
ecclesia habundante suę diœcesis cum consen
86 sui cap. † Quod posset non solum pro canoni
cis sed pro quibuscunque dignitatibus.

Quia episcopus potest auferre uni ecclesię
exuberanti, & dare alteri indigenti, cum unica
87 sit ecclesia † c. loquitur. 24. q. 1. Vnde dicit B.
Tho. quòd sicut membra ualida occurrunt de
bilitati aliorum inualidorum pro substentatio
88 ne totius corporis, † ita fieri oportet in eccle
siis. Qua ratione dicimus pręscriptionem de-
cimarum posse allegari inter ipsas ecclesias:
89 † quia non multum refert quæ ipsas habeat
Abb. in c. tua nobis. in 2. col. de deci. dicens
quòd tunc non exeunt de dominio eccle-
siæ.

Fallit tamẽ, quando episcopus uel legatus
uellet hoc facere sine causa, uel non uocato *An uocandus rector in constituẽda pensione*
90 rectore: † quia cum sit alienationis species,
91 † non poterit fieri nõ uocato defensore. † cle.
92 Si una. de reb. ec. non alienan. Steph. in cle. 1. §.
P 4 eadem.

eadem de dupl.negli.pla. Quod tamē sublimi
93 ta,nisi cōcurrerent tria,†de quibus per Abb. in c.constitutus.de relig. domi. & in c.ad audientiam.de eccle.edi.tunc enim sine rectoris consensu posset auferre uni,& dare alteri ecclesiæ.

Item dubitatur, an eo casu quo legatus potest constituere pensionem,habendus sit pa-
94 troni consensus.†ista.q.potest intelligi in casu, ubi legatus potest disponere de beneficio patronali:ut quia ex præsumptione, uel priuilegio:uel quia clericorum ,ut diximus in materia collationis,& tunc si uolunt,& cā subest. patronus non est uocandus. sed si sumus in casu ubi non pōt derogare.q.erit duplex.Primo: an possit reseruare pensionem absque noua prouisione beneficij, ut quia uelit de consensu rectoris assignare pensionem clerico indigenti.secunda quando prouidet de beneficio de consensu patroni,& apponit pensionem patrono ignorante.exemplum. Titius renuntiat in fauorem.S.beneficium in manibus legati reseruata pensione.xx. duca legatus prouidet.S. accedente cōsensu patroni laici.patronus ignarus pensionis,consentit prouisioni. In hac.2. q.existimo pensionem ualere, ex eo quòd non agitur de pręiuditio patroni,sed ipsius rectoris cuius sunt fructus . unde succedit reg. ꝙ episcopus disponit de ecclesijs etiam patronalibus,in casibus, quando nō fit præiudicium pa-
95 trono.†Fede. cons.95. super dubitationum articulis in.2.col.Abb.in c.sugestum. de iure patro.ad quod faciunt multa,q̄ cumulat Rocc. in trac.de iure patro.in uer. honorificum.q.3. postquam igitur patrono reseruatur præsentatio sua,nihil ad illum.c. nobis. de iure patrona.

Solum obstat ꝙ patrono debentur alimen-
69 ta.†c.piæ mētis.c.filiis. 16.q.7. Et tūc respōdeī,quòd quando eueniet casus alimentorum, pensio non nocebit propter anteriorem hypotecam.ad.l.potior.l.qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab.Circa primam autem,dubito ex alio: quia uidetur quòd pensio non possit constitui sine causa. existente tamen aliqua ex causis in dicēdis, etiam hoc casu substinebitur pensio si-
97 ne patrono.†Ex quibus infero,quòd licet secundum tenorem prouisionis,sit habendus cō-
98 sensus medietat. patronorum, † satis erit habere illum respectu prouisionis,non respectu pensionis: quia renunciatio hodie est iusta
99 causa pensionis imponendæ,† ut dicam in sequenti membro.

Quæ sint istæ causæ pēsionis imponendæ.

Nunc:quia diximus pensionem non posse imponi a legato uel Episcopo sine causa,quæritur quæ sint causæ iustæ imponendæ pensio-
100 nis?†Respondetur septem causas iustas im-
101 ponendæ pensionis consideratas a iure. †

Paupertas.
Necessitas.
Subrogatio.
Seruitium.
Titulus.
Dimissio.
Reseruatio. Quę qualia sint,singula declarabo

Paupertas clerici,est iusta causa ut sibi pos-
102 sit assignari de redditibus ecclesiæ, † ne in
103 opprobrium ordinis clericalis mendicet.† c.diaconi.96.distin.debet enim episcopus esse
104 omnium pauperum pater,†& in eos eroga-
105 re bona ecclesiarum,† c. peruenit.74.dist. c.aurum habet ecclesia.c.gloria.c.Multi.12.q. 2.tanto specialius pauperum clericorum,quibus specialius debentur redditus ecclesiæ.
106 †c.cum secundum de prębe. Et intelligitur aliàs pauper,non ideo,quia sit omnino mendicans:sed qui secundum suorum natalium statum,uel gradus conditionem in aliquo substē-
107 tatione eget.†casus est secundum Bal.in l.si quis.ad declinandam.C. de epis. & cler. quod etiam accidere potest ex qualitate loci,& ægritudinis.quare idem redditus apud unū, faciet eum diuitem apud alium pauperem. attendetur ergo qualitas clerici,an nobilis, an littera-
108 tus.cum istis enim ius can. largius agit.†c. de multa.de præben.tamē quando clericus est beneficiatus,licet non habeat sufficientes red-
109 ditus , non potest conqueri de Episcopo.† cum imputandum sit illi,qui sterilem uxorem
110 accepit.†c.conquerente.de cler. non resi.c. j.de celeb.miss. Ad hoc quære.

Pauper quō dicatur clericus.

Clericus unus ualde eget: alius habet beneficium opulentum.an Episcopus possit onerare illum pensione pauperi clerico eroganda?
111 consentiente rectore, poterit † pensionem cōstituere.nolente uero ex officio compellent Episcopus,uel legatus subuenire alterius inopię de his,quę a decentia uictus eius superant,
112 ar.in d.c.sicut.47.distin.& in c. aurum habet ecclesia.Nec credant isti helluones, & patrimonij Christi deuoratores ; licere sibi cum primum e stercore erecti sunt: mulas argento ornare:sericis uestiri:splendentia auro laquearia,& parietes superbis auleis personatos incolere:satellitum caterua stipari,dum pauper clericus mendicat in plateis:& honestæ ac meliores alioqui uitæ sacerdotes in domini lege uersati,etiam uictui necessarijs indigent, coacti mercenaria opera ab istis ecclesiasticorū
113 redditum deuoratoribus, † plerunque infantissimis,& pessimis iuris perexiguam stipē quærere.auferet igitur qui iurisdictioni præest,etiam ab hisce inuitis, & egenti præbebit.

An diues possit cogi ad præstandum pensionē pauperi.

Et ista causa pensionis constituendæ saltem rectore consentiente, est iustior quàm causa renuntiationis:quæ hodie pro iusta canonizatur.

114 tur.†& tamen fit communiter mille praece dentibus pactionibus simoniacis. quod placet Anan. in c. Non satis. de Simo. & facit ratio: qa si Episcopus pro clerico ordinando potest de consensu rectoris onerare beneficium ad pre-
115 standa alimenta,†ut infra: tanto magis pro ordinato: quia turpius eiicitur, quàm non ad
116 admittitur hospes.†c.& si Christus. de iure iur. Nec obstat cons. Old.226. quia loquitur de pensione assignata laico, ex qua ecclesia grauiter ledebatur.

Etiam quãdo pensio assignatur clerico. Et haec existimo uera, etiam si talis pensio assignaretur consanguineo clerico ualde indi-
117 genti, uel studijs literarum incumbẽti.† cũ Episcopi etiam pauperibus consanguineis de ecclesiae redditibus subuenire posint c. Relatum. de testamen. Nec statim ideo praesumi-
118 tur fraus, q̃a sit cõsanguineus uel nepos. † nisi aliter de fraude constet. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probat. c. ij. de Renunt. in 6. Ad dictum Abb. & Feli. in c. ad audientiam. de resc. quae contrariari uidentur, dic quòd procedunt quando pensio constituitur pro nepote ex cã renuntiationis de beneficio, cuius erat incapax: uel quando non suberat causa praecedens.

Indigentia Cardinalis. ¶Haec quoque indigentiae cã facit, ut Reuerẽdissimis Cardinalibus iuste assignentur pensiones sup ecclesijs, & monasterijs honestius quàm cõmendentur, cum ex commendis oria
119 tur ecclesiarum ruina.† ut per Abba. in c. non satis. in fi. de Simo.

Necessitatis causa. NECESSITAS. item quãdo ecclesia indiget ministris, uel aliàs patitur defectum mi-
120 nistrorũ, potest Episcopus, ex redditibus ecclesiae cõstituere pensiones pro nouis clericis.
121 Abb. in c. conquerente. de cler. non resid. & in c. ad audientiam. de eccle. aedi. Et ista est ge- *Necessitati ecclesiae occurrẽdũ.* neralis reg. quòd ut ecclesiae necessitati occur-
122 ratur,† ne dũ legatus, sed & Episcopus omnia potest, quę non sunt ei specialiter, & expresse etiã in casu necessitatis denegata. ideo Car. in cle. j. q. xxix. de reb. eccle. non alien. dixit, q̃ iminente ecclesiae necessitate, poterat aliena
123 ri eius res inconsulto Papa:† de quo per Feli. in c. cum accessissent. col. 9. & x. de constit. & in c. quaerelam. in ult. col. de iure iur. ubi in materia necessitatis, & quae eius ratione concedã
124 tur, multa accumulat,† & nos aliquid diximus in materia pluralitatis beneficiorum, & dicemus in materia dispensationum infra Cõclu. 14.

Subrogatio SVBROGATIO. hoc euenit quando rector principalis habens ecclesiam unitam, nõ potest illi deseruire, sed cogitur in ea uicarium ponere, qui loco sui, animarum curam gerat.
125 †tunc pro uicario illo Episcopus cõstituet
126 pensionem eidem soluendã.† d. c. extirpande. §. qui uero. de praebẽ. c. j. c. super eo. eo. titu. in. 6. quanuis possent etiam tales Vicarij percipere uniuersos fructus, & dare pensionem re
127 ctori principali,† secundum ea, quę no. in c. auaritiae. de praeben.

Seruitium. SERVITIVM, quod aliquis mere, & liberaliter impendit ecclesiae, est iusta cã, ut pro
128 eo posit constitui pensio. † ut quãdo datur magistro ludi, cantori &c. quòd magis dr̃ esse loco stipendij, ut per doct. in c. cum. m. de constit. in cle. i. §. eadem. de sup. neg. praela.

Item, potest exemplificari in episcopo, qui alicui benemerito sui potest assignare annuos
129 redditus de bonis ecclesiae,† c. possessiones. *Episcopus assignat redditus ecclesiae benemerito* & per totum. 16. q. 1. c. quicunque suffragio. 12. q. 2. no. in c. fraternitatẽ. de dona. Fel. in d. c. ad audientiam. in 2. col. Et pẽsiones huiusmodi, siue redditus assignati alicui pro benemeritis, & si regulariter nõ excedant uitam praelati dantis, tamen si constet seruitium pro quo datur fuisse in euidente utilitatem ecclesiae pen *Quãdo seruitiũ in euidentem utilitatem.*
130 sio huiusmodi obligabit successorem,† Bonif. vitell. in cle. j. in 5. col. de reb. eccle. nõ alie. quod est ualde notandum. uide opulens consilium. Oldra. in cons. 226.

Titulus iusta causa. TITVLVS. Item dicimus iuste permitti ut unus ordinetur ad titulum beneficij alicu-
131 ius ipso permittente.† tunc enim ut sic promotus alimentari posit, constituetur pensio ex redditibus huiusmodi bñficij. doct. in c. postulasti. de iur. patro. c. p tuas. l ultimo. c. penul. de Simo. c. conquerente. de cleric. non resid.

De ornatis ad titulum. At tu unum obiter no. de ista practica ordinandi aliquem ad titulum beneficij alterius: quia ualde dissonat regulis canonum, & san-
132 ctorum patrum.†
Nam iste sic ordinatus dicitur habere titulũ in ecclesia alterius, cum nemo ordinetur sine
133 titulo.† c. episcopus. c. cum secundum. de praeben. ergo erunt duo intitulati in eadem ecclesia. contra. c. maioribus. c. tuę. c. dilecto. de praeben.

Item, cum non sit aequum, hunc ordinatum mendicare post obitum eius, qui consensit: ẽt successor obligabitur. & tamen regulariter ex facto praedecessoris, nõ debet obligari.† c. j. de
134 solut.†

Item, quia seu uoces titulum, siue pensionẽ siue substentationem, id quod huic promoto conceditur, omnino erit alienatio: postquam datur ad uitam eius, qui potest uiuere multis annis. ad no. in l. fi. C. de sacr. sanct. eccle. ergo uetita, & improbata. c. nulli. c. siquis praesbiterorum. de reb. eccle. non alien. in extrauag. Pauli. ij. ambitiose.

Item obuiant quę cõmuniter tradunt doct. in c. nisi. de praeben. dicentes episcopũ ex quacunque causa non posse constituere pensio-
135 nem quae transeat ad successores,† de quo tamen

tamen inferius dicam.

Quare existimarunt aliqui c. postulasti. c. p tuas. & alia huiusmodi, non recte intellecta a
136 doct. † Aduertendū tñ, ꝙ iste titulus, ad quē promouetur clericus, potest esse de re prophana, & proprio patrimonio. de quo deinde in literis ad beneficia non tenetur facere mentio-
137 nem. † ut per Bisg. decis. xi. de præben.

Ordinādus non habet necesse dicere quòd ad titulum patrimonii.

Nec est necesse, ꝙ quando habens patrimonium ordinatur, dicat ad titulum patrimonii. sed satis est quòd illud habeat, & erit loco tit.
138 † Abb. in c. tuis. in 1. no. & in prima glo. de præben. ubi etiam declarat, an ordinatus ad ti-
139 tulum patrimonij possit illud alienare. † Itē aduerte, ꝙ si ordinandus dicat se habere patrimonium sufficiēs, & non habeat, ordinans nō
140 tenetur, † secundum Ant. in c. non liceat. de præben. Imo, ibidem cōtra: quia ordinator debebat diligenter inuestigare: cū clericus non pos
141 sit huic priuilegio renuntiare. † Philip. ibi defendit opin. An. Et dicit Ana. in d.c. per tuas, ꝙ ordinato ad titulum beneficij alterius uidetur constitutum beneficium in eadem ec-
142 clesia. † tamen non poterit partem petere,
143 ne uideatur facta sectio. †

Item sic ordinatus tenetur seruire in illo beneficio, a quo habuit titulum pro ordinibus.
144 † Et si successor nimis grauaretur: posset se exonerare: & episcopus uel hæredes præsentā-
145 tis tenerentur ei subuenire, † ut per Anto. & Ana. in d.c. per tuas. quod multum eneruat contraria, de quibus supra.

Et quid si ille, qui consensit ut clericus promoueretur ad titulum beneficij, fecit pactum cum sic promoto, ne peteret aliquid ab eo, an sit simonia, & per quem possit dispensari, uide Alex. in c. qui studet. col. 4. 1. q. 1. dicentem esse simoniam circa ordines tamen dispensabilem per Episcopum.

Renuntiatio iusta cā pensionis.

DIMISSIO. iusta causa pensionis constituendę existimatur, quando quis dimittit. i. renuntiat beneficium in manibus Papę, legati,
146 uel episcopi. † uel etiam quādo renuntiaret liti, & causæ. nam tunc semper pensio reseruatur ex illa generali clau. Ne ex resignatione hu
147 iusmodi nimiū dispendiū patiatur. † Immo etiam quādo aliquis ob demerita priuatur beneficio, potest ei reseruari pontio, ut exinde uiuat, ne mendicet in opprobrium ordinis cleri-
148 calis. † Spec. in titu. de dispen. §. nunc sequitur. uers. 54. cui adstipulatur Io. Bert. in tract. de epis. li. 4. uer. 46. uide Feli. in d.c. ad audientiam. col. 2. uersi. secunda conclu.

Fallit, quando assignaretur pensio ex causa renunciationis illi, qui aliàs erat incapax beneficii: & propterea nullus ius habebat in illo. tunc enim ad obuiandum fraudibus, quas facere possent episcopi, ꝓpter nepotes incapaces, talis pensio non dicitur habere iustam causam.
149 † Abb. quem ibi sequitur Feli. in c. Ad audientiam. de resc. & in c. extirpandę. §. qui uero. de præben.

Clau. Ne ex resig. dispe. patiatur.

Item, quia tunc illa Clau. Ne ex resignatio
150 ne dispendium patiatur. redditur falsa. † nā dicitur pati dispendium qui renuntiat rei, cu-
151 ius est incapax, † l. manumissiones. ff. de Iust. & iure. Quod est utile scire: quia quandoque Pont. reuocant renuntiationes, quæ emanauerūt ex causa non onerosa. si enim constat nullum ius competiisse, causa non dicitur fuis
152 se onerosa. † Rota tamen solet iudicare causam onerosam, quandocunque aliquis dimittit possess. quasi illa semper det aliquid com-
153 modi. † l. Res alienas. C. de rei uēd. c. si a sede. de præben. in 6.

Renūtiatio cōmendæ an iusta causa pensionis.

Sed quid dicemus de eo qui renuntiat bene
154 ficio, quod habet in commendam? † Respō. si est commēda perpetua, ut fit hodie, iusta erit causa constituendæ pensionis: quia talis com-
155 menda habet effectum directi titu. † ut dixi in materia commendæ. hoc tene. Alex. in sum. 1. q. 13. col. 2. Ana. in c. non satis. in 2. col. de Simon.

An possit assignari pensio clerico ægrotanti, dū alius substituitur.

Item quæritur, an legatus possit assignare pensionē loco alimentorū clerico ægrotanti con-
156 sentiēti, & alius substituatur ei in totum? † Sol. si ægritudo erat perpetua, Episcopus tanto magis legatus potest substituere in totum clerico ægrotanti: & pro ægroto decernere alimēta donec uixerit. qđ fieri pōt auctoritate legis
157 & superioris. † c. tua nos. secundum unum intellectum, quem ibi approbat. Abb. de cleri.
158 Egro. † in fi. quod perpetuo no. quia limitantur multa iura.

Pensio pōt reseruari antequā bona perueniant ad ecclesiam.

159 RESERVATIO. Quando ab initio, † laicus uel alius donans rem ecclesiæ, reseruauit sibi pensionem, illa fuit iusta causa: quia antequam res sit ecclesiæ potest dominus appo-
160 nere onus quodlibet, † l. in re mandata. C. mand. quæ postea ad ecclesiā transit cum one-
161 re suo. † c. & Leuthericus. 18. q. 2. per Abb. in c. quanto. de cens. & potest exemplificari in eo, qui donauit fundum ecclesiæ reseruatis sibi
163 alimentis. † de quo per Cy. & alios. in l. 2. C. de iure Emphit. Abb. in c. exhibita. in fi. de re. permut. ubi dubitat quid dicendum quan-
163 do fundus perit casmate, uel alluuione. †

Non potest renuntiare & petere sibi reseruari pensionē coram legato.

Circa præmissa tamen aduerte in quantum dixi renuntiationem esse iustam causam pensionis constituendę: quia non eo attinet, ut coram legato, uel Episcopo possit peti admitti renuntiationem, & reseruari pensionem, sicut
164 fit coram Papa: † quia esset Simonia, cum
165 renunciatio debeat esse libera. † c. Admonet. de renunt. c. quàm pio. 1. q. 7. sed ꝙ legatus, uel episcopus ex officio suo potest reseruare

uare

uare pensionem pro renuntiante: quæ pensio
166 deinde, an obliget successorem, † dicetur lo
co suo.

An legatus reseruet fructus beneficiorum uacaturorum.

Secundo quæro, an legatus possit reseruare
fructus beneficiorum uacaturorum ad certum
167 usum? Dicendum est posse, † ea tamen lege,
ne titulus sit inutilis apud rectorem. ut. s. relin
168 quãtur necessaria pro ministris, † Spec. hoc
titulo. §. nunc tractemus. Domi. in c. Si propter, de resc. in 6. Si enim episcopus statutum uel consuetudo id efficere potest. Abba. in c. primo. ut eccle. benef. tradunt doct. in d.c. si propter. tanto magis legatus. quod affirmant Ioan. An. & Archi. in c. j. de excess. prælat. in 6. Collect. in c. tua. in 6. q. de uerb. sign.

Extrana. in materia reseruationis fruct.

De ista autem reseruatione fructuum, ha-
169 bemus quatuor extrauag. † Io. 22. tres in ti
tu. de præben. quorum initia sunt. Postulasti. Nonnullæ. Nonnullę. quarta est in titulo. Ne sed. uac. suscepti. quæ reseruatio afficit etiam fructus beneficiorum uacantium in curia, uel

Reseruatio fructuũ afficit ẽt beneficia reseruata.

170 aliter quomodocunq; reseruatorum. † Rot.
decis. 269. in ant. dicens beneficium censeri
171 non uacare in curia quo ad istos fructus. †

An episcopus reseruet fructus beneficiorum pro mensa sua.

An autem Episcopus possit reseruare fru-
172 ctus huiusmodi pro se uel mensa sua. † late
per Abb. ubi supra ponentem etiam, an requi-
173 ratur consensus patroni. †

An pensio cõstituatur super beneficio onerato alia pẽsione.

An beneficium oneratum una pensione, possit onerari alia? Sol. quantum ad intentionem Papæ, in dubio non præsumitur quòd uoluerit. ar. c. mandatum. de resc. tamen si uult, potest. de legato, & Episcopo credo ꝙ ad uitã consentientis possit fieri, aliàs nõ. ad hoc reg. scienti. fallit tamen quando non superessent redditus pro ministris substentandis. uide quæ dicam infra. §. 5. q. 7.

Sextũ quæsitum.

Capio sextum principale quæsitũ, quod est
174 qualiter pensio constitui possit, † pro cuius
expeditione quæritur de multis.

An pensio sub conditione.

Primo quæriĩ, an pensio possit dari clerico per legatum, uel episcopum sub conditione,
175 † ut cum primum habuerit beneficium cen
seatur Cassa. hoc est constitui possit pẽsio, do
176 nec beneficium habuerit? † Sol. si inter par
tes hoc conuenit, ut sequatur renuntiatio, Si-
177 monia est, † cum renunciatio debeat esse li-
178 libera. †. c. ex parte, el primo, de offi. de leg.
in uersi. omnino. ita concludit Roma. consi. 359. dicens hanc esse quasi permutationem tẽporalis cum spirituali. quæ a iure damnatur,
179 † c. fi. c. Ad quæstiones. de rer. perm. Sed iste
rationes Rom. cõcludunt etiam si pensio sim-
180 pliciter promitteretur. † quia tunc induci
tur Simonia. de quo dicam. infra. §. pen. q. 23. q stio autem nostra est, an supposito, ꝙ pensio aliàs licite constituatur: ideo uitietur ex eo ꝙ apponiĩ huiusmodi conditio resolutiua pẽsio-
nis in euentum adepti beneficij. & credo pen
sionẽ ualere: quia pensiones huiusmodi ex sui
182 natura non sunt perpetuæ, † ut concludunt
omnes in c. nisi. & reseruantur clerico ut ex
182 his uiuere possit. † unde congruum est ut ha
183 bito alio beneficio cesset pensio. † hoc te-
nent. Io. An. in c. si tibi concesso. de præben. in 6. & Collect. in c. qualiter. de cler. non resid. quando disputant. q. de Episcopo qui promisit dare decem marcas mihi, donec fuero assecutus beneficium eiusdem ual. an sufficiat habere beneficium, quod non deductis oneribus ascendat ad eam summam. & interminis. q. nostra tenent. Guliel. Genel. Cardi. in cle. j. de reb. eccle. non alien. & ibi Bonif. in. 5. col. quia assignatio huiusmodi pensionis nõ est condi
184 tionalis, sed ad tempus. †

Ad quã summam constituatur pensio.

Secundo quæro, usque ad quam summam
185 constitui possit? † Sol. † si loquimur de pen-
186 sionibus, quæ dantur uicarijs perpetuis, ea
debet esse talis, ut exinde uiuere possit uica-
187 rius. † c. j. de præben. in 6. & in extirpandę.
§ qui uero. Si loquimur dę pensione rerum temporaliũ, illa est iusta. de qua conuenit. aliàs
188 quę. xx. annis æquat sorte. † Auten. de non
aliena. §. si uero alicuius. glo. fi. in Aut. Perpetua. C. de sacr. sanct. eccle.

Si de pensionibus beneficiorum, de quibus est sermo. dicendum est, ꝙ olim communis obseruatio curiæ erat, ꝙ non excederet tertiã
189 partem fructuũ. pro qua practica, est † text.
in c. quatuor. c. de redditibus. c. cognouimus. 12. q. 2. ut de illa quarta portione pauperũ, quę hodie est tertia, postquã Episcopi habent suos redditus, disponi possit etiam per Episcopum hodie curia dat, dum modo non excedat medie
190 tatem. † & etiam ultra medietatem, sed com
191 ponitur, † de his quæ pertinent ad modera-
192 tionem, & limitationem pensionum, † dicã
infra. §. ultimo.

Tertio quæro, legatus habet in facultatibus, *ut cõstituere possit pensionẽ integra soluendas annis singulis &c. sub censuris, & pœnis aliàs consuetis. & aliàs ad id de partium consensu statuendis.*

An legatus appõat clau. regressus in euentũ non solutionis pensionis.

An possit apponere clau. regressus in euen
193 tum non solutionis? † Et uidetur dicendum
posse: quia legatus secundum istam facultatẽ apponit pœnas consuetas cõtra non soluẽtes. ista est pœna consueta. igitur etc. ad qđ facit, quia facultates legatorum relatæ ad personam
194 eius, sunt late interpretandæ, † c. in his. de
priuil. Domi. in c. j. de fil. præsby.

Et habet opi. æquitatem iuris: quoniam causa renuntiationis est iam recepta pro legitima in pensione constituenda. unde si non sequitur causa, propter quam dimisi beneficium. i. pẽsionis solutio, renuntiatio debet haberi pro

infecta

infecta.c.si beneficia.de præben.in 6.c.j.de re.
permut.eo.titu.& facit totus titulus de condi.
ob caus.
Hæc tamen opi. est periculosa: quia aperi-
ret facile uiam, ut coram legato concederentur
195 regressus.† Nam uolens habere regressum
in beneficiis, quæ renuntiaret nepoti, reserua-
ret pensionem, quam deinde nepos nõ solue-
ret. unde in omnem euentum mortis nepotis
ex ui illius clau. patruus retineret beneficium:
196 † & idem posset procurari in quibuscun-
que renuntiationibus. unde propter odium iu
ris ad uacatura, forsan practica non admitteret
hanc extensionem, & maxime etiam, quia non
semper datur regressus. sed pro elucidatione
huius.q. esset discutienda alia.

An parua regressus habeat locũ contra successores, si pẽsionarius fuit negligens in petendo.

An regressus concessus alicui in euentum
non solutionis pensionis, habeat locum cõtra
successorem in beneficio, quãdo pensionarius
197 tacuit uiuente illo, qui debebat soluere.† si
tenemus non habere locum contra successo-
rem, cessabit fraus, de qua in q. præcedenti: &
parum referet quòd legatus apponat illam
clau.

Et uidetur non habere locum regressum:
quasi uolente, & consentiente pensionario, ille
nõ soluerit. quare cõtra illum qui succedit, nõ
198 potest iuuari, nisi constituatur in mora.† ad
hoc l.si ita legatum.§. illi si uolet.ff. de leg. 1.
& faciunt quæ tradunt doct. de eo qui ceci-
dit ab emphiteos. in c.potuit de locat. Raphel.
Cõmens. in cons. 164. sicut etiam dicimus de
feudo quòd si Dominus uiuente uasallo, qui

Dominus nõ agit ad priuationẽ feudi, quando uiuente uasallo tacuit.

commisit culpam, tacuit, mortuo ipso non põt
199 agere ad priuationem feudi.† Io. An. in ad-
dit. ad Spec. in titu. de feu. §. si. & Raphael in lo
co præalleg. nam culpa defuncti non extendi
200 tur ad hæredẽ.† glo. in l. si. C. de reuo. don.
in l. omnimodo. C. de inoff. test. c. si. de donat.
ubi uoluit, qđ si donans nõ reuocauit donatio
nem propter ingratitudinem donatarij uiuen
201 te eo non potest eã reuocar.† quã glos. ibi
sequuntur Doc. ad hæc tex. in l. his solis. C. de
reuo. donat. de materia, uide infra parte. 9.
q. xiiij.

An leg. reseruet pẽsionem exemptam a decimis.

Quarto quæro, an ex ui huius facultatis pos
sit reseruare pensionem exemptam a decimis,
202 & aliis oneribus?† Et uidetur posse propter
illud uerbum, integre persoluẽdis de partium
consensu. nam consensus partium, & legati au
203 ctoritas, omnia ista possunt.† Nam nõ dice

Integre soluere.

204 retur integre soluere, si decimas solueret,†
l. fi. & ibi no. C. ad leg. Falci. l. 2. §. Ad filiorum.
C. quando, & qui. quarta pars deb. li. x. & scien
205 ti non fit iniuria,† ut in Reg. scienti.
Sed huic concl. obstat decisio Ang. in. §. si
expressim. in autẽn. de hæred. & Falci. & in
auten. Sed cum testator. C. ad leg. Falcid. &
Roma. in authen. similiter. C. eo. quando di-
cunt quòd. Licet testator mandauerit legata
integræ solui; tamen locus erit falcidiè, si illa
expresse nõ uetuit. quia uerbum, integrè, non

Integre.

206 excludit id quod a iure deducitur.† l. si totã
ff. ad Trebell. l. Cum uirum. ubi no. C. de fidei
commis. est bonus tex. in c. licet. de præben. ubi
quanuis mandetur alicui solui integros pro-
uentus præbendę in absentia: tamen non de-
bentur distributiones quotidianę.
Verum ad omnia ista potes respondere, ꝙ
procedunt quando non exprimitur hic: autem
exprimitur de decimis. de quo in sequenti. q.

Quando cõuentum de pensione integre soluẽda.

Quinto quæritur, quid si cõuentũ est de pẽ
sione integre soluenda, absq; eo, ꝙ dicatur, ꝙ
sit exempta a decimis. an soluens possit dedu-
cere decimas, & etiam onera necessaria fructi
207 bus colligendis?†
Et uidetur nulla onera deducenda. quoniã
pensionarius habet actionem personalem ad-
208 uersus poss. beneficij:† & consequenter one
ra etiam necessaria pro re, non sunt deducen-
da cum spectent ad poss. & patrimonii. l. fundi
trebatiani. ff. de usuf. l. Gaius. ff. de ante. leg.
l. defuncta fructuaria. ff. de usufru. quæ ratio
concludit, siue dicatur integre, siue non. tan
to magis quando exprimitur ꝙ integre, post
quã de natura pẽsionis est, quòd sit sine onere.

Onera, aut cum fructibus, aut extra fructus.

Dici posset, quòd aut onera sunt cum ipsis
fructibus, aut extra ipsos: si cum ipsis, non de
trahũtur regulariter. l. fundi Trebatiani, cũ re
liquis: quoniã fructus dicuntur qui supersunt
deductis expẽsis pro illis habendis necessarii.
209 † l. fructus. ff. solu. mat. quod uerum, nisi pẽ
sio excederet. de quo dicam. infra. §. ultimo.
Si uero onera sunt extra fructus, distingue.

Onera certa, & ordinaria.

210 Aut sunt onera certa, & ordinaria,† ut q̃a
decimæ uel census ab antiquo impositi: aut in
certa, & extraordinaria: ut quando Papa impo
neret decimam extraordinariam propter expe
ditionem in Turcas, uel alia de causa, uel quia
Episcopus peteret caritatiuum subsidium. Si
primo modo, est animaduertendum, quòd si
constituens noluit grauare ecclesiam nisi ad
certam partem reddituum, puta tertiam, uel di
midiam: si detractis oneribus, & soluta pensio
ne remanent duę tertiæ rectori, quomodocun
que concepta sint uerba pensionis, pensiona-
rius non tenetur ad illa onera propter naturã
pensionis, cui non repugnat uerisimilis inten
211 tio constituentis.† Quod si deductis oneri-
bus illis, non superant fructus secundum quo
212 tã designatam:† quin notabilis est læsio. ꝙ
forsan onera huiusmodi absorbent reliquum
fructuum, uel paulominus: ita ut rector exin-
de uiuere non possit, poterit rector imploran-
do officium iudicis, petere pensionem huius-
213 modi reduci iuxta stilum consuetum.† di-
rectam

rectam. n. actionem non habet qui ad id consentit. ad ea quæ tradit Egi. Deci. 671. 684. Dixi autem notabilis lesio: quia

Leuis lesio non consideratur.

214 Leuis lesio non consideratur. † l. si uno. §. quidam. l. si meres. §. uis maior. ff. locat. sicut aliàs dici solet, ꝙ de minimis nõ est curandũ.
215 † ut eleganter tradit Roff. in opere libelli iuris cano. titu. de censi. §. nunc uideamus. At constituens, qui potuit uoluit grauare in certa quantitate omnino, etiam si aprehenderet omnes fructus. uide quæ dicam ibi. §. fi. q. 2.

Onera extraordinaria.

Sed si onera hæc sint extraordinaria, dic ꝙ aut ualde extraordinaria & insolita: & tunc ẽt si dictum sit ꝙ pensio huiusmodi sit exempta à decimis, non tamẽ erit exempta ab his quæ
116 insolitæ sunt, † sicut aliàs dicimus.

Casus fortuitus insolitus nõ cẽsetur remissus.

Quòd licet in contractu remittatur casus fortuitus: nõ tamẽ remittitur insolitus & ino
217 pinatus. † l. fistulas. §. fi. ubi gl. in uer. immoderata. ff. de contrah. empt. Bar. in l. seio. §. mẹ dico. ff. de an. lega. & ratio: quia in decimis habetur respectus ad fructus: Pensio intrat lo

Pensio dicitur ex re et intrat locũ fructuum.

218 cum fructuũ: & dicitur quasi ex re. † Bald. in l. si traditio. in fin. C. de act. emp. Si uero sunt extraordinaria non tamen insolita: si sit expressum ꝙ pẽsio sit exempta, erit exempta, aliàs nõ: quum pensio, ut dixi sit ex fructibus,
219 & ad rationem fructuum moderanda. † secundum Abb. in c. prohibemus. de censi. propterea Bal. in l. hactenus. ff. de usufr. dicit pen

Pensionarius in effectu usufructuarius, ? sus. soluit decimas & tributa.

220 sionarium in effectu usufructuarium. † Vsufructuarius autem sentit onera tributorum
221 & decimarum. † l. neque. ff. de impen. in reb. do. fac. Abb. in d. c. prohibemus. & in terminis tenet glo. in clc. 2. in uer. si beneficiorum. in fi. de deci. quando dicit, ꝙ etiam fructus reseruati, fuissent comprehensi sub onere decimarum, nisi fuissent excepti. quod etiã firmat Belenc. in tract. de caritatiuo subsidio, q. 37. dicens rectorem beneficij non teneri ad integram decimam papalem, quando alius percipiebat pensionem.

De oneribus, que sũt propter seruitia beneficii.

Quid autem de oneribus, quæ sunt prop-
222 ter seruitia beneficij, † ut quia teneor ponere capellanum in absentia? Sol. onera huius modi nõ attenuant quãtitatem, aut ualorem redditũum, cũ insit onus hoc ipso iure. & ꝓpter seruitia hmõdi denĩ fructus. c. qualiter. ubi doct. de cler. non resi. ideo non afficit pensionem, nisi secundũ ea, quæ dicam. in §. fi. infra.

Intellige quæ dixi de pẽsione q̃ datur alicui loco beneficij: secus forsam in ea q̃ datur loco
223 stipendij temporalis: † quia illa non subijcietur decimis papę. arg. c. cum dilectus. de iu. pat. esset tamen consideranda causa, ex qua datur, & an papæ ĩ decimis suis uoluerit talia includi. aliàs quid si ecclesia haberet omnes ministros stipendiarios, & nihil aliud superesset, quis dici posset ꝙ onus decimæ spectabit ad ecclesiam, & stipendiarij integrum consequẽ
224 ter † propter naturam contractus. de materia. uide Oldr. consi. 167.

An legatus det pensionẽ cũ facultate trãsferendi.

Sexto quæritur. An legatus simili facultate munitus constituat pensionem cum faculta-
225 te transferendi? † Sol. quia non consueuit communiter apponi, non ueniet, præsertim quia ista est species hæreditariæ successiones quæ in dei ecclesia non debet habere locum.
226 † c. Apostolicos. 8. q. j. c. ex trãsmissa. de renũ.

An pensio detur super ecclesia onerata alia pẽsione.

Septimo quæritur. An pensio constituta su
227 per ecclesia, alia pensione onerata, ualeat? † Sol. si non exprimitur in literis papæ, non ualet pp duplex onus. c. mãdatum. de rescr. Nec enim onerata ecclesia ulterius onerari debet. l. tam dementis. C. de epis. & cler. l. Diuus. ff. de offi. præsid. Est. n. qualitas hæc, quæ expressa potuisset mouere principem: ideo uitiat lite
228 ras ipso iure. † c. super literis. c. in nostra. c. postulasti de rescr. facit deci. Oldr. consi. 22. in ult. q. Nã surreptio in beneficialibus uitiat

Surreptio uitiat ipso iure in beneficialib.

229 ipso iure. † Abb. in c. Ad audientiam. el. ij. & in c. capitulũ. de rescrip. unde inferĩ ꝙ licet secundum reg. cãcellariæ teneamur facere mẽtionem de redditibus beneficiorum, & etiã de
230 pensione † secundũ Abb. in d. c. Ad audientiã. tamen de tali pensione non erit habenda

De pẽsione nulla, an habenda mentio.

231 mentio. † ad tradita per Abb. in d. c. in nostra. & hoc quando pensionem non percipiebam. uide infra in 9. parte.

Quid de beneficio renuntiato, quando pẽsio ẽ nulla.

Sed quid dicemus, si renũtio beneficio, qđ ego ignorabã esse oneratum alia pensione, &
232 reseruo mihi in pẽsionẽ: † Si pẽsio erit nulla, an ero deceptus: qui aliàs renuntiaturus non eram? An regrediar ad beneficium meũ ex æquitate. c. Si beneficia. de præb. in 6. & c. j. de rer. perm. eo. lib.

Ad hæc dicendum, ꝙ regressus non dabiĩ, quoniam ęquitas illorum textuum non trahiĩ ad casus non exceptos, ut ibi dicunt doct.

Nec ẽt patiĩ rõ ut qui renuntiauit hoc ꝑtextu, perdat beneficium & pensionem.

Pensio nõ est nulla ipso iure: sed ope except.

Vide si dici posset, ꝙ pẽsio nõ esset nulla ip
233 so iure, sed ope except. † cũ pẽsio non sit be
234 neficiũ nisi largè loquendo. † Abb. in d. c. Ad audientiã. Et nullitas ipso iure nõ induciĩ, nisi exprimaĩ. qm̃ anullatio hmõdi cũ affectu est pęna, cũ adimat fructus, quorũ partis loco

Pena ipso iure non datur nisi lex exprimat. Quando anullatio actu respicit fauorẽ personæ, nõ inducitur nisi parte nolente.

235 pẽsionẽ sibi reseruauerat. † ad ea q̃ tradit Perus. in c. fi. de ele. in 6. col. 2. Pęna aũt ipso iure
236 nõ induciĩ, nisi lex, exprimat. † Bal. in aut. ex testõ. C. de secun. nup. ꝑ tex. in §. cum igiĩ. in aut. de non elig. sec. nub. Alex. in l. etiam. §. 1. in 2. col. ff. solut. matrimo.

Itẽ, q̃a qñ anullatio actus respicit tm̃ fauorẽ ꝑsonæ, nullitas ẽ ope exceptõis, nõ ipso iu-
237 re. † l. si q̃s in cõscribẽdo. C. de pact. iõ re-

Q scripta

scripta ad lites ubi de partis comodo uel inco mõ agit sunt nulla opc exceptionis nõ ipso iu
238 re. † Abb.in c. capitulũ.de resc.Do.in c.1. eo titu.in 6.Feli.in c.Cum Bertoldus. de re iu di.cum igitur pensio concernat commodũ fru ctuum, qui hodie ex consuetudine acquirũtur
239 per ecclesiarũ rectores,†ad no.in c.præsenti.de offi. ordin. nullitas erit uolente rectore. rector autem qui semel consensit, nõ põt con
240 tradicere:†ergo &c.et si dixeris,errauit cõsentiendo pẽsioni:ergo nõ cõsensit,subiunget qui renunciauit,errauit renuncians: quia non credidit pensionẽ suã impediri. ideo distinguere forsan nõ esset indecens:aut renuntians sciuit aliã pensionem:aut ignorauit.

Septima pars.

Venio ad septimum,& quæro pro quo possit cõstitui pensio? Sol.pro omnibus clericis,
241 qui sunt beneficiorũ capaces:†qm̃ si potest dari beneficium,tanto magis pensio,ut notissimũ est.pro rei elucidatione quęritur primo.

An pensio pro laico.

242 An pensio possit reseruari pro laico?†Sol. potest dari laico seruienti ecclesiæ, ut dixi supra.§.quinto,in uers.seruitium.

An pensio requirat ætatem.

Secundo quærit,an requirat pẽsio certã æta
243 tẽ?†Sol.si loqmur de ea,quę datur clericis,satis est ꝙ sint clericali caractare insigniti, et si eẽt beneficiũ secũdũ opi.de qua in §.10.infra.

An pensio cõstitui possit pro religioso.

Tertio quærit, an pensio possit constitui
244 pro religioso,†resignante beneficiũ regulari,uel aliter.Ista quæstio fuit agitata in Rota in causa unius militis hierosolimitani, qui habebat pensionem, & agebatur ad nullitatem eius. maior pars dominorum inclinauit quòd pensio esset nulla,moti primo.

Quòd milites Hierosolimitani profiterentur tria substantialia in manibus prælatorum
245 suorũ:|ideo nõ poterant retinere propriũ,
246 †c.Nolo.c.non dicatis.12.q.1.c. super qua dam.de stat.reg.& hoc adeo uerum est, ꝙ nec etiam Papa potest in hoc dispensare, eo ꝙ uo
247 to astringuntur.† c. cũ admonasterium.eo.
248 titu.nec ualet consuetudo in contrarium,† ut late concludit Cal.in conf.j. de stat. regu.& doct.in d.c.cum ad monasterium.Quare cum pensionarius faciat fructus suos, & consistat

Pensio in mera tẽporalitate.

249 pensio in mera temporalitate.†ad trad.per Feli.& Abba.in c.ad audientiam.de resc. reli
250 giosus huiusmodi non erit capax eius.†quã
251 uis prius fuerit capax tituli beneficialis.† quoniam beneficium habet ut administrator,
252 †c.ij.de dona. non autem ex hoc fit habitis ut habeat propriũ sicut dicimus de religioso facto Epõ,ꝙ quãuis habilitetur ad administrãdum bona Episcopatus:tamen ob hoc nõ efficitur capax ut habeat proprium:cũ nec hære
253 ditatem habere,nec testari possit.†glo.in c. quia tua.12.q.1. Thom.2.2.q.186.art. ultimo:& disputãdo cõcludit Io. de Turre Crem.

Religiosus factus Episcopus, non potest habere propriũ. & testari.

in c.nulli. in 5. q.12.q.2. Et ideo secundum ueriorem opin.de qua dicam infra.de potestate leg. in exemptos, lib.8. quanuis religiosus per Episcopum posit assummi ad ecclesiarũ curatam,non poterit assummi ad canonicatus uel simplex beneficium non habens admini-
254 strationem.†

Aliqui tamen fuerunt in contrario uoto,cũ qbus ego fuit,ꝙ miles Hierosolimitanus esset
255 capax pensionis, † ex quo est etiam capax
156 feudi:†quia licet profiteatur,non tamen di
257 citur in totum mutasse statum,†ut late tradunt Aluar. & Præpos. in c.j. de mil. uas. qui bellic.ac depo.unde si est capax retinendi feudum:ergo & pensionem. Præterea cum quilibet religiosus sit capax retinendi pro usibus,
258 & necessitatibus suis,† secundum extraua. Benedicti,q̃ loquitur de monacho eunte ad studium:quod tenet Aegi.decis.158. quis dicet hoc militem non esse capacem pensionis? erat enim dubium de pensione translata in eũ. & hoc saltem ut acqrat religioni suæ, sicut faciunt reliq religiosi:qui non prohibentur acq rere ea, quæ debentur eis ad uitam monacho suo. Auten.ingressi.C.de sacr.sanc.eccle.l.deo nobis.C. de ep. & cler.c. non dicatis.12.q.1. pro resolu.tñ materiæ,cõsidero aliquos casus.

Religiosus tenet proprium pro usibus.

Primus est,quando religiosus renuntiat beneficio suo regulari,quod habet in titulũ perpetuũ,& Papa intelligens eum religiosum, ne ex resignatione dispendium patiatur, reseruat
259 pensionẽ.†tunc enim Papa hoc scienter faciens,uidetur secum dispensare, de quo.infra, in materia dispẽsationis concl.5. uers.fallit.j.

Pensio reseruari põt religioso in beneficiis sui ordinis per eum renuntiatis.

Secundus,quãdo superiores concedunt monacho ad usum pro alimentis, & uestibus: &
260 talis concessio tolerat:† quia per hoc non læditur abdicatio proprietatis. Cal. in d.conf. 2.de regu. immo põt relinqui monaco ad tempus,quousque Abbas non mouerit quæstionem:& tunc monacus licite retinet secundum Bal.in l.j.in 7.q.C.de his, quæ pene no. Pau. de Cast.in §. tres hæredes.in l.Lucius.ff.ad trebell.& hęc est una ex cautelis Cepollę,ad faciẽdum quòd monacus possit habere legatum. caut.249.facit Decis.Abba.in c. non satis.in si.de simo.& tunc, si talis concessio confirmetur per Papam,non poterit superior reuocare.c.ad nostram.de cõfir.uti.uel inuti.quãuis Papa hoc nõ debeat facere, secundũ Host. in c.nisi de preben.

Cõcessio facta per superiorẽ monaco ad usum suũ, ualet.

Tertius,quando habens facultatẽ transferendi pensionem, transfert eam in personam
261 regularẽ:†& tunc pensio non acquiritur il-
262 li propter incapacitatẽ, † ut in d.consi. pri-
263 mo, &.c. non dicatis. An uero, acquiratur monasterio, uel anihiletur, est dubium:
264 †quia si est loco beneficij, ut dicetur in §. x. infra,

Pensio non potest transferri in personam religiosam.

x.infra.beneficia nõ acquiruntur monasterio
c.Beneficium.de regulis in.6. Si sit tempora-
le quiddam, nihil uetat acquiri monasterio du
rante uita ipsius,in quem translata est pensio.
ar.l.statius.§.Cornelio.ff.de iur. fisc. & dicam
infra.§.fi.q.6.

Miles hierosolimitanus an sit capax pensionis.

Fallit tamẽ hoc in milite hierosolimitano,
quando pensio esset de redditibus alicuius be
265 neficii suæ religionis:†quia licet illi profi-
266 teantur in manibus sui superioris. † tamen
non penitus mutant statum, nec uiuunt in cõ
267 muni,†sed tenent redditus proprios.& ma
gis uacant militiæ quàm contemplationi : &
redditus religionis eorum, sunt ad hoc præci-
268 pue instituti.† pro quo faciunt tradita per
Pręposi.& Aluarot.in d.ca. 1. de mil. uas. qui
bell.arma depos.Et hoc uerum,nisi ex particu
laribus eorum constitutionibus aliud induca
269 tur.†isti igitur poterunt habere pensionẽ,
siue sit beneficiũ,siue tẽporale quiddam,nec
270 iõ eximentur ab obediẽtia sui superioris.†

Qui potest prouidere de beneficio,an possit prouidere de pensione.

Quartus Casus. Quando legatus hẽt facul
tatẽ ꝓuidẽdi religioso de beneficio,an possit
271 prouidere de pensione?†Et credo ꝗ si indi-
stincte de quocunque beneficio, posset proui
dere etiam de pensione:secus si de certo gene
re beneficiorũ.quia beneficia curata facilius
272 conceduntur monaco,quàm simplicia,† ad
ea quæ habentur in c.quod Dei timorem.& dĩ
cam infra lib.8.& hoc procedit etiam si renun
tiaret beneficio sui ordinis.

Monaco facilius conceditur curata,quàm simplicia beneficia.

Pensio ad habitum superioris prere ligioso

Fallit,quando reseruaretur pensio ad bene
273 placitum sui superioris.†quia tunc non le-
ditur aliquid substantiale professionis. quòd
sentit Abb.in c.nisi.dicens post Host. ꝗ reli-
giosus in pensione constituta,erit administra
274 tor:†& abbate consentiente, uel nõ cõtradi
275 cente,licite tenebit† sicut seruus habet pe-
culium ex permissione domini tacita uel ex-
276 pressa†.l.quam tuberonis.ff.de pecul.l.4.ff.
de manumis.dixi supra in secundo casu.

Monachus habens administrationem,est capax pensionis.

Quintus Casus est,qñ monachus ẽ Abbas,
uel hẽt aliã administrationem, tunc est capax
277 pensionis†secundum Card.in cle.1.§.quia
uero.de stat.mona. non ut de ea testetur, sed
ut laudabiliter disponat sicut de aliis redditi-
bus,quos administrat,& sic euitantur quæ de
episcopo superius dicta sunt.

An fratres de tertio ordine sint capaces pensionum.

Quinto quæritur,an pensio possit cõstitui
278 pro fratribus de tertio ordine? † Sol.aut est
pensio,quæ datur ob seruitia,& merita, cuius
quilibet laicus est capax , & potest:aliàs non :
279 †quia illi non sunt clerici. Cal.cons. 4.de re.
gul.& cons.7.de for.compe.

An non ualens habere beneficium possit habere pensionem.

Sexto quęritur,an qui prohibet̃ habere be
neficia in loco , possit habere pensionem ?
280 †uide quæ dicam infra.§.x.uer.quæritur igi
tur primo.

An mulieres sint capaces pensionis.

Septimo quęrit̃, an mulieres sint capaces
281 pensionum?†Sol. illius, quæ datur propter
282 merita sunt capaces:aliàs non.† fallit in be-
283 neficiis fœminarũ:† quia possunt esse ab-
batissę,& priorissę,& capaces suorum benefi-
ciorum sicut monaci, & religiosi in casibus
suis.ad no.in c.cum ab ecclesiarum. de offi. or
di.in c.dilecta.de maio.& obed.

Octauo quærit̃, an illegitimi sint capaces
284 pensionum?†Respon.Aut pensio datur pro
stipendio temporali,& nihil uetat illum acci-
pere:aut datur loco beneficii:& si est dispensa
tus ad ordines:uel aliàs ordinatus erit capax il
lius.c.1. proposuit. c. ueniens. de fil. presbyt.
Credo tamen ꝗ literæ pontificis redderentur
surreptitiæ,si reseruaretur pensio illegitimo,
tacito hoc defectu: quoniam alioquin facile
presbyteri habentes filios spurios, renuntia-
rent beneficiis, reseruata pensione filiis.

Octaua q.

Ex qua re possit deberi pensio.

Octaua principalis quæstio, est ea,quare cõ
285 stitui possit pensio?†Sol.generaliter loquẽ
do:pensio põt deberi ex quacunq; re producẽ
te,uel apta producere fructus & cõmoditatem
estimabili pretio. & ideo ex domo fundis &c.
ex rebus aũt quæ in mutuo consistunt,ut quę
dãtur,pondere,numero,uel mensura,non põt

Pensio non potest deberi ex his, quæ constãt pondere,numero,& mẽsura.

286 deberi pẽsio:†quia esset usura,ad ea quę tra
dunt doct.in rub. & c.consuluit.de usu.nisi re
287 ducerent̃ ad rationem interesse, †ad no. in
c.1.eod.ti.uel acciperentur ad usum comoda-
ti. ut est casus sing.in l.etiam.ff. comod. Item
ex rebus quæ in patrimonio,nostro non sunt,

Ex pecunia fit comodatum.

288 non põt esse pensio,† cũ pensio sit in quãti
tate debita ex re & quantitas nõ possit deberi
ex rebus,quę non sunt in patrimonio.insti.de
re.diui.in princ. idem si consistat in quota fru
ctuum.cum actio ista non possit dirigi nisi cõ
tra illũ,qui hẽt rẽ.Sed hæc sup̃flua sunt.nos lo
quimur de pẽsionibus ecclesiasticis,quæ debẽ
289 tur ex fructibus beneficiorũ.†uñ ubi nõ sũt
fructus,non põt esse pensio.& ubi fructus,ibi
290 pensio esse potest.† Sed tunc dubitatur.
An super quotidianis distributionibus ele-
291 mosinis,& hmói,possit esse pensio?†Et di-
cendum,non posse:quia talia non imputantur
292 in ualorem beneficii.†dixi supra.§.1.

Effectus pẽsionis constitutæ.

Nona principalis quæstio,quis sit constitu
293 tæ pensionis effectus.† ubi quærit de mul-
tis,& primo,

An pẽsio sit beneficium.

An pẽsio cõstituta dicat̃ esse beneficiũ,ad ef
294 fectũ ut pẽsionarius dicatur bñficiatus,†qñ
alicui cedẽti,uel aliter renũtiãti reseruatur?Et
uidetur non esse beneficium:quoniam benefi
295 cia sũt perpetua c.præcepta.56.di. c. 1. de
cap. man. in 6. Pensio aũt est tantum ad uitã
296 renuntiantis:ergo non est beneficium.
Itẽ,qñ mandatur alicui prouideri de bñficiis
usq; ad certam summã, non põt prouideri de

pensionibus.c.quanuis.de præben.in 6. & ibi Domi.dicens in literis ad beneficia non uenire pensionem.

Laici non sunt capaces beneficiorũ.

Item,quia laici non sunt capaces beneficio
297 rum.† c. Massana. c. sacrosancta. de elect.
298 Sunt tamen capaces pensionum.†c.possessiones.16.q.1.c.illud.xvi.q.vi.ergo pensiones
299 non sunt beneficia. † & hanc partem uidentur sequi.Archi.Io.An.& Domi.in c.Quãuis. dicentes pensionarium non intitulari, nec ad
300 residentiam teneri,†cum detur etiam laico:
301 & cõsistat in mera temporalitate.† Idem tenet Ana.in c.Non satis. de Simo. & Archi. in d. c.possessiones.asserens pensionem posse da
302 ri etiam puero.†Abb.in c.extirpandæ.§.qui uero.inquantum dicit illum tex. quando prohibet constitui pensionem in beneficio, intelligi de pẽsione,quæ datur pro beneficio: secus de illa, quæ datur pro nuda substentatione.
303 †quando enim datur pro beneficio, scinditur beneficiũ,& fiunt duo titulo:quod est maxime uetitum.c.Nisi.c.maioribus.de præben. Idem uidetur tenere glo. in cle.j.§. dignitatẽ. in uers.quodcunq;.de uit.& honest.cleri.quando dicit inhabilitatum ad quodcunque beneficium,esse in habilitatum ad pensionem,quæ datur in titulum.secus ad illam, quæ datur pro substẽtatione,secundum Cardinalem ibi:quia illa non est beneficium,etiam lato sumpto uo
304 cabulo.†quod uidetur innuere glo. ibi propter uerbum.quodcunque.l.Iulianus.ff. de lega.3.& hoc etiã uidetur de mente Laur.Cardi. & Imo.in cle.j.in uers.eadẽ.de supp.negl.prælato.dicentium indistincte, istam pensionem, quæ non datur in titulum beneficij,consistere in mera temporalitate. Idem sequitur Feli.in c.ad audiẽtiam. in principio.de resc.& uidetur tenere Rot.deci.210.in anti.& Cald. in consi. vj. in titulo de præben. ubi declarat, quando
305 dẽtur pensiones loco beneficij.†ex quibus omnibus uidetur elici firma conclusio, quòd pensiones,q̃ hodie assignantur alicui, nõ sint
306 beneficia.†quod clarius explicat compilator practicæ Cancellariæ,declarans illas pensiones tantum dici datas loco beneficij,quando extrahũtur a beneficio Ecclesiastico,ut fiat
307 aliud beneficium,†secundum ea,quæ habẽtur in c.conquerente. de Cler. non residẽ.c. ex diligenti.de Simo. Pensiones uero hodiernas,quæ dantur resignanti,ne ex renunciatione nimium dispendium patiatur,dicit esse me-
308 re temporales:†ut pote,quę tendunt ad exonerandum ipsum titulo beneficiali:& illã partem fructuum possunt percipere tanquam laici pro alimentis,& statu decenter tenendo.ar. c.tributum.23.q.ult.c. eleuterius.18.q.2.

And.Sic.in c.ad audientiam.tenet ꝙ appel-
309 latione beneficij,ueniat pensio.†primo per tex.in c.ad audientiam. quando dicit annuas pensiones,seu alia beneficia. cũ dicto alius impliare similia. Secundo,quia pẽsio subrogatur loco beneficii.Tertio,quia de pensione habenda est mentio.d.c.ad audientiam.

Reprehenditur And. Sicul.

310 Feli.ibi irridet tria hæc arg.† Ad primũ respondens per alia iura esse declaratum ista nõ esse similia. Ad secundum, negando id quod subrogatur loco alterius,esse idem.Ad tertiũ, negat consequentiam: quia etiam de præstimoniis, & hospitalibus habenda est mentio. Tu uero aduerte : quia non dicit An.Sic.pensiones esse ꝓprie beneficia: sed iudicari bene-

Defenditur idem.

311 ficia.†unde Feli.lepus est, & palpamentum quærit.

Impugnatur Felinus.

Dicat Feli.per quæ iura declaratũ sit, pen-
312 siones non esse beneficium,†nisi per tex.in c.quanuis.qui ita stricte intelligitur: quia loquitur in materia restringibili.ideo ibidem appellatione ecclesię,diocesis,uel ciuitatis,nõ uenit
313 ecclesia chatedralis.†an ideo, quia illa minus proprie ecclesia? Et quod dicit de hospitalibus,ipsum redarguunt.nam & hæc multis casibus datur loco beneficij, & beneficia sunt.
314 †cle.quia contingit.§.ut autem. de religio. dom.tamen hæc non comprehenduntur in literis ad bñficia.cle.per literas.ubi glo. de ꝓbẽ.

Cur igitur non defendamus illã opi. ut quãdo negocio,de quo agitur,conuenit, dicamus appellatione beneficii uenire pensionem, ut uers.Alia. in c.ad audientiam, stet proprie. Nam pensio succedit loco beneficii.ideo iudi-

Pensio succedit loco beneficii.

315 catur beneficium,†secundum Ancha. in c. ad audientiam.ubi etiam Bal.subdit, ꝙ repræsentat pensio beneficium, sicut transactio ui-
316 ctoriam.†l.fi.§.1.ff.mand.l.fuit quæsitum. ff.de acqui.hære.nã ista pensio reseruata huic, succedit loco beneficij,cui resignauit.hoc probat ex ratione Abb. de qua supra. nam ut ipse asserit, quando pensio est loco beneficij, dicitur fieri sectio in pensionibus, quæ trãseunt ad successores,ut sunt pẽsiones hodierni tẽpis, dicitur fieri sectio beneficij d.c. nisi. secundũ communem modum intelligendi.ergo pensiones istæ dicuntur beneficia secundum eum.

Beneficium quid sit.

Pręterea,si attendimus naturã bñficii,q̃ est,
317 ꝙ sit bñuola actio, gaudiũ tribuens capiẽti† c.1.qui.mo.feu.amit.in usi.feu. doct. ĩ rub.de. resc.quid magis erit bñficiũ ipsa pensione ecclesiasticorũ redditauũ?ꝙ sine onere dabitur,et ad uitam ipsius bñficiati.¶Nec obstat, ꝙ ille, titulus pensionis annihiletur cũ morte pẽsionarii.quia in ecclesia non numerata,per obitũ canonici cessat canonicatus.c. ex parte.de cõcess.præben.tamẽ nemo recte dicet eum non fuisse beneficiatum.Satis enim est ꝙ sit perpetuum.i. ad uitam recipientis. Autent. de non alien.§.Emphiteosim.

Non

Non obstat.c. quanuis. quia retorquetur p
locum a speciali.
Item non obstat quòd cadat in laicum,quia
aliter & aliter.nam etiam præbenda cadit in lai
318 cum.† c.Cum m.de constit.quando datur ob
seruitia:tamen nemo dicet habentem præben
dam,non esse beneficiatum.
Item,non obstat quòd detur, ne resignans,
dispendium patiatur, & ut exoneretur a titu-
lo.quoniam exoneratur principali titulo,& ha
bet titulum pensionis,quæ cum detur clerico,
& de redditibus ecclesiæ ad uitam eius, potest
dici beneficium: & reducitur talis pensio ad
æquitatem permutationis.
Et ista opi.est uerisśima, quamuis uideātur
repugnare auctoritates tantorum patrum:&
est totis uiribus defendenda, ne aperiatur uia
ad conuertendum ecclesiasticos redditus in
319 prophanos usus.† & intitulandum laicos in
redditibus beneficiorum, cum non quærantur
tituli,sed redditus.
Præterea,aduerte quomodo poterit saluari
illa distincto doct.aut pensio datur loco bene
ficii &c.Nam si non sunt loco beneficij, quan
do reseruantur pro clerico, nunquam erunt pē
siones beneficia. Nam pensiones, quæ dantur
perpetuis Vicarijs, uel ab una ecclesia alteri,
non dicuntur beneficia,sed res beneficiorum,
cum aliud sit beneficiū : aliud redditus benefi
320 ciorū c. Cura de iure patr.Cald.in d.cōsi.6.
Vnde propter ea, quę sequūtur,ego facio unā
conc.quòd

Conc. quòd clericus,cui reseruatur pensio, dicitur in effectu beneficiatus.

Clericus, cui reseruata est pensio super be-
neficio,cui renuntiauit, dicitur cum effectu
321 beneficiatus. † ex qua conclu.infero plu-
ra.

In literis ad beneficia, habenda mentio de pensionib.

Primum,quòd in literis ad beneficia,est ha
benda mentio de pensionibus ecclesiasticis.
322 † sicut de alijs beneficiis: quia pensiona-
rius iste non dicitur esse sine beneficio eccle-
323 siastico.†Collect.& Abb. in c. Ad audien-
tiam.quamuis Bonif.in cle.2. de præben. post
Paul.teneat contrarium: sed loquitur in pen-
sione,quæ datur ratione stipendij temporalis,
324 & ita intelligo. Rot.Decis.210.in ant.†quā
do dicit taciturnitatem pensionis, quæ datur
laico, non uitiare literas in forma pauperum.
& ista illatio est uera, siue præcedens conclu-
sio sit uera,siue non,propter tex. in c. ad audi-
entiam:& rationem generalem: quòd tacitur-
nitas eorum,quæ potuissent mouere principē
325 uitiare rescriptum.† de quo in c.in nostra.c.
postulasti,de resc.

Pensionarius tenetur dicere horas canonicas.

Secundum,quòd habens pensiones huius-
modi, tenetur dicere horas canonicas sicut

Ad officiū quare aliquis teneatur.

326 quilibet beneficiatus. † Quoniam ad offi
cium tenetur aliquis duplici de causa: uel pro-
pter ordines:uel propter redditum ecclesiasti
327 corum perceptionem.† not. Abb.in c.1. de
celebr. miss. Car.in cle.2.de deci. facit. c. cum
secundum.de præben.& ideo,quando clericus
non dicit officium, tenetur ad restitutionem
328 fructuum.† c.si canonici.§.sciturí. ubi Do-
mi.de offi.ordi.in 6.Habens autem pensionē,
329 dicitur habere fructus : ergo &c. † Ad hoc
facit naturalis ratio: quia nō est ferendus qui
uult de Christi patrimonio uiuere, & onus di-
330 cendi officium,non subire † l.unica. §. 2. C.
de cad.tol. & hæc opi. est defendenda à bonis
mentibus,ne per indirectum aperiatur uia ad
dandum redditus ecclesiasticos his, qui nō no
331 runt laudare dominum.†
Non obstat præmissis quòd Abb. in d. c.1.
& Thom.in 4.sent. dist. 15. uideantur dicere
aliquem astringi ad officium ratione benefi-
cij,non ratione fructuum: quia in casu nostro
ille intelligitur habere beneficium, qui perci-
pit fructus ecclesiæ ex canonico titulo pensio
nis perpetuo. sicut quando quis habet benefi-
cium,& alius habet fructus,ex iuris interpreta
332 tione,dicitur nō habere beneficium.†c. si ti
bi concesso.de præben.in 6.

Habens titulum beneficij sine fructibus, non tenetur dicere officiū

Ex quo inferri potest,quòd habens titulum
beneficij simplicis, non requirentis ordinem
sacrum,non tenetur ad horas canonicas, si a-
333 lius percipiat fructus.†
Et est aduertendum,quòd clerici astringū-
tur dicere horas canonicas de iure canonico
334 iuxta illud psal. Septies in die laudem di-
xi tibi:nam tenemur offerre sacrificium laudis
335 Deo, † ut in cle.1.de cele.mis.& not.in cle.
1.in uer.Oratores.de reli.& uene.sanc. quam-
uis forma illa,sub qua nūc dicitur tertia, sexta,
336 &c.est de iure positiuo†gl.in d.cle.1.in uer.
canonicas.de cele.mis.Abb.in c.1. de cele. mis.
Alex.in sum.1.q.1.

Pensio, an detur nō clerico.

Tertium,quòd pensio pro eo qui non est
clericus, est nulla:quoniam laicus est incapax
337 beneficij ecclesiastici†c. maritima. de elec.
Item,quia surreptitia esset: ideo nulla. Si ta-
men Papa ex certa scientia hoc faceret ualeret.
quia tunc censeretur mere prophana : quia nō
possumus imaginari quòd Papa tunc uolue-
rit esse beneficium ecclesiasticum, ex quo non
datur clerico.ita dicimus de præbenda, quæ
datur laico, ad notat. in ca. cum m. de con-
stitu.

Pensionarius quomō subueniat consanguineis.

Quartum, quòd licet pensionarius ex hu-
339 iusmodi pensionibus possit subuenire†con
sanguineis,ne egeant:non tamen poterit dare
ut diuites fiant, sicut nec de cæteris ecclesiæ
fructibus.Tho.2.2.q.185.ar.7.gl. Archid. &
Domi.in c.Omnino.31.dist.tex.in c.3. de ar-
bit.ubi Abb.& Fely.qui multa cumulat. in c.
postulasti.col.x.de resc. exacta ponens, quan-
do liceat clerico uiuere de redditibus ecclesiæ,

340 & conseruare patrimonium.†
Ex quibus inferre licet, quòd auditor Ro-
Auditores Rotæ pro communi utilitate laborant.
341 tæ, qui laborat pro communi utilitate, † &
ex eius officio non habet præmia condigna la
342 boribus suis, † posset de redditibus ecclesiæ
uiuere: & patrimonium consanguineis con-
seruare. in nobis posset uerificari communis
opin. quòd pensiones essent merè prophanæ.
Redditus ecclesiastici debẽtur auditoribus pp studia.
343 † quia redditus ecclesiastici debentur no-
bis propter studia, & labores, quos sine inter-
missione pro aliorum negotijs substinemus.
Aduocati, procuratores, Notarij & id genus
hominum, qui laboribus nostris fruuntur:
344 † palatia edificant: latifundia emunt: offi-
cijs locupletantur: locupletes linquunt hæredi
tates: & paupertatem undecunque fugant.
Auditores egent.
345 † Soli auditores semper ægeni, afflicti, † &
346 Sisiphio saxo uoluẽdo addicti, † maledictis
347 (ab his præsertim, qui contra se iuris since-
348 ritatem experti sunt) oppido lacessiti, †
egere non deberent, quos toti mundo iu-
stitiam ministrare oportet, ex publico alen-
349 di sunt, qui pro publica salute laborant. †
cum nemo stipendijs propriis militare debeat
c. cum secundum. de præben. Sed de his ha-
ctenus.
Quintum, quod infertur est, quòd sicut de-
Valor obtentæ pensionis exprimendus.
350 bet exprimi ualor beneficij obtenti, † ita &
351 pensionis obtentæ. † quoniam utrobique
352 eadẽ ratio. sicut etiam de præstimonijs † sen
sit Fely. in c. postulasti. col. 12. in fi. de rescr.
Et quanuis stylus curiæ qui induxit ut ex-
353 primatur ualor beneficiorum obtẽtorum †
propter constitutionem Vrbani, uideatur de
uiare a iure communi, quod non requirit ta-
354 lem expressionem, † ut per glos. in cle. 1.
de præbend. Abb. & Felyn. in ca. Ad aures.
de rescrip. tamen quando est omnimoda ra-
tio, debet extendi secundum Fely. in d.c. po-
stulasti.
Immo, aduerte obiter. Nam licet iure non
An expressio ualoris requiratur de iure cõi.
caueatur mentionem omne habendam de
355 ualore beneficii in literis apostolicis, † ta-
men non cauetur etiam contrarium. Ideo con
stitutio illa vrbani non est contra ius: sed præ
356 terius. † Immò concordat menti canonum,
uolentium in concessionibus huiusmodi ex-
primendam omnem qualitatem: quæ scita po-
tuisse mouere animum concedentis ad diffici-
lius concedendum. ad doc. communes. in c. In
nostra. c. postulasti. de resc. Rot. deci. 449. in
no. Facit tex. in c. pastoralis. in uer. De leui. de
resc. Quis autem ignoret principem facilius
collaturum beneficium pro substentatione ui
tæ habenti nullam pensionem, uel etiam te-
nuem: quàm illi, qui abundat pensionibus ec
clesiasticis? de pensionibus igitur obtentis ha-
benda est mentio, sicut de beneficijs. Ni-
si essent pensiones ad tempus, uel ratione sti-
357 pendii. † uide Cal. in consi. 11. de præ-
bend. & in c. In nostra. de resc. Inno. & alij. in
c. postulasti. c. Ad audientiam. eod. tit. Car. in
cle. fi. de offi. ordi. Item ex his infertur, quòd
dicendum in terminis pragmaticæ quando
ex ui illius non potest nominari qui habet
cc. aureos in redditibus beneficiorum, an no
minari possit qui habet pensiones? & dicendũ
non posse, quamuis glos. ibi dubitet to. tit. de
collat. §. Item, quòd uniuersitates. in uer.
358 beneficiorum. † & intelligo de pensione,
quæ datur auctoritate Papæ non in uim sti-
pendii.
At hic dubitari potest, quid de pensione, *An habenda mentio de pensione quæ datur a laico clerico, loco tit.*
quæ datur a laico clerico, pro eo quod promotus
fuit ad titulum illius ab episcopo id acceptan-
te, an sit habenda mentio in literis ad beneficia
359 † Sol. Domi. in c. postulasti. distinguit † de
360 literis in forma pauperum, quæ sunt merè
iustitiæ: & de literis in forma gratiæ, ut in pri-
mis sit habenda mentio: in secundis non. hunc
sequitur Fely. ibi. col. 12. uersi. Tertia declara-
361 tio. † Rota tamen, ut eam ibi allegat Fely.
in decis. 33. de resc. & xj. de præben. est in ant.
decis. 210. Not. quòd pauper. tenet in distin-
cte de tali pensione non esse habendam men-
362 tionem, ex quo non transit in successo-
rem. †
Et placet hoc dictum, quamuis ratio non
363 sit uera: † quoniam etiam pensiones, quæ
dantur resignantibus beneficia, non transeunt
364 in successorem: † tamen de illis est habenda
mentio. Ratio igitur melior est, quòd reddi-
tus ecclesiæ dantur clerico, ut ipse seruiat bene
365 ficio. † & ipse seruiens, ex redditibus eius
366 uiuat, † c. cum secundum. de præben. quare
redditus laicorum cum ad hoc non sint desti-
nati, non considerabuntur à Papa: nec indu-
cent qualitatem, quæ potuisset animum eius
inclinare ad difficilius concedendum. pro quo
facit quòd surreptio non inducitur nisi in casi
367 bus expressis † secundum Ro. deci. 468. col.
1. in no.
Itẽ quæritur, & 3. An quãdo pensio pro ali
quo erat nulliter constituta, de ea sit habenda
368 mentio in literis? † exemplum Papa reserua *An de pensione nulla sit habenda mentio.*
uerat pensionem mihi super beneficio alia pen
sione onerato, non facta mentione de ea: & sic
pensio erat nulla. Ad hoc breuiter responde-
tur, quòd non. per reg. non præstat impedimẽ
369 tum. † cum glo. ibi. de reg. iu. in. 6. ad hoc fa
ciunt multa, quæ ad materiam istam aggrega
uit Iaso. in l. j. in princ. C. si contra ius uel. util.
pub. & Feli. ĩ c. in nostra. in correlariis. de resc.
ad quem recurre, ut scias quando de una re est
facienda mentio, & quãdo nõ. Rot. decis. 179.
in ant. & per eũdem Felin. in c. ex tenore. in 3.
col.

col.de resc.

An obtinēs pensionem teneatur facere mentionē de defectu natalium.

Quarto quæro,an obtinens pensionem teneatur facere mentionē de defectu natalium,
370 dato quòd sit dispensatus circa ordines?† Sol.uidetur non teneri: quia ex quo est clericus,est aptus ad redditus ecclesiasticos percipiendos.c.Cum secundum.& omnis prohibitio spuriorum,est ratione ordinum,ut dicam in sequenti libro.facit tamen in oppositum.c.j.&.2.de fil.præsbyt.in.6.

An qui prohibetur habere beneficia in loco, possit habere pensionē.

Quinto quæro, an qui prohibetur habere
371 beneficia in loco,possit habere pēsiones.† potest dari exemplum. Galli habent priuilegium,ut nullus alienigena possit habere be-
372 neficium in regno eorum:† an poterit as-
373 signari pensio?†Et uidetur dicendum non posse:quia pensio, ut prædictum fuit,est bene-
374 ficiū.†ergo prohibitio generaliter loquens comprehendit illam, cum indulta huiusmodi
375 sint late interpretanda, †c. olim de uerbo. signi. Item, quia si prohibitus habere beneficium,posset habere pensionem, per indirectum haberet id,quòd constitutio uetat.quod minime dicendum est. l. fin. C. si manc. ita uen. ne prosti.c. de testanda.de conc. præben. in 6.

Ego dicerem inspiciendum tenorem, & causam priuilegij:nam si fundatur priuilegium,in
376 eo solo,quòd sit alienigena,est iniquum,† & restringendum:cum beneficia dentur uirtutibus,& meritis, non sanguini, aut patriæ:
377 †c.Venerabilis.de præben.immo salubrius,
378 ut dentur alienigenis:† quia nemo propheta(ut dixit ueritas) acceptus est in patria sua.
379 † quare sacri canones improbant statuta & consuetudines,quòd beneficia dentur homini-
380 bus certi loci.† c.Ad decorem. de instit. & ideo restringendum, ut intelligatur de beneficio stricte sumpto,quod pensionem non comprehendit.d.c.quamuis.de præben.in.6.

Priuilegiū de idiomate late interpretandum.

Etsi priuilegium fundetur in ignorantia idiomatis, tunc tale priuilegium respectu eorum,qui ignorant idioma,est late interpretan-
381 dum:† quia ut dixi supra, li.3. Reg.de non promouendo ad beneficia ignorātes idioma, fundatur in iure communi. Sed tamen etiam hoc casu non comprehendet pensiones debite impositas: quia pensionarius non residet,
382 nec administrat populo.† Et his duobus casibus potes respondere.ad.l.fin.&.c. detestanda. quòd censetur habitus respectus ad modū
383 habendi, non ad rem. † secundum not. in reg.Cum quid.in.6.

Quòd si priuilegij intentio esset conseruare redditus ecclesiarum pro regnicolis, procul dubio prohibitus habere beneficium, esset ꝓhibitus habere pensionem: quia utrobique eadem causa,& ratio.

An pensionarius sustineat onera beneficii.

Sexto quæro,an pensionarius sustineat one-
384 ra beneficij?†Sol. uide supra parte sexta.q. 5.& Old.consi.168.Deci.cons.156.

An pensio constituta per episcopum, transeat ad successorem in beneficio.

Septimo quæro, an pensio constituta pro aliquo per episcopum,uel legatum,transeat ad
385 successorē in beneficio?†Sol.Doct.in c. Nisi.dicunt illam deberi in uita consentientis, &
386 non ultra.† tum quia consistit in quantitate:tum quòd episcopus,uel Legatus non habet auctoritatem obligandi successorem.
387 † Item, quia quando obligatio transmittitur ad successorem,beneficium,& non perso-
388 na uř obligari:†& sic dicitur fieri sectio ip-
389 sius beneficii,quod non conceditur.d.c.nisi.in fi.ubi Anch.Car.& Imo.& hoc sequūtur glo.& Anan.in c.audiuimus. de Collus.deteg. Pro quibus facit, ꝙ pensio huiusmodi est ad commodum personæ,non rei:ideo successorē
390 non obligat.†c.ij.de pen.c.per tuas.de Ar-
381 bit.& hoc cōmuniter sequuntur doct.†pro quibus facit tex.in.l. Titia.ff.de an. leg.

Ego tamen aliud de iure dicendum censeo, cum pensiones huiusmodi, quæ reseruantur super beneficiis per transactionem, uel aliter
392 reseruentur clerico, † ut ex illis commode
393 uiuere possit,& substentari.†ar.c. postulasti de iure patro.c.Cum secundum.de præben.c.diaconi.96.dist.ergo transit obligatio huiusmodi in successorem,cum obligatio ex fructibus,quæ concernit alimenta,uel aliam piā causam,transeat in successorem etiam singularē.
394 l.Lucius.ff.de alimen.& cib.leg.l.Imperatores.ff.de uectig.l.Hactenus.ff.de usufru.facit.l.j.ff.com.de leg.

Ad hoc est tex.in.l. Gaius. ubi glo. & Bar. ff.de Ann.leg.quādo dicunt ꝙ licet prædia, ex quibus debentur annuæ præstationes,nō sint obligata in specie,tamen sunt obligata in ge-
395 nere.†l.j.C.commen.de leg.l.Creditoribus ff.de Separat.

Præterea,hoc dictat æquitas,& ratio. Pone quòd pensio sit mihi reseruata per episcopū: quia renuntiauerim uel cesserim liti, uel alia quacumque honesta causa,de quo in superioribus dixi:non ne impium quòd mors possessoris statim superueniens adimeret mihi,qđ per superiorem ex causa, quæ adhuc durat,reserua-
396 tum est.† Calamitas.n. morientis non de-
397 bet obesse mihi.† ar.insti.de ingen.§.e contrario.

Præterea, renuntiatio litis & iuris,facta per me in beneficio, prodest successori sicut ante-
398 cessori qui uiuebat,†cum succedentis inter-
399 sit reperire beneficium pacificum.† ergo non debet recusare onera ab antecessore impo-
400 sita,† cum non sit ferendus,qui lucrum am-
401 plectitur, & onus ferre recusat.† l. vnica.C. de caduc.toll.

Et non eundo per mendicata suffragia, est tex. pro hac concl. in c. Audiuimus. de collus. deteg. ubi Papa improbat fraudem illorum, qui ficta lite procurabant pensiones constitui aliquibus amicis, ut sub prætextu transactionis obligarent successores. profectò si cessante etiam fraude, pensio per inferiorem constituta non transiuisset ad successorem, non oportebat ratione fraudis, pensiones huiusmodi irritare. ad hoc §. affinitates. instit. de n up.

Ad hanc partem est tex. in c. veniens c. De cætero. de transact. ubi est casus noster quasi ad litteram. In quantum dicitur, quòd pensio non obligat successorem, ex quo non est con-
402 stituta auctoritate superioris.† ergo si auctoritate superioris. i. legati, uel episcopi, obligabit successorē. est. n. quasi expressum, quòd per argumētum huiusmodi collig. c. qualis. 25. dist. l. j. ff. de offic. eius cui man. est iur.

Nec obstat c. Nisi. quia illa constitutio pensionis non potuit obligare successores, nō simpliciter ea ratione: quia quasi uideretur facta sectio beneficij: sed quia qui sic ordinauerunt, erant delegati, non habentes in præmissis iurisdictionem. unde propter bonitatem iudicū, & consensum partium, fuit tollerata illa con-
403 cordia ad uitā contrahentium tantum, † cū non potuerint obligare successores. At in episcopo uel legato aliud dicendum, cum causa subsistente, possit episcopus ecclesiam pēsionibus onerare, diuidere, & alia omnia facere, quæ
404 ad boni pastoris officium attinent. † c. vacante. de præben. c. omnes basilicę xvj. q. 7. c. nouerint. x. q. j. unde c. ueniens. c. De cætero. c. Audiuimus. & supra allegata non ponderāt diuisionem beneficij, sed fraudem, & defectum auctoritatis superioris: Quare eodem modo posset per ista parte adduci. c. Nisi. ut ideo ibi non potuerit obligari successor: quia non erat auctoritas superioris. ergo secus, quando adfuisset: immo etiam tex. in d. c. Nisi. non discrepat ab hac opi. tenendo rationem, quam ibi tradit Inno. ut. s. capitulum ibi fuerit obligatum, & non prioratus: quia tempore compromissi, nullus erat prior. quasi innuat, quòd si prior fuisset, qui compromisisset, pensio fuisset debita ad uitam pensionarij. quam tamen sol. non approbo: opi. tamen uera est in puncto iuris, iudicando tamen sequere primā, qua stante, insurgit sequens quæstio.

An hæres rectoris teneatur soluere pensiones.

Octauo quæro, an hæres rectoris, qui consensit pensioni impositæ, ut præmittitur per episcopum, ipso rectore mortuo, teneatur illam
405 soluere? † Anch. in c. nisi. affirmat hæredes ad id teneri. Nam si persona rectoris erat obligata & non ecclesia, non est ratio cur hæredes rectoris non sint obligati. sicut dicimus in c. Cum secundum. quòd obligatio transit in successores hæreditarios episcopi. Regulare enim est, ut omnis obligatio personalis transeat in successorem hæreditarium, cum totum patrimonium afficiat. † l. si fideicommissum. §. tractatum. ubi gl. & Bar. ff. de iudic. Bal. in l. furti. C. de furt. l. ueteris. C. de cont. & comitt. stip.

Contrarium tamen asserunt Abb. Imo. &
407 alij communiter in c. nisi. † quoniam licet pensio sit in quantitate, & obligatio sit personalis: tamen habet relationem ad fructus bene
408 fitij, ut ex illis soluatur. † ideo certo modo uidetur promissa species, quæ perempta liberat
409 promissorem. † arg. in l. talis scriptura. ff. de leg. primo l. In ratione. §. diligenter. ff. Ad leg. Falc. l. si usufr. mihi. cum ibi no. ff. de usufr. leg. l. Quòd te ff. si cer. pet.

At contra hæc. Actio quæ cōpetit pensionario, est uel personalis, uel realis, uel mixta, uel ī *Arg. à suffi cēti diuisione.*
410 rem scripta. † Si personalis: ergo in hæredē: quia afficit totum patrimonium, ut supra dictum est. Si realis: ergo transit in successorem.
411 † Idem si sit mixta, uel in rem scripta. quod magis dicendum uidetur. Nam actio huiusmodi transit in possessorem rei, sicut realis. l. 3. §. est autem sciendum. ff. Ad exhib. not. Dy. insti. de acti. §. j. in prælud. igitur. quocunque te uertas, actio ista transibit, cōtra hæredem, uel contra successorem beneficij. Nec uidetur procedere ratio Abb. de specie perempta: cum etiam
412 mortuo rectore, extent fructus beneficii. †
413 Tu tamen sequere communem opin. † quoniam cum promissio sit facta ex fructibus beneficij, uidetur certo modo promissa pars usu-
414 fructus, saltem reductiue. † l. si quis ita legauerit. ff. de usuf. propter quod dixit Bal. in l. Si traditio. in fi. C. de act. emph. quòd quanuis pēsio non esset ex re: tamen erat quasi ex re,
415 † Quæ usufructus pars, tanquàm ex persona rectoris deriuata in pensionarium, mortuo
416 ipso rectore, cessare debet † l. fi. cum ibi nota. C. de usuf. si enim totum perimitur: ergo
417 pars. † l. Quæ de tota. ff. de rei uendi. Non enim potuit rector ex persona sua, fructus sibi debitos in ulterius tempus, quàm sibi deberentur. l. Cum antiquitas. C. eo. c. quòd autem. de iure pat. Et clericus in beneficio usufructuarij
418 magis quàm proprietarij, uicē obtinet. † gl. in c. presenti. de offic. ordi.

Præterea, si diceremus patrimonium huius, qui recipit beneficium pro pensione soluenda, obligari posse, aperiretur uia ad simoniam. i. obligāditemporalia pro spiritualibus. quod
419 iura maxima abhorrēt. † Nec suffragaretur superioris auctoritas, cum episcopus non aucto-
420 rizet ea, quæ contra ius. † c. quod super hijs. de maio. & obedien.

Nono

Quid si ille qui consen-sit pensioni, non renun-tiat, an eius hæres tenea-tur.

Nono quæro, Quid si ille qui consensit pẽ
sioni, non moritur, sed renuntiat, an teneatur
ipse, uel hæredes eius ad perseuerandum in so
lutione pensionis: uel si ille, in cuius fauorem
421 renuntiatur teneatur.† Io. An. & alij com-
muniter in c. nisi, dicunt eum, qui renuntiauit,
422 non teneri. & minus hæredes eius † propter
superiorem rationem, quæ militat, etiam quã
do renuntiauit. Et hoc nisi renuntiatio fieret
423 in fraudem. † quoniam tunc teneretur ad in
teresse propter culpam. l. Qui usumfr. §. fi. ff.
de usuf. l. 2. C. de repud. bon. poss. l. 2. C. ad leg.
Iul. de ui.

Idem esset, quando aliquis renuntiaret, &
424 statim reassumeretur. † tunc enim tene-
retur, cum non uideatur renũtiasse qui statim
reassumptus est. l. si pro parte. §. uersum. ff. de
in rem uers. de pœni. di. j. c. Diuortium. perin-
de enim haberi debet, ac si in beneficio sem-
per fuisset. l. quod ita sanatum. ff. de ędi. ædic.
aliàs ex renuntiatione non præsumitur fraus:
425 etiam si renuntiaret nepoti, † nisi concur-
rentibus multis, de quibus in c. ij. de renun. in
6. & gl. in c. Sup literis. de resc. Sed si ex inter-
uallo assumeretur, ita quòd fraudis suspicio
cessaret, dicẽdũ est non teneri. Quia obligatio
426 semel extincta. &c. † l. qui res. §. aream. ff. de
Solut. & res semel aliena facta, ad priorem do-
minum redire non potest sine noua causa.
427 † l. in rem actio §. item quæcunque. ff. de
rei uendic. Si tamen rursus ipse haberet ex re-
nuntiatione eius, cui ipse renuntiauit, dubi-
tarem.

An succes-sor in benefi-cio, teneatur ad pẽsiones præteriti.

Decimo quæro. An successor in beneficio
428 obligetur ad pẽsiones præteriti temporis †
quo non soluit antecessor, & intelligitur quæ
stio de pensione, quæ ita constituta erat, ut trã
siret ad successores. Audio quęstionem olim
dum proponeretur in auditorio Rotæ, inde-
cisam relictam, ob contrarias dominorum sen
429 tentias. †

Ad partem autẽ, quòd successor teneatur,
facit, quod quando onus impositum benefi-
cio transit ad successorem, onus dicitur reale,

Onus quando reale.

430 † c. Veniens. de transa. c. nisi in fi. aliàs enim
extingueretur cum persona. At quando onus
est reale, successor tenetur etiam ad onera præ
teriti temporis non soluta per prædecessorem
431 † l. Imperatores. ff. de public. quando dici-
tur quòd possessor bonorum tenetur soluere
432 onera præteriti temporis † no. in l. fi. C. si-
ne cens. uel rel. & in l. cum possessor. ff. de iure
433 fisc. Nam res transit cum onere suo. †
c. ex literis. de donat. l. ad eum. §. 1. ff. eo. igitur
successor in casu nostro tenebitur.

Facit ad hoc Decis. Abb. in c. pastoralis. in
2. col. de decim. uer. Sed quæro. Anchar. in c.
cum homines. in 3. q. eo. ti. quando dicunt de-
cimas non solutas posse in totum repeti ab

Decimæ nõ solutæ in totum, repetã-tur.

434 eo, qui de præsenti possidet. † idem tenet
Io. An. in Reg. Non est in mora. de reg. iur. in
6. loquens in decima Papæ non soluta per an-
tecessorem. Hanc sententiam sequitur Perus.
435 loquens præcise in censu & pensione. † in
d. Reg. Non est in mora. & in c. pręsenti. §. por
ro. de offi. ordi. in 6. & ita in hanc opi. inclina-
runt multi ex dominis.

Quòd uero non teneatur successor in be-
436 neficio, sed hæredes defuncti, † adducitur
tex. in l. Apud Iulianum. § hæres. ff. de leg. 1.
ubi hæres tenetur soluere uectigal temporis
437 præteriti pro prædio alteri legato. † igitur
non successor in re, sed successor in hæredita-
438 te obligatur. † facit. l. Epistola. §. pactis. ff. de
pact. Quibus responsum est in optione fisci
439 esse agere contra hæredem, uel contra poss.
440 † ideo non infertur possidentem liberatũ.
similiter potest responderi ad no. in c. ex lite-
ris. de pign. quando gl. dicit bona patrimonia
lia clericorum esse obligata pro mala admini-
stratione rerum ecclesiæ, de qua gl. per Card.
in cle. præsenti. in 2. no. de censi. & Fely. in c.
ecclesia. S. Mariæ. col. 5. de const. nã, ut dixi, ec
clesia poterit agere hypotecaria contra hære-
dem: non ideo tamen infertur successorem li-
beratum.

Fructus sũt causa pensio-nem debẽdi.

Ego sequor hanc ut pote ueriorem. Quia
441 cum pensio debeatur ex fructibus ecclesię,
fructus sunt causa debendi. ita quòd si nulli es-
sent fructus, nulla esset pensio, ut dicam in-
442 ferius. † Nunc igitur quo ad istum succes-
sorem, nulli sunt fructus illius anni, pro quo
pensio debetur: ergo nulla pensio quo ad ip-
sum, sine cuius dolo, culpaue, alius occupauit
fructus. fructus igitur cum onere suo peruene
runt ad eum, qui percepit: & consequenter ad
hæredes eius. arg. c. pastoralis. de deci. c. Cum
non sit. eo. tit. l. hactenus. l. si pendentes. ff. de
usuf. nam, quando aliquid debetur ex certo ge
nere: perempto genere, res desinit deberi. l. In
naue San. Pheli. ubi Barto. & Paul. de Castr.
443 ff. loc. †

Item, ex prima opin. aperitur uia ad plera-
que nõ concedenda iuxta sacrorum canonum
regulas.

Nam si hæc opin. admittitur, poterit quis-
piam obligare fructus ecclesię pro eo tempo-
444 re, quo non est futurus dominus, Nõ † sol-
uendo enim pensiones, hoc efficit.

Item, cum succęssori sit difficile habere scri
pturas prædecessoris: & sic probare quæ per
445 ipsum gesta † sunt per Aegi. Decis. 645. Iste
pensionarius pensiones semel habitas, iterum
petere posset, cum de solutionibus pensio-
Quare dicendum puto,ꝙ aut quis uult gratis
630 remittere penſionem debitam,aut pretio.†
Si gratis, diſtinguo: aut hẽt aliàs unde uiuat,
ita ꝙ penſio illa non eſt loco alimentorum,&
põt remitti.l.ſiquis in conſcribendo:aliàs nõ.
per.d.l.Cum hi. & ſecũdũ hoc intelligo Car.
in d.c.Agatoſa. Aut uult remittere pretio. i.
anticipatis ſolutionibus:& credo non poſſe ſi
631 ne licentia Papæ,legati,uel epiſcopi.† quia
illud ius penſionis,uel quia ſpirituale, uel ſpũa
ſpirituali annexum, non poteſt alienari ſine
632 auctoritate ſuperioris. † quare dubitan-
dum etiam eſt,an epiſcopus id præſtare poſ-
ſit.

Idem dico in penſione, quam quis habet
cum facultate transferendi,ut non poſſit eam
633 uendere,uel pecunia transferre,† quamuis
Rota ſæpius iudicauerit penſionem huiuſ
modi tranſlatam eſſe, rem omnino propha-
634 nam.†

Trigeſimo quæro.Habebat aliquis penſio
nem cum facultate transferendi: in ægritudi-
ne conſtitutus eam transfert: an habeat lo-
635 cum Reg.de infirmis reſignantibus† & in-
tra.xx.dies morientibus?Et uidetur Reg.habe
re locum,cum Pẽſio ſit beneficium certo mo-
636 do† ut diximus in principio. Et quia ſuſpi-
cio fraudis de qua in c.2.de renun.in 6.& in l.
filiæ meæ.ff.ſol.mat.uidetur habere locum in
caſu noſtro.

Exiſtimo tamen contrarium: quoniam Re
gu.illa deuiat à communibus reg.iuris.ió ſtri-
cte intelligenda,ut non comprehendat penſio
637 nes,quæ non ſunt proprie beneficia.† c. q̃-
uis.de præben.in.6.

Præterea, uerba reg. inquantum irritant
collationem,non adaptantur tranſlationi. er-
go non adaptatur diſpoſitio.l.4.§. ait prætor.
ff.de dam.infec.

Item,quia transferendo utitur poteſtate ſi
bi indefinite conceſſa;& tranſlatio non aſsũ-
mit robur a noua principis conceſsione:quod
maxime uidetur reg. conſiderare. quare non
infertur ad caſum noſtrum.l.ſi maritus. C. de
dona.inter ui.& uxor.

Ad l.filiæ.& ſimilia,procedunt quando ali-
quid fit in articulo mortis: uel quando conie-
cturæ aliud ſuadent.

Trigeſimoprimo quæro. An habens facul-
tatem huiuſmodi,poſſit transferre,literis non
638 expeditis?† cã pendet nunc in Rota & mul-
ti dixerunt tranſlationem etiam literis nõ ex-
peditis ualere.

Quoniam,cum primum ſupplicatio eſt ſi-
639 gnata,gratia dicitur perfecta. † ꝙ in ſolo
640 uerbo Papę perficiatur.† ſecundum Archi.
& Io.An.in prohem.ſexti.& ibi Domi. & Phi
lip.Peruſ.poſt Inno.pro quibus eſt. gl. in cle.
Dudum.de ſepul.& in c.Inſtitutionis.25.qõ.
2.Gratia enim principis ẽt ſine ſcriptura pro
641 bari poteſt.† c.Si apoſtolica. in fi. de præ-
ben.& in §.perficiuntur.Inſti. de donat.ſicut
dicimus imperialem donationem non egere
642 ſcriptura.† l. Sancimus,§.exceptis. C. de
donat.

Si gratia dicitur perfecta ex ſola ſignatura,
non eſt cauſa cur non poſſit fieri tranſlatio,
literis non expeditis: quia non probat hoc
eſſe.l.Neque natales.C.de proba.

Non obſtat,quòd non dum dati ſunt exe-
cutores: quia cum datio executorum ſit ac-
643 ceſſoria ad gratiam, † poſito principa-
li,ponitur acceſſorium,ſaltem in effectu iu-
644 ris†: poſtquàm omnino cancellaria con
ſueuit dare eos,qui petuntur. unde executor

petitus ad transferẽdum, merito potuit credere
645 re se datum à principe. ad †l. j. §. permittitur ff. de aqua quoti. & æsti.

Item, quia quãdocunque, expeditis literis, apparet nominatum fuisse eum executorem, qui ante literas expeditas fecit quod debuit, apparet illũ habuisse iurisdictionem: quæ etiã
646 ignoranti acquiritur. † l. cum furiosus. ff. de iudit. & hanc partem sequitur Rot. in decis. Bisig. de concess. præben. decis. 4.
647 †Domin. & Fely. in c. eam te. col. pe. & in c. sciscitatus. de resc. dicens, Rotam ita ter pronuntiasse. Possunt enim executores esse incer-
648 ti, sicut res, super quibus petuntur. †c. pastoralis. §. fi. de resc.

Ad hæc facit illud generale ꝙ attenditur tempus datę. c. eam te. de rescr. c. si eo tempore. eo. ti. in 6.

Contrariũ tamen tenuit Rot. in deci. 322. 458. 459. in no. & in ant. 794. 795. & Egi. Deci. 10. 609. 610. in 3. col. Ant. in c. in nostra. in prin. de resc. & Miles in suo repert. in uer. gratia apostolica. & hanc amplectantur domini Abbreuiatores, & alij, quorum crumenas implet cupiditatis studium. hoc etiam placuit Pau. in c. si motu proprio. de præben. in 6. mouentur: quia

Gratia, non expeditis literis, dicitur esse in
649 formis. † & in iure notũ est quòd forma dat
650 esse rei. &c. †c. Inter corporalia. de Transl. prælat.

Item quia impossibile est quòd executor
651 exerceat iurisdictionem, quam ignorat. †immo quam nõ habet: nam antequàm detur executor per uicecancell. potest dari & non dari, ideo non est executor: ergo nõ potest exequi. & sic licet gratia sit, tamen ex quo executorem
652 non habet, mortua dicitur. †ar. c. fundamenta. de elect. in 6.

Pręterea, gratia non plus prodest quàm in-
653 tendat concedens. †l. non omnis. ff. si cer. pet. Papa cõcedens gratiam, intendit dare hoc
654 intellecto, ꝙ literæ expediantur. † & ideo cũ primum supplicationes sunt registratę, distribuuntur illi, qui debet facere minutam ante-
655 quàm perueniat ad manus partis. † & Papa non apponit nomen pontificatus supplicatio
656 ni, sed literis tantum expediendis. †ergo ar
657 guendo à consuetudine patris familias. † l. seruis. ff. de lega. 3. Papa non habet gratiam pro gratia, nisi quando literæ sunt expedi-
658 tę. †

Dum causa referetur in consilia dominorum, maior pars obtinuit trãslationem bonã, postquàm literæ reperiebantur expeditę de
659 præsenti. † Vnde cum gratia trahatur ad diẽ
660 datę non expeditur. † cessabant multa contraria. & ad decis. quæ in contrarium allegabantur, responsum est, quòd procedunt quando executores bullarũ solent esse certi & no-
661 minatim expressi: † quoniam tunc impossibile erat executorem potuisse esse certum de iuris. quæ non erat in rerum natura. Sed in facultatem transferendi quilibet requisitus, potest esse certus: quia illa facultas habet omnes prælatos mundi executores; secundum consue
662 tam formam cancell. † & ita sedere distinctionis utraque Decisionum nostrarum sententia constitit.

Et etiam secundum ista cessat ratio reg. ꝙ. atia nõ suffragatur, nisi literis expeditis: de qua dicam in materia dispensationum. in ult.
663 concl. †

Trigesimosecundo quæritur. An pensio-
664 nes cum beneficiis permutari possint? † Et uidetur non posse, cũ pẽsio sit ex sui natura tẽporalis. ideo non potest permutari cum bene-
665 ficio. †c. cum esset. de Simo. c. cum pridem. de pact. quod fatentur. Matth. Car. & Imo. in cle. 1. de rerum permut. & ego dixi in trac. permut. fol. 9.

Tu aduerte, si permutatio tota expeditur superioris autoritate in quo erit simonia. c. q̃stum. eo. ti. Credo tamen non posse fieri: quia non est subiectum permutabile. cum renuntiata pensione, nullus titulus permaneat, cum
666 fructus cõsolidentur in suo beneficio. † Sed quid si esset pensio cum facultate transferendi, tutior est prima opi.

Trigesimotertio quæritur. An pensio constituta sine causa, possit teneri cum bona con
667 scientia? † uide infra li. ult. Conc. 13. uer. Fallit 3.

Trigesimoquarto quæritur. Renuntio duabus ecclesiis in fauorem tuum: Papa reseruat mihi super ambabus pensionẽ xx. duc. tu deinde cedis uni ex illis in fauorem alterius: uel aliter dimittis: quæritur à quo erit petenda pen
668 sio per mẽ? † Respon. si ecclesiæ fuissent paris ualoris, utiq; onus æqualiter diuideretur. l. reos. §. cũ in talibus. ff. de duo. re. l. legata. §. fi. ff. de leg. 1. Quòd si inęqualis ualoris, diuisio fiet pro rata fructuum. per c. constitutus. ubi Abb. & Ancha. de Reli. dom. Quæstio hæc hodie nõ accidet, cũ semper exprimatur quantum unaquæque teneatur. Vtilis esset. q. quando duæ ecclesiæ perpetuo unitę separarentur, quomodo diuidenda essent onera olim communia. ad tradita per Pau. & Ang. in l. j. in fi. C. qui test. fac. non pos.

Sed tunc dubitatur, an sint duæ pensiones uel una? & dic esse duas in effectu propter præmissa, quanuis aliud sit quando emo duas res uno pretio. l. cum eiusdem. ff. de ædil. edic. l. in diem. ff. in diem adiect.

Trigesimoquinto quæritur, T. Renuntiat benefi-

beneficium pro Sempronio, reseruata pensio-
ne, 50. duc. ea adiecta conditione, quòd si per
Sempronium staret, quo minus haberet poss.
ecclesię renũtiatę, pẽsio eo ipso cẽseretur posi
ta super Abbatia, quã Sempronius possidebat.
his sic se habentibus. S. renuntiat beneficium
pro A. inscio. T. antequàm haberet illius poss.
& tamen per xx. annos, donec uixit. S. soluit pẽ
sionem. T. mortuo S. T. petit pensionem. xx.
ab eo qui successit in Abbatia, eo prętextu ꝙ
per S. stetit quo minus haberet poss. beneficij
resignati, dum illud alteri cessit: priusquàm
poss. capere. Prima die, qua ingressus sum Ro-
tam, disputata fuit. q. hæc.

Conclusum fuit Abbatiam ad hoc teneri,
669 † cum per Sempronium omnino steterit
quominus poss. habuerit renuntiando: sicquè
faciendo actum cõtrarium adeptioni poss. ar.
in c. sollicite. de rest. spol. facto enim ipso de-
670 clarauit † se uelle quòd pensio esset super
Abbatia, soluendo de fructibus illius pensio-
nem per xx. annos.

Arguebatur ex opposito, quòd Abbatia te
nebatur in subsidium: ideo prius petenda erat
ex beneficio renuntiato. l. in causę. ff. de min.
ar. in aut. præsente. C. de fideiuss.

Item, quia stetit per superiorem, qui admi
sit renuntiationem & dedit alteri, non ex cul-
pa uel dolo ipsius. S. quæ requiruntur ad hoc
ut aliquid alteri possit imputari, & dicatur per
671 ipsum stare. † ad no. in Reg. imputari. Sed
arg. hæc reiecta sunt: quia uerba bullæ erant
clara.

Trigesimosexto quæritur. An remedium
poss. habeat locum contra eum, qui negat sol-
672 uere pensionem? † Sol. cum ius percipien-
di pensionem sit incorporale, in eo non ca-
673 dit poss. sed quasi poss. † seu status, quo quis
spoliari dicitur, cum de facto negatur solutio
674 † & ad illum statum restitui debet. c. Quere
lam. ubi doct. de elec. eleganter Bal. in l. 2. col.
8. uer. Tertio quæritur. C. de serui. & aq. Vn-
de emanauit practica curię, ut causę inualidita
tis pensionis semper committentur sine re-
675 tardatione solutionis pensionis: † ne intę-
676 rim quis spoliari dicatur. † Rot. Dec. 11. in
ant. cum ex eo quòd quis uenit ad curiam, nõ
dicatur perdere poss. secundum. Bald. in d. c.
querelam. Et hæc uera quando eram in
677 poss. percipiendi pensionem. †

Et circa hoc in Rota contigit semel dubi-
tari, an possessio percipiendi pensionem, pro-
baretur ex eo, quòd constabat solutionem fa-
678 ctam per assertum procuratorem. † Et con-
clusum est quasi poss. satis probatam: quia li-
cet aliàs mandatum non præsumatur: tamen
hoc casu præsumitur, cum non sit uerisimile
679 quòd aliquis de suo soluat. † Rot. de-
ci. 23. in ant.

Ad materiam uideatur Bar. in l. litibus. C. de
agri. & cens. lib. x. qui dicit, ex solutione pen-
sionis. x. annorum aliquem constitui pensio-
680 narium. † dixi supra q. 18. de materia per
Oldr. consi. 225. Quòd episcopus. & in Deci.
Egi. 15. & per doc. in l. si certis annis. C. de pa
ct. & in c. prohibemus. de censi. Cy. in l. com-
petit. C. de præscrip. 30. anno. in 3. q. Ang. in l.
male agitur. C. eo. Bal. in l. si quis conductoris.
C. loc.

Trigesimoseptimo quæritur. Constitui-
tur pensio soluenda singulis annis de fructi-
bus, & redditibus talis beneficii. beneficium
habet terras biferas: quia singulo semestri red
dunt fructus: quæro an debeantur duæ pẽsio-
681 nes singulo anno, uel una tantum? † Et ui-
detur quòd sunt duæ pensiones: quia censen-
tur duo anni quo ad fructus, quando terræ sũt
biferæ. ad hoc decisio. Bal. Pau. de Cast. & alio
rum in l. Diuortio. §. quod in anno. ubi Ias. ff.
sol. mat. quando dicunt, quòd si uendidi uuas
uiridarii mei pro isto anno, quòd habebis
primas & non secundas: quia secundæ censen
tur alius fructus: & sic reputãtur duo fructus,
non unus, sicut ibi dicit gl. & uide tex. ad lite
ram, quando dicit, quòd in anno dicitur, po-
test dici & in sex mensibus: si bis in anno fru-
ctus capiantur.

Veritas tamen est in contrarium: quia pen
sio refertur non ad fructum huius uel illius
fundi simpliciter, sed generaliter ad fructus
682 annuos beneficii: † quo casu ueniunt om-
nes fructus per circuitum anni naturalis ue-
nientes, quot quot sint. & uerba sunt intelligẽ
683 da in §. naturali † l. 3. ff. de excus. tut. & secũ
dum mentem proferentis, quæ non fuit gra-
uare bis in anno ecclesiam pensiõe. Nam etiã
in casu doct. quando ex quantitate præcii ueri
similiter colligeretur, primas uuas nõ suffice
re intelligitur de ambabus secũdum Rom. ibi.
Præterea casus. §. quod in anno. est diuersus à
caso nostro. quandoquidem agitur hic de fru
ctibus ecclesiæ in uniuerso: ibi de fructu fun-
dis. Item alia & alia ratione.

Trigesimooctauo quæritur. Papa, uel lega
tus reseruat medietatem fructuum beneficii,
deductis oneribus, super beneficio, quod re-
nuntiaui: quod beneficium erat oneratum pẽ
sione xx. duc. pro A. deinde moritur A. Quęri
tur, an illa. xx. integra accrescant illi, qui habet
titulum, uel etiam in pensionario pro medie-
tate.

Decima principalis quęstio, quomodo fi-
684 niatur pensio. † Et dic, quòd si sit constitu-
ta per episcopum, legatum, aut alium infe-
riorem à Papa, extinguit morte rectoris con-
685 sentientis. † & hoc tenendo opin. commu-
nem

nem.de qua in præcedenti.§.q.7. Item finitur
morte pensionarii quomodocunque constitu
686 ta sit,†sicut annua prestatio & usufructus.
687 †ut in §.finitur.insti.de usuf.l. in singulos.
ff.de ann.leg. Ad hæc quæritur primo.

Quid si fructus ecclesiæ pereant in totum
688 uel in parte, an pensio debeatur? † Non est
dubium in casu nostro, fructus beneficii adie-
ctos, taxationis, non demonstrationis causa,
689 †propter ea, quæ diximus in §. præcedenti.
ideo si non sunt fructus, non debetur pensio.
690 †habebitur tamen ratio ubertatis præcedē
691 tis, & sequentis. † ad uulgarem theoricam
Bar.in l.inter stipulantem.in §. Sacram. ff. de
uerbo.obliga.in 3.col. Cessantibus enim fru-
ctibus, qui sunt cā ex qua pensio, debet ces-
692 sare pensio.†c.quod pro necessitate.1.q.1.
l.1.ff.de condit.si.cau.l.Titia. ff. de alim.leg.
De hoc tamen, an & quando etiam in casu no
stro fructus uideantur adiecti cā taxationis
uel cā demonstrationis. uide Pau. de Cast.
in consi.338.in 1.uol. Quia exceptiones.ubi
consuluit in materia ista pensionis, & uoluit
fructus adiectos esse causa taxationis. facit
quod no. in l. in naue Saupheli. ff. locat.

Fallit quando pars notabilis fructuū, in to
tum periisset perpetuo. Casmate uel allu-
uione: quia tunc perpetuo eximetur ecclesia
693 ab onere pensionis pro rata.†cum commu
niter constituentes pensionem, non intelli-
gant grauare eam ultra tertiam uel dimidiam.
694 †arg.l.qui fundum.ff.de euict.

Fallit secundo, quando fructus periissent
culpa rectoris: quia nō liberaretur, nec in par
695 te, nec in toto, †propter æquitatem. Reg.
Damnum quod quis.

Fallit tertio, qn̄ periissent culpa pēsionarij:
quia ubertas sequens uel præcedens nihil af-
696 feret:†arg.ad utranquē limit.tex.in l. si fun
dus.ff.loca.& no.in l.eadem.C. eo. Anchar. &
alii in c.propter sterilitatem.

Fallit quarto, quando fructus periissent
697 postquam collecti sunt:† quia collectis fru
698 ctibus, actio pensionarii accepit uitam,†&
Rector uidetur esse in culpa.l.si apes.cum ibi
no.ff.de furt.l.quæ fortuitis.C.de pignor.act.
Imo.in c.propter sterilitatem.col.7.distinguē
dum tamen esset, an dies pensionis cesserit. de
materia ista uide latissime per doct.in d.c.p-
pter sterilitatem.& per Ias.in l.1.fol.6.col.2.
C.de iur.emphit.

Aduertendum tamen, quod reductiones
& moderationes istę pensionum, fieri debent
699 †auctoritate iudicis, causa cognita,†de qua
700 reductione per Rom.consi. 369. ex his pa
tet aditus ad seq.quæstionem.

An uerò, auctis fructibus beneficii, possit
701 augeri pensio, dubitari posset†propter ea
quę tradunt Abb.& Imo.in c.propter sterili-
tatē.existimo tamen augumentum non pos-
se peti: quoniam pensio hæc in toto & in par-
te requirit auctoritatem superioris, ut dixi.
Quando tamen Papa reseruasset medietatem
fructuum, & partes cōuenissent ut illa medie-
tas solueretur in certa quantitate, secus foręt
dicendum.

Secundo quæritur. An hodie possit rector
nimis oppressus petere reductionem, cum in
bullis expressum est ne possit peti reductio?
702 †& uidetur non posse, propter consensum.
ut in reg. quod semel.& in l.j.ff.de pac.

Credo tamen contrarium, quando lęsio es
set ualde enormis ex solutione pensionis: ut
quia non superessent redditus pro luminari-
bus, & pro substentatione ministrorum, cum
ecclesia non debeat pati. Vnde, uel pensiona-
rius subibit ea onera, uelut dominus cum effe
ctu omnium fructuum: uel tantum relinquet
703 rectori ut illa ferre possit.†ad hęc.c. ex mul
tiplici.de deci.cle.dudum. de sepul. Id quod
maxime non habet dubium in successore, qui
704 malefacta prędecessoris emendat. †c. ue-
niens.de transact. c. Querelam. Ne cler. uel
mona. ad hæc multa de quibus per Rom. in
præall.consi.369.

Illud semper attēdendum, quod tot ex fru
ctibus supersint rectori, ut ex illis uiuere pos
705 sit.†Abb.in c.conquerente.de cler.non re-
si.aliàs enim modificari solent etiam antiqui
706 census.† c. prohibemus. de censi. ad quod
no.per doct.in c.præterea.de iure pat.

An uero ista reductio fiat per papam, par-
707 te non citata, †uide Fely. in d. c. ad audien-
tiam.col.5.

Tertio quæritur. An legatus sit iudex com
708 petens in moderanda ista pensione? †Re-
spon.si est constituta ab episcopo, uel alio le
gato, id potest. secus quando à Papa. c. cum in-
ferior.de mai.& obed.cle. Ne Romani. de ele.
faciunt in simili multa, quæ ponit Egi. de-
cis.724.

Si tamen essemus in loco ualde remoto, le-
gatus etiam id possęt, per ea quæ dicam in ma-
teria dispensationum.

Quarto quæritur. Legatus habens auctori
tatem reseruandi pensionem usque ad tertiā
partem fructuum, reseruat pro dimidia, an ta
lis pensio in totum sit nulla, uel magis redu-
709 cenda ad tertiam?†Quæstio pendet ab illo
710 Brocardo, an utile per inutilē uitietur.†&
711 Quod potui nolui &c.†c.cū super abbatiā.
de off.del.

Et uidetur pensionem in totum nullam:
quoniam constituere pēsionem in beneficiis,
est officium iurisdictionis, saltem uolūtariæ:
712 quæ† iurisdictio, uelut indiuidua, si exceda
tur,

713 tur uitiat in totum,†quod agitur. l. certa ra
tione. ubi doc. C. Quando prouocare non est
necesse. & hæc est una de limitationibus quæ
714 datur ad Reg. utile per inutile. †ut per Phi
lip. ibi. Et in istis habet locū reg. Quod potui
nolui. d. c. cum super.

Ad hæc, theorica Bar. in authen. Qui rem.
ad fi. C. de sac. sanc. eccl. ubi concludit, quòd si
quis locat bona ecclesiæ in emphiteosim ad
generationem fœmininam, quòd locatio non
715 ualebit, etiam quo ad masculinam. †& idē
tenet Bal. sibi contrarius. in l. quicunque. in 1
col. C. de bon. quæ lib.

Item, qui excedit fines mandati, recedit à
716 forma mandati†: igitur factum est nullum
ad tradita per Fely. in c. Sicut. de re iudi. & in
d. l. sciendum. per Ias. ff. de uerb. oblig.

Contrarium tamen uidetur esse de mente
Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sac. san. eccl.
dicētis emphiteosim datā ēt ad generationē,
uetitam ualere quoad generationem permis-
717 sam. †& huius opi. sequūtur Raffa. Fulg. &
Pau. de Cast. in auth. Qui rem. Rom. in l. 1. §.
stipulanti. ff. de uerb. oblig. Imo. in c. fi. col. ul
ti. de feu.

Facit decisio Abb. & Anan. in c. querelam.
ad fi. de simo. quòd uenditio facta de re prohi
bita & permissa, retractatur quo ad prohibi-
718 tam tantum. †& facit decisio gl. in reg. quę
fiunt. de reg. iu. in 6. de qua meminit Roman.
in consi. 66. incip. uir eximie. quòd si iudex ꝗ
habebat iurisdictionem in x. pronuntiaue-
179 rit de xx. ualebit pronuntiatio in decem. †
Ista. q. esset disputabilis, & benignius est te
nere quòd ualeat quoad tertiam: tamen dice-
rem, quòd aut constat legatum uoluisse cōce
dere pensionem ultra tertiam, & dicerem in
nullo ualere: quia quod potuit noluit: aut ue-
ro non constat, sed re ipsa pensio excedebat,
& fiet reductio. pro quo faciunt tradita per
Ias. in l. 2. Col. 69. in fi. de iur. emphi. quando
disputando sequitur opi. Bar. de qua supra. fa-
cit illud uulgare, quòd in maiori summa mi-
nor inest. l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig.
& præcipuè theorica Bar. ibidem. uolentis ꝙ
quando inter illud, quod agitur, & quod pote
rat agi, non est differentia in modo uel in for
ma, sed in commoditate tantum & utilitate,
si quod agitur non ualet ut agitur, ualet ut ua
720 lere potest. †l. si tam angusti. ff. de seruit. l.
Via in princ. ff. de seruit. rust. prædi. ubi si uia
conceditur alicui, ubi esse non potest uia uide
tur cōcessū iter. quia ut dicit Raph. in d. l. 1.
in uia inest iter. Idem ergo in casu nostro, cum
in medietate fructuum insit tertia: quæ ratio
uidetur concludere etiam quando scienter. de
hoc Brocardo latissime per Ias. in d. l. prima
§. si quis ita. ubi potes colligere argumenta in
utramuis partem. uide gl. in c. bonæ rei. 12.
q. 2. quæ disputat in simili, quid quando plu-
res donationes fiunt ab episcopo, quæ simul
iunctę excedunt summam.

Quinto quæritur. Ex statuto uel consuetu
dine fructus ecclesiæ uacantis in totum uel
in parte sūt reseruati capitulo uel alteri loco,
quæritur an successor in beneficio teneatur
ad illos fructus, nō habita ratione pensionis,
721 uel an pensio illius anni sit subtrahēda? †Re
spon. pensionem quidem deberi: quoniam ea
nata est anteq̄ fructus debeātur capitulo uel
alteri loco. Quo uero ad rectorem, onus pen
sionis releuat eum, ut non teneatur loco, cui
reseruata est illa portio fructuum, nisi dedu-
cta pensione: quia quo ad quantitatem pen-
sionis, fructus non dicuntur esse in benefi-
cio, eo quòd alteri debentur. l. si manda-
to Titii. ubi Bar. & Ang. ff. de nego. gest. fa-
cit tex. in l. 2. in principio. ff. si qua. pauper.
fec. dic. hoc tenuit Phil. Decius in consi.
156.

Sexto quæritur. An liceat pensionem au-
722 ctoritate propria† extinguere? uide quæ di
xi in proximo. §. q. 29.

Septimo quæro. An confiscatis pensiona-
rii bonis, pensionis commodum transeat in
723 fiscum, uel magis extinguatur pensio?†lo-
724 quor de fisco ecclesiastico, non de seculari.
†quia is alia ratione excluderetur.

Et uidetur dicendum beneficium remane
re liberum: quoniam per bannitionem fini-
725 tur usuf. † sicut per mortem. †l. corru-
726 ptionem. ubi Bal. ff. de usuf. & postquàm
finitus est, reconsolidatur cum proprietate
727 †l. si tibi. ff. Qui. mo. usuf. am. ergo idem
in pensione, quæ reductiuè est pars usuf.†

Item, ea quę non transmittuntur in hære-
dem extraneum, confiscatis bonis, non tran-
729 seunt in fiscum † Bart. Alex. & alii in l.
si finita. §. de uectigalibus. ff. de damn. infe-
Alex. consi. 23. in primo uol. consi. 9. in se-
cundo uol. consi. 89. in quarto uol. Sed pen-
sio non poterat extraneo hæredi relinqui: er-
go &c.

Ad hæc facit. c. quia clerici. de iure patr.
in glo. quando dicit, quòd si patronus ob de-
lictum priuetur patronatu, ecclesia remanet
730 libera.

Oppositum uidetur probari ex l. Statius.
§. Cornelius. ff. de iure fisc. ubi si confi-
scantur bona alicuius, cui in certa re debe-
bat alius succedere post mortem, fiscus suc-
cedit in fructibus, donec ille uixerit: & qui
successurus est: expectabit mortem natura-
731 lem. †& ratio:

Quia fiscus induit personam damnati, &
habet omnia commoda, quæ ipse uiuens con-
seque-

732 sequeretur.† l.cum ratio.ff. de bon. damn.
Et mors naturalis non æquiparatur ciuili
733 †nisi in casibus expressis.†ad no.in c.pla-
734 cuit.16.q.si.per Io.An.in c.susceptum. de
resc.in 6.

Ad hęc facit:quia pensio ista quo ad pensio
narium respicit commodum pecuniarium.un
de succedit Regula,quòd

Fiscus occupat omne commodum pecunia
735 rium competens damnato† Bar. & Paul.de
Cas.in d.§.Si de uectigalibus.

Dicimus in simili, quòd usufructus debi-
tus ingredienti monasterium,acquirit mona-
736 sterio,donec ingrediens naturaliter uiuit†
Bar. Pau.& alii in auten. ingressi. C.de sacr.
san.ecc.

Item,in c.j.§.j.cum gl.de succes.feu. dicitur
quòd si uasallus alienet feudum,tenet aliena-
737 tio usque ad eius uitam.†

Item,& in fiscum transit utile dominium
738 feudi,donec damnatus uixerit.†ut per Egi.
decis.725.sicut & monasterium in certis casi
bus retinet feudum, donec ingressus uiuit.
739 Aluar.& alii.in c.1.de mil. uas. qui bellic.
arm.depo. Et faciunt ad hoc pleraque addu-
cta per Soci.cons.x.col.4.in 1.uol. Et illa sol.
quam tradit Alex.d.cons.23.col.5. uers. non
obstant,quando dicit,quòd si prohibitio alie-
nationis insurgit ex natura conditionis rei,nō
ob certam causam expressam,quòd bona pro-
hibita alienari,transeunt, in fiscum ad uitam
eius.Quæ sol.adaptatur ad casum nostrum,cū
dispositio huius pensionis sit interdicta pen-
sionario ex natura rei,non ex prohibitione ex
740 pressa.†

Et ratio:quia nulla fit hoc casu iniuria ec-
clesiæ,quæ non erat futura libera nisi morte
naturali.ar.in l.lex uectigali.ff. de pign. l. pe-
to.§.prædium.ff.de leg.2.c.1. in fi. de Capit.
Corra.Et hanc in puncto iuris existimo uerā.
& sic fuit terminatum in causa mediolanen-
si, ubi

Legatus donauerat pensiones cuiusdam re
bellis ad uitam eius,alteri.

Et hæc magis procederent, quando dāna-
tus haberet pensionem cum facultate transfe
rendi.

An tamen sic damnatus transferre posset,
741 uel an fiscus† pro eo.hæc esset alia. q.

Ista procedunt,tenendo quòd pēsio sit res
tēporalis: aliàs si dicamus esse loco beneficii,
forsan contrarium erit dicendum, cum in ua-
cationibus beneficiorum mors ciuilis & na-
742 turalis æquiparentur? † arg. c. 1. de Re-
gul.in 6.

Octauo quæro. Quid si pensionarius fiat
miles,uel accipiat uxorem,an uacet pensio?
743 †Respon. Si pensio est assignata pro com-
modo temporali, non uacat:secus si pro bene-
ficio, secundum Alber. in l.cæterum. in fi. ff.
de usu.& habit. Car.in cle.1.in uer. eadē. uer.
Sexto quæro.de suppl.neglig.præla. ubi Imo.
& alii.Eo enim ipso quòd quis assummit pro
fessionem contrariam clericatui, uacant bene
744 ficia,†& quæ beneficiorum ecclesiasticorū
loco sunt,sicut quando miles efficitur cleri-
cus.ut in c.1.de mil.uas.qui bell.ar.dep. maxi
me quia coniugatus non potest seruire deo
745 per substitutum,† ut euitetur opin. eorum
qui dicunt feudum non uacare per assumptio
746 nem clericatus,†eo quòd clericus possit ser
747 uire per substitutum,†ut ibi tradit Aluar.
& plene per Alexand. in ca. 1. Qui feudare
poss.

De milite autem,quando & quomodo per
748 dat priuilegia clericalia.† uide Inno.in c.1.
de apost.& quomodo militia contraria clerica
tui.uide tex.in c.quicunque.23.q.8.c.fi.& c.
diuersis fallaciis.de cler. coniug.c. ex multa.
de uot.l.Repetita.C.de epis.& cle. quod reci-
pit moderationem.

Nono quæro. Renuntiaui beneficiū in fa-
uorem Titii,& ne nimium dispendium ex re-
nuntiatione paterer, Papa reseruat pēsionem
xv.duc.mihi.& x. nepoti meo & in euentum
non solutionis pēsionis datur mihi regressus:
accidit quòd Titius non soluit & fuit locus
regressui meo:quæritur, an pensio amplius de
beatur nepoti meo?Et dicendum deberi:quia
quando res reuertitur ad me,debeo seruare il-
lam conuentionem,quam uolui ab alio serua
ri.qui quasi contraxit mecum.l.1.C. si manc.
ita uen.ne prostit.l. Adoptiuum.§. patro-
num. ff. de In ius uoc. ubi Guliel. de Cun. &
Ang.

Quòd si concessi ter uineam in emphiteo-
sim,ita ut singulis annis tu dares Titio decē,
si ob non solutionem canonis, uel aliter ui-
nea reuertatur ad me, teneor ad illa decem.

Et licet ista decisio reddatur dubia propter
ea quæ tradunt Pau.de Cast.& mod.in d.§. pa
tronum.Bar. Ang.&Imo. in l. Qui Romæ. §.
flauius.ff.de uerb. oblig. in eo quòd secun-
dum aliquos,talis concessio est reuocabilis:ta-
men in casu nostro ubi pensio constituitur au
ctoritate superioris,res est clara.

Fallit tamen,quando renuntiatio processis
set ex causa permutationis, quando permuta-
tio rescinderetur ad ęquitatem.c. si beneficia.
de præben.in 6.

Decimo quæritur, S. renuntiauit canonica
tum & prębendā in fauorem T. reseruata sibi
pensione xx.duc.& regressu ad dictos canoni
catum & præbendam in euentum non solu-
tionis.deinde.T.retento canonicatu dimittit
illam præbendam, quæ confertur A. & obti-
net

net aliam A. non soluit pensionem S. quæritur,an.S. habeat regressum ad canonicatum & præbendam,quam nunc habet.T. uel ad illam,quam habet. A. Resp. super canonicatu qui est quid spirituale,non potest imponi pen
749 sio,†per ea quæ dicta sunt in §.1.in 2.q.

Est enim canonicatus spirituale beneficium,per quod competit stallum in Choro, &
750 locus in ca.†c.in literis. ubi Inno. de restit. spol.c. Cum inter. de renunt. tradunt doc. in c.Dilectus.de præben.

Differunt autem præbenda,& canonicatus
751 †iuxta no.in c.cum.m.de consti. ubi Feli.late:attamen quia Papa expressit quòd uolebat reseruari regressum ei qui renuntiauit, ad utrũque obligando successores : non potuit fieri ista diuisio in præiudicium habẽtis regressum, & causam de præterito influentem in tempus regressus.ar.in l.potior.§.uideamus.ff. qui po. in pig.habeantur. Res enim transit cum affe
752 ctionibus suis.†ad iura uulgaria.

Neque æquum uidetur,quòd si.A.perdidit præbendam ob non solutam pensionem, quã fortasse ignorabat,uel cui saltem non consensit; perdat etiam canonicatum,qui huic oneri non fuit obnoxius. Ne dicamus præbendã trahere ad se canonicatum. Minus dicendum uidetur, ꝙ præbenda T. libera reuertatur: quia hoc non egerunt partes.Nec propter istam separationem deperit ius.S. in canonicatu.ar.l. si ancilla cum liberis.ff. de leg.1.l. si mulieri. ff de usuf.acc.l. si ita fuerit.§.fi. cum.ibi no.ff. de man. test. Habebit igitur.S. regressum ad præbendam.A.& ad canonicatum. T.& sic erunt duo seminudi in eadem ecclesia.A. erit canonicus sine præbenda. T. habebit præbendam sine canonicatu.

At quomodo consistet præbenda canonica
753 lis sine canonicatu,†si uera est illa opi. ꝙ ex collatione præbẽdę inferatur collatio canonicatus,de qua per Feli.in c.cum m.col.9.uer. suadebat hic Compostellanus.de constit.

Videndum, num faba hæc tota cudatur in A. qui habuit præbendam sic affectam, magis quàm in T.qui renuntiando præbendã uidetur consequenter renuntiasse canonicatũ: & reseruatio canonicatus facta.T. sit magis ratione anterioritatis præseruatę,q̃ ꝙ sit idem canonicatus,qui primo, cum is cũ sua præbenda ad A.cõuolauerit.cogita.causa pẽdet nunc.

Vndecimo quæro. Legatus uel, Papa constituit mihi pensionem.x. ducat.ut studere ualeam, donec adeptus fuero beneficium eiusdem ualoris. Adipiscor beneficium huius ualoris, sed fructus habere non possum,donec studeo: an expirabit pensio ? Et dicendum nõ expirare,cum adhuc causa studii permaneat,& fructus non habeam.facit.c.si tibi concesso. de præben.in 6. uide Collect. in c. qualiter. de cler.non resi.

Duodecimò quæro. An quando lis pendet super pensione,alimenta debeantur litiganti?
754 †Respon.si loquimur de pensione quæ datur personæ simpliciter, indagatio non habet locum:quia lis procedit sine retardatione pen
755 sionis,ut sæpe dictum est.†Si de pensione, quæ datur Vicario seruienti in beneficio, si forte denegetur, tunc alimenta debentur secundum Egi. decis. 257. Nam generaliter Alimenta debentur ubicunque agitur ad hæreditatem,uel aliquod totum,unde aliquis ui
756 uit.† Egi. Decis.88.Bisg. in titulo de iudi.
757 deci.2. sicut etiam dantur accusato.† Rota. dec.143.in ant.Soci.in consi.127.in 1.uolu. ubi agit de alimentis mulieris,cui non datur
758 dos intra annum.†Et dicit Bald.in l. etiam C.mand.quòd monacus litigans cũ Abbate,
759 debet ali de bonis monasterij.† Idem dicimus in uxore,quando contra illam agit maritus ad diuortium,etiam si esset indotata: quo
760 niam maritus tenetur eam alere.† Inno. in c.per uestras. de donat. inter ui. & ux. Spec. in titulo,qui fil.sint legi. Idem si mulier atrociter uerberata a marito recessit:nam maritus
761 alimentabit eam extra domum. † Dy. & Cy.in l. quod in uxorem. C. de negot. gest. quod non obtinet,quando mulier culpa sua
762 recessisset,†Bal.in l.Quanuis. C.de legat.

Quæro ego,ut consequerer beneficium super quo. N.habebat pensionem,diutius litigaui,& tandem obtinui sententiam, & rem iudicatam,ex ui cuius consecutus sum etiam fructus trium annorum: dubitatur,an ego tenear ad pensionem illorum trium annorum . & si tenear;an pensionarius teneatur contribuere ad expensas litis.& uidetur primo, quòd non tenear: nam actio datur pensionario contra me ita demum si sint fructus : quia est actio
763 personalis ad rem certã,† ut dicit Abb.in c. nisi.de præbend. & aliàs dixi supra. tempore autem quo debebatur pensio, non habebam neque beneficium fructus : igitur obligatio illorum trium annorum fuit extincta, & in
764 efficax, quæ deinde non resurgit.†l. Qui res.in §. aream.ff.de solut.

Contrarium tamen est uerum,posito quòd pensio sit bene constituta. ut quia consensi ego uel alius, a quo causam habui.si enim consensisset tertius,de cuius iure non constat,neque præteriti, neque futuri temporis posset pensiones a me petere. si igitur pensio erat bene constituta,fructus in beneficio nati fue
765 runt hipotecati pro pensione,†ut qui extabat species ex qua debita fuit pensio. & licet

consumpti fuissent per male fidei poss. tamen habebat actionem contra eum ad huiusmodi pensionem saltem utilem. quæ actio postea continuatur in me, qui habui fructus ex æquitate.l. si & me.ff. si cer. pet. facit in arg.l.is a quo.ff.de rei uendi. nec est uerum quod ius meum esset extinctum: quia fuit uiuum contra poss.fructuum.

Solum ergo dubitandum, an possim deducere litis expensas? & prima fronte uidetur dicendum, quòd non: quia expensas quas feci in euincenda re communi, ita demum repeto, si tantundem nõ expendissem in re mea. Bar. in l.exparte.§.respondi.ff.famil.hercis. sed ego euincendo litem beneficij nihil plus expendi propter condemnationem fructuum: quia fructus uenerunt accessorie: ergo.&c.

In contrarium uero facit: quia expensæ litis
766 reputantur necessariæ, † & expensas factas in re communi recuperanda, repetimus actio-
767 ne negotiorum gestorum.† l. q. in aliena.§. si.ff.de neg.gest.& ex æquitate .l.2.§. si nauis ff.ad l.Rho.de iact.est enim cõtra æquitatem naturalem, ut si expendi in recuperanda re communi, tu sentias commodum, & ego solus habeam incommodum.: ex. est in l. Cum duobus.§.quidam.l.j.C.de caduc.toll. Et ideo dicimus iniquum S. quòd usuf.qui sentit commodum ex proprietate, capiendo fructus, non
768 reficiat domos.†l.usufructum legato.l.cum fructuarius.ff.de usuf.

Præterea, et si quo ad partem fructuum ex quibus debebatur pensio, ego scirem esse alienam: tamen quia recuperaui, & apud me sunt, licet non haberem actionem ad repetendum in pensas.l.adeo.§. ex diuerso.ff. de rei uend. & in.§.ex diuerso. instit. de re. diui. tamen si apud me res est, habeo exceptionem doli mali contra Dominum.ut in d.§.ex diuerso.& in.l. si in area.in fi.ff.de condi. indeb. & in l. sumptus l.in fundo.ff.de rei uendi. in hoc considerandi sunt multi casus. Primus, quando pensionarius non habebat aliquam actionem contra possessorem nisi ex iure mei tituli. Secundus, quando habebat aliunde. Si primo modo: quia in dubio expensę censentur factæ ex utilitate utriusque, secundum Bar. in d.c. ex parte. credo omnino, quòd succurratur mihi per exceptionem doli mali: nam si non recupero titulum, excluderis a pensione. ideo habet locũ æquitas.§.si maius.& l.qui altera.& l.sorori.ff. si pars hære. ubi est fere casus in terminis. Si secundo modo, si fructus beneficij peruenerũt ad me in uim sententiæ: quia sententia inter nos lata non potuit præiudicare pensionario,
769 † ille non cogetur reficere expensas litis: quia tantundem potuit consequi ab alio. fallit quando aliter conuentum inter partes.

FINIS SEXTI LIBRI.

LIBER

LIBER SEPTIMVS INCIPIT.

SVMMARIVM TITVLI,

1 *LEgatorum facultas in dispensando illegitimos ad ordines, & beneficia, quæ nam esse intelligatur, libr. 7. discutitur.*

2 *Legatis de latere, quæ nam facultas communiter concedi consueuerit.*

3 *Dispensationum materiam circa matrimonia contrahenda, & quo ad ætatem, lib. 7. pertractari.*

4 *Legati potestas in legitimando spurios ad beneficia, & alios actus.*

5 *Legatorum facultas inferitur.*

6 *Comitum palatinorum facultas quibus uerbis concepta appareat.*

7 *Legitimatio quæ nam esse intelligatur.*

8 *Quodq́ue restitutio natalium existat.*

9 *Legitimationem, solius principis donum reputari.*

10 *Legitimationem, plurifaram, pluribusque modis interpretari, & absterfionem peccati aliquando significare.*

11 *Item quandoque maculæ absterfionem.*

12 *Legitimatio unde originem sumpserit, & à iure positiuo, si quidem inductam esse refertur.*

13 *Matrimonium, homine procreato a Deo optimo Maximo, institutum, sub uerborum conceptione: hic os ex ossibus &c.*

14 *Matrimonium à principio quõ institutum fuisse dicitur, informe siquidem extitisse, nõ positiue legi subiectum. non item libidinis ardere obnoxium.*

15 *Conceptionem citra libidinis ardorem & sine dolore partum extitisse.*

16 *Naturam humanam corruptam post peccatum Adæ, & quæ inde uitia, & quot corrupti mores prouenerint.*

17 *Ius gentium primæuum promiscuam copulam permisisse.*

18 *Matrimoniis contrahendis de quo potissimum tempore sit data forma.*

19 *Vxore sua contentum unumquemque esse, & ab alienæ mulieris complexibus abstinendum, iure gentium secundario inductum fuisse.*

20 *Mulierum quarundam nuptiis ob sanctum naturæ fœdus dicto iure abstineri sancitum esse.*

21 *Nuptias uetitas contrahentibus, pœnam indictam extitisse.*

22 *Adulteria, incestus, & stupra, aliique damnati coitus, quo potissimum tempore cognosci, ac in ea animaduerti cæptum sit.*

23 *Damnato coitu natos à successione, & sacerdotio diuina & humana lege secludi.*

24 *Adulterorum filios in abhominationem Deo existere.*

25 *Manzeres, spurios, nothos, atque incestuosos Domino in sacerdotes offerri uetitum.*

26 *Matrimonium de iure ciuili & canonico uario iure censeri.*

27 *Matrimonij sacramentum in noua lege ad concupiscentiam euitandam inductum.*

28 *Spurios paternæ familiæ nomine, non item insigniis uti permissum.*

29 *Spurios hæreditati paternæ incapaces existere, non etiam ex bonis paternis alimenta consequi posse.*

30 *Spuriis iure canonum alimenta non denegari.*

31 *Spurios à sacerdotio repelli, ne filius ex impudico complexu natus, paternæ incontinentiæ imitator existat:*

32 *Castitas quàmmaxime commendabilis, ut & quæ possit animas Deo præsentare.*

33 *Sacerdotes castitatis imitatores esse oportere, & sollicitis studiis in eam incumbere præstat.*

34 *Damnata & improba copula natos, sacerdotio non aggregari, nec ordinis prærogatiua gaudere.*

35 *Spurios paterno odio & crimine grauari, etsi eosdem in aliquo non peccasse compertum sit.*

36 *Constitutiones, quibus spurij damnantur, a naturali iustitia prorsus deuiare respectu eorum personæ, signanter cum in aliquo non peccauerint.*

37 *Aliquem alterius odio prægrauari, iniquum censeri.*

38 *Antiquorum sententiam, quòd patres comederint uuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerint, seruatorem nostrum improbasse.*

39 *Filium patris iniquitatem sustinere, iniuriam esse, & ab omni æquitate alienum.*

40 *Anima quæ peccauerit, quòd eadem & mori debeat.*

41 *Spurios quo ad ius naturale, uel sanguinis de gẽte & cognatione parentum suorum & a quibus progeniti sunt, reputari.*

42 *Prohibitiones de contrahendo naturali commixtione inductas, etiam ad spurios extendi.*
43 *Dispensatio cum adulterinis filijs, si quando fauorabilis existat.*
44 *Paternæ incōtinentiæ, suspitione cessante, de facili cum adulterinis dispensari.*
45 *Spurio si honesta uitæ, & conuersationis is sit, literis, atque uirtutibus ornatus, dispensationem denegari non posse.*
46 *Legem non singulos humanos actus respicere, sed ea tantum, quæ frequentius euenire contingit.*
47 *Vniuersales constitutiones cunctos promiscue legare, & omnibus æqualiter subtrahere.*
48 *Dispensatio ad quid potissimum inducta sit.*
49 *Dispensationis ministrum, principem esse, qui tā quam bonus & diligens pater familias, ac legis moderator, rigorem illum, suadēte iustitia, temperet.*
50 *Princeps si quando absque causa legis neruum relaxaret, non dispensatio sed dissipatio induceretur.*
51 *Item taliter dispensatum in foro conscientiæ si quidem minus tutum cēseri, etiam si à Papa secum dispensatum esset.*
52 *Theologorum sententia in præmissis.*
53 *Dispensationes hoc potissimum tempore abhorrendas esse, cum ueritati non innitentur, sed mēdaciis refertæ sint & suffultæ.*
54 *Legitimationis actum fauorabilem esse, honesta ipsius legitimati uita concurrente.*
55 *Dispensatio à mera Principis benignitate proueniens, nulla meritorū ratione habita, quòd contra iuris dispositionem concessa intelligatur.*
56 *Dispensatio si quæ in fauorem hominis litterati fiat, quòd honesta dicatur, & secundum ius.*
57 *Dispensationem duplicem esse, debitam, scilicet & permissam, quarum altera à iure communi exorbitat, altera uerò aliter non exorbitat.*
58 *Dispensationem iudicis officium, non iure actionis petendam esse.*
59 *Illegitimus antiquæ ingenuitati a summo pontifice restitutus, deleta & abstersa illegitimitatis macula, an & quando ad Cardinalatus officium promoueri possit.*
60. *Illegitimitatis nota an excludat aliquem a Cardinalatu, ad partes discutitur.*
61 *Ecclesiæ consuetudinem seruandam esse, & pro lege tenendam.*
62 *Generalem dispositionem non extendi ad Cardinales, nec illos comprehendere ob gradus prærogatiuam, & excellentiam, cum spetiali nota digni sint.*
63 *Cardinalatus dignitas quòd Papatui propior cæteris existat, cum senatores ii sint.*
64 *Cardinales successores, leuitici generis esse, ad quos spectat, omnia difficilia orbis negotia terminare.*
65 *Cardinales orbis terrarum Cardines, super quibus uniuersa Christiani orbis machina uoluitur.*
66 *Cardinalium collegium, sacrum diei, & cœtus diuinus.*
67 *Episcopos & alios prælatos Papæ fidelitatem iurare, Cardinales non item, nè aliàs sibiipsis iurare tenerentur.*
68 *Testes duos sufficere ad conuincendum aliquem contra: Cardinalem uerò septuaginta duos requiri.*
69 *Dispensationem generalem ad quascunq; dignitates, Cardinalatus dignitatem nō includi, nec ad eam extendi.*
70 *Illegitimos dispensatos ad quamcuuque dignitatem, non regiam dignitatem dispensatos non censeri.*
71 *Papa si quando uberiorem gratiam in aliquem conferre uult & intendit dispensando cum inhabili, usque ad cardinalatum exclusiue dispensare consueuisse.*
72 *Regula iuris, cum quid prohibetur, & id per quod peruenitur ad illud, prohibitum censeri.*
73 *Illegitimos quantumuis dispensatos, non ad Papatum, nec ad Cardinalatum accessum dari, cum is sit gradus, ex quo immediate deuenitur ad Papatum.*
74 *Legitimatos, infamia facti saltem adhuc infames remanere.*
75 *Legitimatos legitime natis reuerentiam præstare, nec in eadem mensa cum illis sedere.*
76 *Iuramentum in supplementum probationis illi qui suam intentionem probauerit per unum testem illegitimè natum, non deferri.*
77 *Cardinales, numerum uigintiquatuor non excedere Concilio Basiliensi indictum, & Decretum.*
78 *Quodque de omnibus christianitatis partibus assumantur.*
79 *Item ex una natione tertia pars tantum.*
80 *Et de una ciuitate non nisi unus, ut æqua sit honoris distributio.*
81 *Item quòd assumendi ad Cardinalatum doctores sint, uel licentiati, & non minores triginta annis.*
82 *Et non assumi fratres, uel nepotes ex fratre, aut sorore Ro. Pont. aut unius Cardinalis uiuentis.*
83 *Cardinales non assumi, si illegitimi nati sint, aut corpore uitiati, uel aliqua macula aspersi.*
84 *Illegitimum si quando secum dispensatum sit, si prudens, religiosus litteris imbutus & bonis moribus refertus, ad Cardinalatus apicem non immerito promoueri sustinetur.*

stinetur.

85 *Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, pudicum, prudentem, hospitalem, & docilem, teste paulo.*

86 *Illegitimationem, impedimentum esse, de iure positiuo inductam.*

87 *Dispensationem super illegitimitate, honestatis causam habere.*

88 *Dignitatem eius, qui in aliquo non peccauit impediendam non esse.*

89 *Indignos non reputari si qui alieno uitio laborare contingat.*

90 *Adulterio natum culpa uacare, quæ generantem non generatum ipsum concomitatur.*

91 *Dispensationem releuare quempiam à grauamine, quod alterius culpa patitur.*

92 *Legitimationem simpliciter factam de restituendo aliquem ingenuitati, quod generalis & gratiosa dispensatio intelligatur & sit.*

93 *Quodque sui natura fauorabilis sit, & late interpretanda, licet dispensatio particularis odiosa sit.*

94 *Legitimatum & restitutum ad antiquos natales, ad episcopatus apicem promoueri posse, cum in omnibus legitimum eundem reputari contingat.*

95 *Ampliatio ad idem, quòd scilicet nedum ad episcopatum, sed & ad cardinalatum promoueri possit.*

96 *Papa restituendo hominem ad antiquam ingenuitatem, quòd tollat omne impedimentum iuris & facti, ac si ab initio legitimus natus esset, & omnem legitimum statum retinere.*

97 *Hominem legitimis bonis suffultum, nullo iure impediri quominus ad Cardinalatum promoueri posse dicatur.*

98 *Verbum (perinde ac talis) cuius sit effectus.*

99 *Adæquationes ita et taliter priuilegia adæquatorum communicare, ut nihil in uno, quod & in alio non existat.*

100 *Qui uult unum, & omnia consecutiua ad illud uelle uidetur.*

101 *Illegitimitatis defectu cessante, habilitati ad Cardinalatum, & Papatũ locum esse, nisi aliud canonicum obest impedimentum.*

102 *Legitimatione, defectum natalium cessare.*

103 *Homo nascens sui natura habilis ad communionem omnium, quæ sunt in Republica.*

104 *Adulterorum filii abhominatio à Domino.*

105 *Mauzeres & spurios non intrare ecclesiam usque ad decimam generationem.*

106 *Vitæ honestam professionem atque conuersationem, præsumptionem elidere anteactæ uitæ & incontinentiæ.*

107 *Illegitimus, qui honestam uitam, prudentem, atque eruditam profitentur debitam esse dispensationem: & si superior negaret cum talibus dispensare, iniuriam faceret.*

108 *Virum unius uxoris à sacerdotio nequaquàm repelli.*

109 *Deus gloriosus fecit legem generalem & suos ordinauit ministros, qui a generalitate illa eximeret eos, quos eximendi causa subesset.*

110 *Dispensationem, sententiam quandam declaratoriam exemptionis à lege.*

111 *Dispensationem, causæ cognitione præmissa, concedi.*

112 *Dispensationem, prouidam relaxationem dici.*

113 *Dispensationem sententia & processu indigere.*

114 *Dispensationem principis minus solemnitati subiectam, cum certa scientia in eo sententiæ, & processus uim habere.*

115 *Inhabilis ad sacerdotium culpa sua, si dignam peregerit pænitentiam, quòd ad Cardinalatum & Papatum promoueri possit.*

119 *Cardinales ob infandum schisma, depositos ad Cardinalatus apicem, infames esse.*

117 *Fornicatorem ipsum ad meliora conuersum, nequaquam prior uita commaculat.*

118 *Natum ex meretrice & adultera, si propria uirtute decorari contingat, parentum suorum opprobrijs non dedecorari.*

119 *Virtuosum, qui nascitur ex malis parentibus, data aliàs paritate, præferendum esse illi, qui nascitur ex bonis, cum in primo magis eluceat bonitatis uirtus, quando ad oppositum inclinabat paterna incontinentia.*

120 *Illegitimum honestæ uitæ, & eruditum paßim dispensari ut fiat episcopus.*

121 *Cardinales præstare officio atque dignitate episcopis.*

122 *Episcopalem dignitatem quo ad ordinis excellentiam, cardinalari longe maiorem esse.*

123 *Episcopos aliàs ad Cardinalatum promoueri noluisse, dum putarent a maiori dignitate ad minorem descendere non licere.*

124 *Cardinalatum non dignitatem, sed officium esse, quibus antiquitus baptizandi, & sepeliendi mortuos onus incumbebat.*

125 *Cardinales ducentos triginta sex, de tempore Pontiani Papæ extitiße.*

126 *Cardinalem sancti Marcelli, depositum ex eo, quòd parochiam suam deseruerit, ut alteri inseruiret.*

127 *Archiepiscopos uisitando quinquaginta euectiones: episcopos uero triginta tantum secum ducere consueuisse.*

128 *Charitatis opera usque adeo, Deo & hominibus grata fuiße, ut his solis artibus ab initio partum, auctumq; sedis apostolicæ imperium extiterit.*

includere.
174 Personatus, dignitates, & curata beneficia, quo ad incompatibilitatem, æquiparari.
175 Aetatem annorũ uiginti, quo ad personatus et dignitatum consecutionem, quo uero ad beneficia curata uigintiquinque, attendi debere.
176 Intellectus c. 1. de fil. presbyter.
177 Communior opinio refertur.
178 Legatus & episcopus, quo casu in præmissis aliter dispensare non possint.
179 Legatus & episcopus, siquando iure ordinario cum spurio super Rectoria obtinenda, quæ non sit personatus, neque dignitas, dispensare possint.
180 Lex loquens de curatis, quòd non expressa, nõ includat.
181 Legatus & episcopus si causa spurio ut beneficium curatum habitu, & ad actu habeat dispensare possint.
182 Quod est, attendendum, non quod esse possit.
183 Statutum si quod prouidet, illegitimũ ad quodcunque beneficium & si simplex non admitti, si quando contra illius dispositionem spurius dispensari possit.
Distinctio ad idem.
184 Confirmationem, naturam rei mutare.
185 Legatus si quando in prouincia sibi demandata, quòd spurij omnes quo ad simplicia beneficia, & ordines minores pro legitimis haberi debeant, & reputari, statuere possit.
186 Fornicationibus, & illicitis cõcubitibus uiam aperiendam non esse.
187 Legatus & episcopus si de iure communi, concurrẽte necessitate, spurios ad oẽs sacros ordines & beneficia indistincte habilitare possint.
188 Episcopo super ætate dispensare non permissum.
189 Stilum curiæ mutabilem esse, & modo album, modo nigrum reputari.
190 Vtilitatem, & necessitatem à pari procedere.
191 Necessitatis causam, omnem iuris dispositionem suspendere.
192 Necessitatem legum dispositione, minus subiectam esse.
193 Ecclesiis de personis idoneis prouidendum esse.
194 Publicam utilitatem in quacunque dispositione exceptam esse, & exclusam.
195 Legatos à sede apostolica ad id potissimũ deputari, ut cunctis prouinciæ necessitatibus occurrant, & loco apostolicæ sedis corrigẽda corrigant, & aspera in plana conuertant.
196 Dispositio tex. in c. 1. de fil. presbiter. quo casu procedat.
197 Spurius ingrediens religionẽ, si quãdo indigeat dispensatione, ut religiosus fieri possit.
198 Legatus si quando spurium religiosum effectũ, & beneficij capacem, ut sunt monaci, & canonici regulares, secũdũ opinionẽ quorundam ad beneficia dispensare possit, remissiuè.
199 Monacum beneficij incapacem, nisi ab episcopo secum dispensatum fuerit.
200 Communis sententia refertur.
201 Impedimenta duo, uno si quidem efficaciora censeri.
202 Legati & episcopi facultas in dispensando cũ spurio de promouendo ad sacerdotium, an & ad benefici dispensationem extendatur.
203 Dispensationem stricti iuris esset, & strictè si quidem interpretandam.
204 Translatus ad mendicantes, si quando ad duo dispensari possit, præsupposita legati facultate ad idem.
205 Legato spurios legitimare non licere, nisi sufficienti facultate munitus existat, & tenorem facultatum suarum inspiciendum esse.
206 Legitimationem fauorabilem esse: dispensationem uero odiosam censeri.
207 Legitimationem factam de aliquo, ut succedat in bonis parentum sine præiudicio uenientium ab intestato, dispensationem, non legitimationem reputari.
208 Legitimatũ omnia iura sibi uindicare, quæ ab initio legitime natis competunt.
209 Dispensationem, quo ad successionem, & spiritualia, in casu præmisso legitimationis effectũ sortiri.
210 Intelligentiam uerborum à causis rerum, non à uerbis sumendam esse.
211 Legati facultas, quatenus ad legatum, fauorabilem & ampliandam esse, cum solius Papæ præiudicium concernere dicatur.
212 Dispensandi potestatem uni concessam, & cuius effectus in tertium deriuari contingat latissime siquidem interpretandam, & fauorabilem diiudicari.
213 Legitimationem omnem præter illam, quæ ex consequentia matrimonij resultat, dispensationem reputari.
214 Dispensationem, iuris communis relaxationem esse, quæ siquidem per habentem auctoritatem cum causa fieri consueuerit.
215 Proprietatem in termino augeri & minui secundum maiorem, & minorem accessum, ad effectum ad quem peculiariter designandum terminus inuentus est.
216 Species licet non suscipiant magis, & minus, quadam tamen ratione homo ualens ratione & intellectu, dicetur magis homo eo, qui est rudis mineruæ, & crassi intellectus.
217 Papa dispensans ad actus spirituales, quòd legitimare dicatur.
218 Legitimatio si quando sit abstersiua omnis maculæ.
219 Legitimationes, quæ fiunt per Papam, Imperatorem, & alios habentes potestatem, dispensationes

tiones, & relaxationes dici, & reputari, ac ampliandas esse, inquantum auctoritas legitimantis se se extendit.

220 Legitimatum à legato etiam ad omnia alia tẽporalia, quæ personæ coherent, & alteri præiudicio non sint, legitimatum censeri.

221 Intellectus glo. in c. per uenerabilem, & glo. in c. lege. x. distinct.

222 Legitimatum à Papa, uel Imperatore, nõ uere legitimum, & an legitimè natum censeri.

223 Papam, uel Imperatorem auctoritate sua facere non posse ut factum aliquid infectum non sit.

224 Legitimi proprie qui censeantur, & reputẽtur, etiam si minus legitimè nati sint, & idipsum uno tantum casu effici refertur.

225 Quòdque hi in aliquo à uerè legitimè natis aliter non differant, & in feudis quoque succedant secundum communem.

226 Natum ex ea, qua cum matrimoniũ contrahi non potuerit, nunquam uerè legitimari posse.

227 Legitimatus per subsequens matrimoniũ, si uerè, uel fictè legitimatus censeri debeat.

228 Verbum, haberi, ueritatem importare.

229 Statuto dictante, ciuem esse, uel haberi pro ciue, si quando idem sit.

230 Matrimonio subsequenti antea natos legitimari, qualiter procedat.

231 Matrimonium si quod à principio ualuit, postmodum impedimento superueniente, per promotionem ad sacerdotium, si filij interim nati legitimi sint, secundum communem Doctorum sententiam.

232 Limitatio, ad idem, si ignorante uel inuita uxore, maritus ad sacros presbiteratus ordines promotus extiterit.

233 Dispensationem duplicem, generalem scilicet & particularem: illa si quando ad beneficia & successiones: alia uero si ad certa beneficia, & certos ordines, quem dispensari contingat.

234 Legitimationem à dispensatione differre in eo quòd illa tota gratiæ innitatur: hæc uero dispensationis generale suum nomen retineat.

235 Legitimationem tanquam prouenientẽm ex gratia principis, fauorabilem: dispensationem uerò odiosam censeri.

236 Limitatio ad idem.

237 Dispensationem Papæ sine causa, tanquam indebite factam, à iure communi exorbitare, remissiuè.

238 Beneficiorum pluralitatem odiosam, etiam si incompatibilia non sint.

239 Dispensationum uerba qualiter concepta sint, quàm maxime attenden.

240 Illegitimitatis impedimentum semper remanere, quo casu procedat.

241 Dispensatus ad beneficium curatum, quod obtinuit, si permutauerit cum alio simili, an illud etiam retinere possit.

242 Legatus si uigore facultatis sibi indultæ spurios ex quocunque damnato coitu legitimare possit, & ualeat.

243 Spurios non ideo dici, quòd sint extra puritatem matrimonij, Alciato Teste, sed à græca uoce sporadem, quæ significat passim & uulgo conceptos.

244 Natos ex concubina, & sic extra puritatem matrimonij, spurios non dici.

245 Natos ex prohibitis nuptijs, quo ad patris potestatem, spurijs similes esse.

346 Simile non idem esse.

247 Naturales aliquos, nonnullos spurios, alios uero incestuosos legem uocare.

Distinctio in præmissis:

248 Illegitimorum multiplicem speciem alibi recenseri.

249 Spurius si quãdo legitimari possit à legato quo ad successiones.

250 Legatum Papam etiam in terris ecclesiæ nõ subiectis, spurios quo ad successionem non legitimare.

251 Communi Doctorum calculo receptum.

252 Et ita in practica seruari consueuisse.

253 Spurio dispensato super impetratione alicuius gratiæ, si quando de abolita spurietate mentionem facere teneatur, cum non fuerit expresse dispensatus ad idem.

254 Dispensatus ad unum beneficium, si & alia ad quæ dispensatus non sit, impetrare possit & ualeat.

255 Comites Palatini si quando legitimare et illegitimos naturæ restituere possint.

256 Gratiam subreptitiam, quæ primo nõ ualebat, nouam gratiam reputari.

257 Gratiam nouam censeri, si quando ius quæritur, uel augetur. Et in qua de omnibus qualitatibus mentionem fieri oportet.

258 Certum dico & reputari si quod per relationem ad aliud certificari possit.

259 Nobiles & de nobili genere procreatos dici. si qui moribus, & uirtutibus ornati sint.

260 Sanguinis nobilitatem secus reputari.

261 Saul post Asinam in Regem assumptum cum moribus & uirtutibus longè præstaret.

262 Salustij sententia refertur.

263 Iuuenalis item de nobilitate.

264 Vlpianum nobilem dici.

265 Scientiam nobilitare dicimus.

266 Piscatori, non Cesari successorem quæri respõsum, dum inter nobilem, & ignobilem de papatu contentio suborta esset.

267 Simplicitas quàm maxime Deo amicam, cum paucis, simplicibus, & pauperibus totum mundum & eius altitudinem illis supponere uoluerit.

208 Expo-

268 Expositus promoueri posse, Ananiam uoluisse.
269 Nobilitatis non leuem rationem habendam esse, si quæ ex sanguine, & proauorum stemmate prouenerit, cum eisdem multis priuilegijs insignita sit.
270 Nobilium filios habere præscriptionē pro se, cum credantur esse tales, quales præcessores sui extiterint.
271 Spurios paternæ incontinentiæ imitatores reputari.
272 Nobiles sublimes intelligi.
273 Plebeos decurionum honore fungi non licere.
274 Obscuro genere progenitos, & ignobiles officium dehonestare.
275 Nobilitatis rationem habendam, romanam curiam obseruare.
276 Britones tanquam ex alto Troianorū sanguine descendentes, nobiles reputari.
277 Nobilem cæteris paribus, ignobili præferri, cū nobilitas gradum adijciat.
278 Nobilitas uera, quæ nam esse intelligatur, quique nobiles ad tractatum iudici clitonei.
279 Nobilitatem triplicem esse, theologalem scilicet, naturalem, & politicam, de quibus omnibus discutitur.
280 Loci consuetudinem respectu nobilitatis, quàm maxime attendendam esse.
281 Dignitatem illam siquidem attendendam esse, quam in loco pro dignitate reputari contingat.
282 Nobilitatem communi usu loquendi regulandam, & attendendam esse, cum illa propria nobilitas intelligatur.
283 Dignitatem si quis habuerint à Principe, cæteris præferri.
284 Literatos & nobiles æquiparari quibus cū de facili dispensatur, si illegitimi existant.
285 Auctorem contrariam sententiam sequi.
286 Nobilitas an probata sit, si quando legatus legitimandum nobilem dixerit.
287 Narratio facti alieni si quando præsumptionem inducat.
288 Concedentis narrationi si quando standum sit.
289 Enuntiatiuis uerbis in instrumentis, uel literis inferiorum, si quando creditur.
290 Literas inferiorum, præsumptionem quandam naturalem præ seferre.
291 Nobilitatem præsumi cum descendat à bonis moribus, qui mores pariter præsumuntur.
292 Enuntiatiua uerba principaliter probata propter aliud in facto proprio non probare: non item præsumptionem inducere in inferioribus.
293 Intellectus ad clementinam, literis.
294 Legati asserenti se reseruasse, non constito quòd reseruauerit, nullatenus credendum esse.
295 Intellectus.l.ex hic.C.de milit.test.
296 Legati literis in concernentibus factum proprium non credi, & longe minus de alieno facto eidem creden.esse.
297 Nobilem se asserenti, si quando onus probandi incumbat.
298 Negatiuam sui natura improbabilem esse.
299 Legatus si quando etiam mulieres legitimare possit, & secum dispensare.
300 Masculinum in materia cummuni fœmininum concipere.
301 Mulieres spiritualium incapaces esse.
302 Abbatissas non nisi legitimè natas eligendas esse.
303 Abbatissa, quòd præceteris monialibus, opinione castitatis pollere debeat.
304 Successio immediata in beneficialibus cur prohibita.
305 Successionem mediatam prohibitam non censeri.
306 Legatus de latere siquando absque speciali indulto dispensare possit, quòd filius legitimus immediate habeat ecclesiam in qua pater administrauit.
307 Per dictio, qualiter interpetretur in casu de quo agitur.
308 Spurium succedere patri immediate, quomodo dicatur.
309 Patrem & filium eodem tempore altari ministrare minus licere.
310 Illegitimum filium impudico patri ministrare in altaris ministerio, indecens esse.
311 Probibitio q̄ filij nō succedant patri immediate, an habeat locum in auo & superioribus.
312 Prohibitionem huiusmodi odiosam reputari.
313 Filiorum appellatione, in materia odiosa nepotes non uenire.
314 Comites Palatini, ex eo quòd comites, siquam legitimandi facultatem habeant.
315 Verba sine præiudicio uenientium ab intestato, in legitimationibus apponi solita, quid importent.
316 Legitimatum ad instantiam patris id procurantis in uita, uel mandantis fieri in testamēto, patri succedere in oneribus & per omnia, agnatis exclusis.
317 Legitimatū excludere oēs agnatos ab intestato, & legitmos ac naturales ex testamento, dū modo non fiat præiudicium legitimæ eorum, ex communi Doctorum sententia.
318 Pater uiuens, quòd de rebus suis ut liber dispo nere possit, etiam dilapidando.
319 Pater dum uiuit, si filium legitimari procurauerit, quòd nec quisquam citari debeat, cum nullius intersit.
320 Legitimatos pro legitimis haberi, & in aliquo à legitimis non differre.
321 Legitimationem, principis donum esse, & late interpretari debere.

322 Bona si quis habuerit, successorẽ habebit agnatos primo, Vxorem subinde, aut fiscum, cũ uix dari possit quominus legitimum successorem habeat.
323 Inducta in augumentum, contrarium effectum non operari.
324 Naturalem etiam non legitimatum, agnatis in certa portione succedere.
325 Legitimationem potius habilitationem ad successionem, quàm legitimationem quandoque reputari.
326 Doctorem Dionisium de Perusio, tempore suo Doctorem ueritatis extitisse.
327 Communis opinio refertur.
328 Priuilegij tenorem inspiciendum & attendi debere.
329 Supremo principi reseruata, non de facili concedi consueuisse, & id tantum concessum intelligi, inquantum uerba sonant.
330 Priuilegium aliter interpretandum non esse quàm quòd apertis uerbis demonstratur.
331 Interpretationem non dilatari, si quando principis praeiudicium uertatur.
332 Clausula, sine praeiuditio uenientium ab intesto, in legitimationibus apponi solita, quòd non debeat esse absque effectu aliquid operandi.
333 Auctoris opinio refertur circa intellectum clausulae, sine praeiudicio uenientium ab intestato.
334 Spẽ haereditatis eius, qui uiuit, & de bonis suis ad libitum disponere, non usquequaque cõsiderabilem esse.
335 Agnatũ legitimatum cum clausula praemissa, sine praeiudicio uenientium ab intestato, legitimos non excludere.
336 Clausulae, sine praeiudicio uenientium ab intestato, effectus qualis sit.
337 Patrem plus filio legitimato, quàm legitimo & naturali relinquere posse.
338 Statuto dictante, quòd foemina non succedat nisi in certa summa, quòd & filius legitimatus in maiori summa quàm ipsa foemina, succedere non possit.
339 Communem opinionem esse quòd statutũ excludens foeminas propter masculos, non habeat locum in masculo legitimato.
340 Legitimatũ post mortem patris, agnatos a successione patris non excludere.
Ratio ad idem.
341 Legitimationẽ, restitutionem quandã reputari.
342 Restitutum, locum ab alio occupatum non recuperare.
343 Limitatio ad idem in successoribus sanguinis.
344 Substitutum decedentem sine filijs legitimis & naturalibus, à filio legitimo excludi secundum communiorem opinionem.
345 Legitimatus ad preces patris siquando testamentum antea factum rumpat.
346 Legitimatio facta, si quando reuocari possit.
347 Donationem omniũ bonorum, uel maioris partis, si per legitimationem, seu habilitationem ad succedendum factam per legatum perinde ac si natus esset filius legitimus, reuocari contingat.
348 Electio facta de illegitimo postea dispensato per legatum, uel aliàs per subsequens matrimonium legitimo effecto si quando reconualescat.
349 Dispensato per legatum super illegitimitate, si quando praecludatur uia quominus sese legitimum probare posit.
350 Veritatem opinioni praeualere.
351 Facultas legitimandi si quando extendatur ad feuda, directi Domini consensu accedente.
352 Legitimatos per Imperatorem in feudo succedere.
353 Imperatorem in praeiudicium eorum, qui in feudo succedere debent, legitimare non posse.
354 Successionem deberi filio legitimato, ob matrimonium à Deo institutum.
355 Filium ancillae cum filio libere non succedere Apostoli auctoritate.
356 Imperatorem bonorum temporalium, alicuius Dominum non esse.
357 Principem, meum à me sine causa auferre non posse.
358 Legitimatione quacunque, quantumuis lata, quem ad feudum habilitatum non censeri.
359 Principem tertio praeiudicium inferre non de facili censeri.
Limitatio ad idem.
360 Principis plenitudini reseruata in generali cõcessione non comprehendi.
361 Facultas legitimandi ad feuda, de plenitudine potestatis reputari.
362 Principem omnẽ geniturae maculã abolere, & legitimatum ad omnia & singula iura tam communia, quàm locorum quorumcunque specialia restituere.
363 Verbum, singula, quid operetur.
364 Legitimandi potestas sui natura fauorabilis, & latissime interpetranda.
365 Legitimatum ad honores & dignitates & ad feuda quoque legitimatum censeri.
366 Auctorem, Socini opinionem amplecti.
367 Qui uult unum, & omnia consecutiua uelle uidetur.
368 Nominatim expressum dici & reputari, siquãdo adijciatur clausula, quae idem importet.
369 Lex si quae principaliter ad fauorem inducta sit, licet odium alicuius consequenter tangat, fauorabilis tamen reputatur.
370 Actum in praeiudicium alterius uerti non dicitur, si non principaliter, sed secundario praeiudicium afferat.

371 Princi-

371 *Principē tollendo obſtaculum perſonā habilitare ad id, quod ad alterum perueniſſet, ſi habilis non fuiſſet.*

372 *Feudum prouidentiæ, diuerſo iure cenſeri.*

373 *Legatus ſiquādo munere legationis, milites uel Doctores creare poſſit, & ualeat.*

374 *Epiſcopos, Doctores creare conſuetudine quadam inductum fuiſſe, concurrentibus, ſtudio, & alijs requiſitis.*

375 *Intellectus c. Quod dilectio. de conſanguin. & affinit. & in quibus caſibus illius diſpoſitio procedat, & locum ſibi uindicet.*

376 *Legatum in gradibus conſanguinitatis uel affinitatis, etiam lege poſitiua tantum prohibitis non diſpenſare.*

377 *Legatum contra Concilium non diſpenſare remiſſiuè.*

378 *Gradu Sexto aliàs matrimonium contrahere, pro ut nunc quarto uetitum.*

379 *Legato diſpenſare ſuper contrahen. matrimonio, in gradibus diuina lege prohibitis, interdictum.*

380 *Legato in longinquis partibus & remotis & ex cā, ſinge ſcandali eutādi, & pacis conciliādæ gratia, in matrimonialibus in gradibus prohibitis permiſſum cenſeri.*

381 *Legato ex cauſa etiam contra concilium quandoque diſpenſare permiſſum.*

382 *Facultates quæ communiter legatis circa matrimonia concedi conſueuerint.*

383 *Item, ſi quando tertio aut quarto ſimpliciter uel mixtim tertio & quarto ēt multiplici conſanguinitatis, uel affinitatis gradibus, inuicem coniunctis, uel alio ſiquidem impedimento laborantibus.*

384 *Legato cum his, qui ſe per adulterium polluiſſent, dumtamen in mortem prædefunctæ coniugis aliquid machinati nō ſint, adinuicem matrimonialiter copulari diſpenſare permiſſum.*

385 *Quòdque in matrimonio per eos ſcienter, uel ignoranter contracto remanere, prolem exinde ſuſcipiendum decernendo.*

386 *Legato ſi quando permiſſum diſpenſare cum his, quorum unus a ſtipite tertio, alter uerò ſecundo gradu diſtet.*

387 *Lineam æqualem & inæqualem uario iure cenſeri.*

388 *Legato ſi quando permiſſum tertio, & quarto gradu mixtim coniunctos diſpenſare.*

389 *Diſpenſat in tertio, ſi ſint in ſecundo et tertio, quòd aliter contrahere non poſſint.*

390 *Gradus huiuſcemodi rationem habēdam eſſe, ut quoto gradu quis diſtet remotior à ſtipite, ita & transuerſales inter ſe diſtare dicantur.*

391 *Legati facultatem ſi quando ſolum de præiudicio agentis agatur, late interpretandam eſſe.*

392 *Auctoris opinio refertur.*

393 *Verba Papæ in diſpenſando, ſecundum terminos iuris intelligenda.*

394 *Aequalis diſtantia ſi exprimatur in reſcripto, uel expreſſo, quòd æqualiter diſtent, uel quòd ſint in tertio, & tertio qualis fuerit intentio reſcribentis.*

395 *Legatus ſi diſpenſauerit cum aliquo ſuper cōtrahen. cum conſanguinea, an & illa abſque alia diſpenſatione ſecum contrahere poſſit.*

396 *Diſpenſationem, ſi uagam, reijciendam eſſe.*

397 *Diſpenſationes cauſa adiecta cōcedi, quæ aliàs intelligi non poteſt, niſi expreſſo, qua cum contrahendum ſit.*

398 *Legatum in diſpenſando, ſtilum curiæ ſequi, & illi ſe conformare conſulit auctor.*

399 *Diſpenſatio legati ſub his uerbis concepta, in diſpenſando cum Berta ut poſſit contrahere cō ſanguinitate non obſtante, ſi quando ualeat & ſubſiſtat.*

400 *Diſpenſatio ſi cum generali ſaltem derogatione legum contrariarum concedenda ſit.*

401 *Contrariam ſententiam auctorem ſequi.*

402 *Legi ſatis derogatum cenſeri, ſiquando ei quod continetur in lege, derogari contingat.*

403 *Legato ſi quando permiſſum in uim ſuæ facultatis diſpenſare cum his, qui ex utroque parte conſimili gradu coniuncti ſint.*

404 *Mixtum ſub ſimplici non comprehendi in materia de qua agitur.*

405 *Facultatem diſpenſandi cum nato ex adulterio, & inceſtu, ad natum ex utroque non extendi.*

406 *Spurium dici, qui naſcitur ex concubina.*

407 *Conſanguinitatis uinculum unicum eſſe.*

408 *Legati facultas ſi quando extendatur ut cum his, qui ſe prius carnaliter cognouerint, diſpenſare poſſit.*

409 *Diſpenſatio Papæ de contrahendo cum conſanguinea, quòd non ualeat, ſi ex eadem prius liberos procreauerit.*

410 *Legatus ſi quando diſpenſet cum ſimoniace ordinatis, quòdque ſi ignoranter ordines receperint, diſpenſare conſueuit.*

411 *Legatum in cæteris ex cauſa diſpenſare.*

412 *Legato & epiſcopo omnia permiſſa cenſeri, ſi eccleſiæ utilitas, uel neceſſitas ſuadeat.*

413 *Legato non minus conceſſum, quàm epiſcopo, ut & idem in omnibus caſibus, in quibus epiſcopus diſpenſare poſſit.*

414 *Annatas & compoſitiones pro gratijs & diſpenſationibus, ſi quando legato recipere liceat.*

415 *Decimas, taxas, & Annatas ob miniſtrorum & eccleſiæ neceſſitates Ro. Pontifici & eius legato imponere licere.*

416 *Annatas Papæ, ſicut olim Decimas à Pontifice hebreorum capi conſueuerat, non minus capere licere.*

417 *Lega-*

LIBER SEPTIMUS,

HOC septimo libro agetur
quomodo illegitimi per le
gatos ad ordines, & benefi
1 cia dispensentur. † & posito
in primis tenore faculta-
tũ Reuerendissimi Domi-
ni mei, quę cõmuniter cõ-
2 ceduntur legatis de latere, † formabuntur quæ
stiones in materia tam pro enodatione facul-
tatum, quàm iuris communis: deinde de dispẽ
satione circa matrimonia, & circa ætatem ali-
3 quid dicemus; † sequitur igitur

De potestate legati in legitimando spurios ad beneficia, & 4 alios actus. †

5 TENOR FACVLTATIS. †

Concedimus ut super Natalin ẽt si ex adulterio incestu, uel nefario, aut quocũq; illicito coitu procreati fuerint, defectibus dispensare, ut quæcunq;, quotcunq;, qualiacunq; beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & Regularia, inuicem compatibilia, etiam si secularia, Canonicatus, dignitates, et præbende, etsi de nobili genere procreati fuerint, etiam maiores, & principales personatus, uel offic. in cathedralibus, & Metropolitanis, uel Collegiatis ecclesiis, & in illis in quibus dictorum patientium defectũ Natalium patres beneficia obtinuerint, dum tamen insimul non ministrent in altaris ministerio recipere beneficia, per eorum patres obtenta, dum tamen illis immediate non succedant, retinere, & quòd de Natalium defectibus huiusmodi nullam in quibuscunque literis, & gratijs sibi concedendis mentionem facere teneantur, indulgendi. Hæc est facultas quo ad legatum.

SED QVOAD COMITES
6 Palatinos ita sonat Gratia. †

Concedimus facultates, Comites Palatinos creãdi, quo ad hoc ut ipsi Comites Palatini cũ quibuscunq;, ẽt ex quocunq; illicito, & dãnato coitu procreatis, ut in bonis parentũ, agnatorum, cognatorum, sine præiuditio uenientium ab intestato succedere possint, dispensare ualeant.

Legitimatio quid sit.
7 Quęro igitur primo, quid sit legitimatio? †
8 Respon. legitimatio est restitutio natalium, †
Bar. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. &
posth. Bal. in l. 1. C. de iur. aur. anu. ubi etiam
9 dixit quòd erat donum solius principis, †
& in c. 3. Hic fin. lex cora. & incipiunt con-
suetudines in prin. in col. fi. Aliàs autem le-
10 gitimatio multipliciter sumitur: † nam modo
significat abstersionẽ peccati, glos. in l. si quis
tam. C. de decur. lib. x. aliàs abstersionem macu
11 læ. † Bal. in l. manumissiones. ff. de iust. & iur.
l. nam ita diuus. ff. de adopt.

Legitimatio unde habuit originem.
Quæro secundo, unde habuit originem le-
12 gitimatio? Sol. a iure positiuo: † nam a princi
pio Deus gloriosus, procreato homine, insti-
tuit matrimonium, dicens hoc os ex ossibus,
13 † &c. no. 27. q. 1. in summa, & in c. fi. de frig.
& malef.

Matrimonium informe.
Sed tale matrimoniũ erat informe, nullius
adhuc positiue legis angustiis coarctatum, nec
14 alicui libidinis ardori obnoxium, † ut homi-
nes sine ardore conciperent, & sine dolore pa
15 rerent: † post peccatum uero Adam, corrupta
iã natura, homines cœperunt quasi ferino mo
re uiuere, & unusquisq; ad coitum accedebat,
ut sese offerebat occasio, hac sola matrimonij
umbra utentes, quod prolem ex se natam educa-
bant, ac ex complexibus generationem procu
16 rabant: † in reliquis nuptiarum solẽnitatum
nulla cura. nullus ideo legitimus, uel illegiti-
mus nascebatur, utpote quia non emanauerat
lex, quæ certam matrimonio formam dedisset:
nam si tunc nullus illegitimus erat: ergo nec
etiam legitimus: quia omnes una nascendi li-
bertate parentibus suis legitimi nascebantur,
ut in auten. qui. mo. nat. effic. legit. §. si quis ue
ro. in fi. & hæc quidem eo tempore, quo iura
17 gentium primæua tantummodo uigebant, †
ut colligitur ex tex. & glo. instit. de iur. natu.
gent. & ciui. in prin.

At postea, cum homines siluestrem uitam
perosi, in unum conuenire cepissent, urbes, &
castra edificare, regna constituere, ciuilibus
atque politicis moribus uiuere, successiones
inuicem quærere, animaduertentes promiscuã
illam coeundi consuetudinẽ socialitati aduer-
18 sari, matrimonijs formam dederunt, † iubẽtes
Origo, & causa formæ matrimonii.
unumquenque uxore sua contentum ab alie-
19 ne mulieris complexibus temperare. † Quin
& quarundam mulierum nuptiis ob sanctum
20 naturę fœdus abstineri uoluerunt, † matris ui
delicet, & sororis, & aliorum de quibus iura di
uina, & humana mentionem fecere: appositæ
sunt his uetitis gradibus, contrahentibus pœ-
21 næ: † hinc adulteria, incestus, stupra, & huius-
modi damnati complexus cognosci atque in
22 ea animaduerti ceptum est: † nam præ cæte-
ris pœnis sancitum est, ut qui ex huiusmodi
damnatis cõplexibus nascerentur, a successio-
ne atq; sacerdotio, & diuina, & humana lege
23 repellerentur: † scriptum est enim adulterorũ
Quare repulsi illegitimi a successione, & sacerdotio.
24 filii abhominatio domino, † ut habetur eccle
siast. 2. & in c. cenomanensem. 56. distinc. c.
per uenerabilem qui. fil. sint leg. c. cum multę.
T 15. q. 8.

15.q.8.Item cautum est ne manzeres, spurios,
notos, atq; incestuosos Domino sacerdotes of
25 feramus, †c.nisi cum pridem.de renunc. Quę
omnia absq; liberorum culpa in parentũ pę-
nam statuta sunt. ut apparet. 56. distinc. per to
tum. & in d.c.nisi cum pridem.ne matrimonia
contemnantur, quorum ampliationem iura ci
uilia ob publicam humanæ societatis utilitatẽ,
26 præcipue ob successiones curant: † canonica
uero, tum ob illas causas: tum etiã quia matri-
monium est sacramentum in noua lege rece-
ptum, ad euitandum peccatum concupiscẽtię,
27 †ut docet magister in quarto sent. distin. 26.
qua ratione inductum est ut in spuriis non cõ
seruetur nomen paternę familiæ, cum nec etiã
28 familiæ insignis. uti possint. †ut per Bal. in l.
generaliter. §. cũ autem uers. si statutum dicit.
C. de instit. & substit. sub cond. fact. & Bart. in
tract. de insign. & arm. ¶ Item ut neq; ad pa-
ternam hæreditatem admittantur sed, nec etiã
29 ex paternis bonis ali debeant, †ut in auct. ex
complexu. C. de incest. nupt. quanquam ius ca
nonicum cum istis mitius agens, alimenta nõ
30 deneget, †c. cum haberet. de eo qui dux. in
uxo. quã polluit per adult. De quo multa quæ
eleganter congerit Præpos. in d.c. per uenera-
bilem. in 4. col. uidere potes.

Illud quoque animaduertendũ, ꝙ alijs ẽt ra
tionibus, quàm his quas supra memorauimus,
spurii a sacerdotio repelluntur: quia scilicet ti
metur ne filius ex impudico complexu natus
31 paternam incõtinentiam imitetur, †c. si gens
anglorum. 56. distint. quando dicit, existiman-
dum esse populos ex meretricum commixtio-
ne natos, degeneres, ignobilesque, & libidini
addictos fore. unde cum castitas sola ubiq; lau
daretur, & sola dicatur animas deo præsentare,
32 †auct. ut non lux. cont. nat. ea est in sacerdo-
33 tibus maxime necessaria. †c. diuersis fallaciis.
de cler coniug. Item ob prærogatiuam ordinis
quòd eo nõ reputentur digni, quia ex damnata
34 copula nati sunt, † glo. in c. ij. in uer. defectu
de fil. præsbit. ubi Ioan. And. addit aliam cau-
sam, scilicet ob scandalum uulgi, qui scandali-
zatur cum irrefragabiliter paternæ incontinẽ
tiæ testes uidet. Istas enim, & alias rationes po
nit Goffr. in sum. de fil. præsbiter. in princ. &
Card. Alexan. in c. præsbiterorum. 56. distint.
in prima col. Quæ omnes spurios repellendi
35 causæ, a paterno odio, & crimine †ut cõstat,
procedunt, cum ipse filius ita natus in nullo
peccauerit, c. Dominus noster. 56. distint, pro-
pter quod apparet constitutiones illas quo-
ad spurii personam a naturali iustitia deuiare,
36 †cũ iniquum sit aliquem alterius odio præ-
37 grauari, †l. si quis in suc. ad fi. C. de inoff. test.
l. iij. § si emancipatus. ff. de bon. pos. contr. tab.
l. legem. C. de nat. lib. c. non debet. de regu.
iu. in. 6.

Propterea saluator noster reprehendit illã
sententiam antiquorum, quæ habebat, quòd
patres comedunt uuas acerbas, & dentes fi-
38 liorum obstupescunt: †cum iniquum sit, ut
39 filius portet iniquitatem patris, † cum ani-
40 ma quæ peccauerit ipsa mori debeat. †c. nun-
quam. c. satis peruersum. 6. distint. quanuis
certum sit adesse causam huius rigoris: ta-
men non tollitur quin huiusmodi lex, quæ
tales spurios sine culpa sua punit, dicatur a
principiis naturalis iustitiæ deuiare.

Quo circa, dicimus spurios quantum ad ea
quæ ad ius naturale uel sanguinis attinet,
esse de gente, & cognatione eorum, a quibus
41 nascuntur, secundum Bar. in l. ij. ff. de ac-
cusa. & in l. tutelas. ff. de capi. dimin. glos. in
l. quia semper. ff. de in ius uocan. & ideo
prohibitiones contrahendi, quæ oriuntur ex
naturali cõmixtione, obtinent etiam in-
42 ter spurios, †ut not. Ioan. And. in arbore
consang. in 6.

Ex quibus omnibus inferre licet, iura esse
fauorabilia in dispensando cum filijs ex adul
43 terino cohitu procreatis, † quando re ipsa
constat suspitionem paternæ incontinentię
44 cessare in illis. †Si enim fuerit spurius ho-
nestę uitæ, & conuersationis, literis atque uir-
tutibus ornatus, est illi ita debita dispensa-
45 tio, ut denegari non possit: †& si quis su-
perior dispensandi auctoritatem habens de-
negaret, iniustus protinus uideretur, tex. &
glos. in d.c. Dominus noster. 56. distint. not.
in c. ut constitueretur. 50. distint. lex enim
quia non potest respicere singulos actus hu-
manos, sed tantum ea, quæ frequenter eue-
46 niunt. l †. nam ad ea. ff. de legi. c. quoniam fre
quenter, ut lit. non cont. edit suas uniuersa-
les constitutiones, cunctos promiscue ligans,
47 & omnibus æqualiter subtrahens, † cum ut
dicit text. in l. 1. ff. de leg. lex sit æqualitatis
norma: si uero aliqua particularis ratio occur
rat, qua æquum sit aliquem a legis rigore
48 subtrahi, dispensationem inuenit, † cuius
ministrum esse uoluit principem, ut ipse ue-
lut bonus paterfamilias, & legis moderator,
rigorem illum, suadente particulari iustitia,
49 temperet, †ut aliàs late declaraui in c. ij. de
constit. libro. vj. ex auctoritate canonistarum,
& theologorum: sed si princeps absque causa,
legis neruum relaxaret, non dispensatio, sed
50 dissipatio nominanda: †nec ita dispensatus
dicetur tutus in foro conscientiæ, etiam si fie-
51 ret per Papam, †ut per Innocen. & Abb. in
c. de multa. de præben. & per doct. in c. j. de
fil. præsbyte. glos. melior in c. non est. de uot.
52 & tenent theologi, † quos abunde retuli in
d.c. ij. & dicam in materia dispensationis. unde
constat ualde compatiendum esse temporibus
istis Christianorũ animabus, ubi passim fiunt
dispen-

dispensationes mendaci tantum prohemiorũ
53 strepitu fultę.† Sed de his aliàs. pauca hæc dixi, ut intelligamus propter ea quæ inferius dicetur, legitimationis actum esse fauorabilem,
54 quando adest honesta legitimati uita.†

Sed quid respondebis ad tex. in c.j. §. ij. de fil. presbi. quando dicit dispensationem huiusmodi, uelut exorbitantem a iure, esse restringẽdam? Respon. loquitur de ea dispẽsatione, quæ fieret a Papa sine discussione meritorum, procedente a mera principis benignitate: dicitur
55 enim hæc contra ius,† sed illa quæ fit de homine literato & honesto, dicitur esse secundũ ius:
56 quia debita† c. dominus noster. ubi glos. 56. dist. & in c. ut constitueretur 50. dist. ubi ponitur de ista duplici dispensatione, debita. s. & pmissa: nam ista, quæ est debita, non exorbitat a
57 iure communi: alia autem exorbitat† gl. in c. dispensationes. 1. q. 7. & põt peti ista dispensa-
58 tio officio iudicis† gl. in c. noli. in fin. 23. q. 1. gl. in c. domino sancto in uer. necesse. 50. dist. qui dicit ꝙ eps non dispensans, peccat, cũ possit peti talis dispensatio officio iudicis, quãuis non possit peti iure actionis. ex præmissis datur aditus ad quæstionem satis curiosam.

An Romanus Pontifex restituendo illegitimum generaliter antiquę ingenuitati, delẽdo omnem spurietatis maculam, uel aliter latissimè dispensando, possit sic dispensatum ad Cardinalatus officium absque reprehensione assu
59 mere:† uel tali dispẽsato possit amplius opponi nota illegitimitatis ad effectum ut excluda-
60 tur a Cardinalatu: † quã quæstionem animi gratia, & quia grauis est, præter solitum latius explicabo.

Et primo uidetur posse reijci: quoniam consuetudo ecclesiæ est seruanda & pro lege tenẽ
61 da† l. minime. ff. de legi. Consuetudo autem diutius obseruata, habet ut tales non assummãtur: igitur &c.

Secundo: quia generales dispositiones & habilitationes nunquam cõprehendunt Reuer. dominos Cardinales ob gradus sui excellentiã
62 † ut no. Io. Mon. in c. 1. de scism. in 6. Io. An. & Domi. in c. nemo deinceps. de elec. eo. li. Nã dignitas Cardinalatus est ꝑpior cæteris Papa-
63 tui, cũ sint senatores† c. ecclesia senatũ habet 16. q. 1. & sic successores leuitici generis, habẽtes omnia difficilia orbis negotia terminare
64 † c. per uenerabilem qui fil. sint leg. c. fundamenta de elect. in 6. unde dicuntur cardines orbis terrarum, super quibus uoluitur uniuersa
65 machina christiani orbis, † dicente scriptura Reg. 2. Domini sunt Cardines, & posuit super eos orbem. Host. in c. 2. de cler. non resi. Arch. in c. ubi periculum. de elect. in 6. Est. n. dominorum cardinalium collegium sacrum, cætus
66 diuinus† secundũ Bal. in rubr. C. si quis aliq. testa. prohib. & pars papatus, ut in c. fœlicis. de pen. in 6. Vnde quanuis episcopi & alii prælati iurent fidelitatem Papæ, domini Cardinales non iurant: quia uiderentur iurare sibi ipsis
67 † secundum Host. in c. antiqua. de priuil. & licet aliàs duo testes sufficiant ad conuincendũ unum, Tamen contra Cardinalem requirũtur
68 septuagintaduo, † c. presul. 2. q. 5. ex quibus uidetur innui, ꝙ per quamcunque generalem dispensationem ad quascunque dignitates nõ
69 includatur ista dignitas:† quod esse uidetur de mente Bal. in l. eam quam col. 15. C. de fidei comm. quando dicit, illegitimos dispensatos ad quamcunque dignitatem, non intelligi di-
70 spensatos ad dignitatem regiam.† Et hoc expresse tenet Abb. in c. dilectus filius. de concess. præben. Dicens Papam etiam quando uult facere uberiorem gratiam dispensando cum inhabili, dispensat usque ad Cardinalatum ex
71 clusiuè.†

Tertio, cum prohibetur unum, prohibetur
72 & id per quod peruenitur ad illud† l. oratio. ff. de spons. Illegitimus quantumuis dispensatus prohibetẽ esse Papa: ergo ẽt prohibebitur esse Cardinalis, cum is sit gradus ex quo im-
73 mediate peruenitur ad Papatum† c. opportebat. c. nullus. 79. distint. minor huius arg. probatur auctoritate Gratiani. in §. cum ergo. 56. dist. ubi cum adduxisset auctoritates probantes illegitimos fuisse factos episcopos, Respõdit illud fuisse ex dispensatione, innuens cum illegitimis posse dispensari ad episcopatum, & postea cum uellet soluere auctoritates, dicẽtes filios presbyterorum fuisse Rom. Pont. respondet illas auctoritates loqui de his, qui sũt nati ex legitimo matrimonio, innuens illam Sol. de dispensatione non conuenire: quia cum illegitimis non dispẽsatur ad Papatum: & ista fuit subtilis inductio. Card. Alex. in d. §. cum ergo: per quam tenere nititur, non decere Papam dispensare cum talibus ad cardinalatum.

Quarto: quia ẽt legitimati remanẽt infames
74 saltẽ infamia facti† ut uĩ esse Decis. Azon. in sum. C. de infam. Alex. in l. iij. in prin. ff. de lib. & post. Ang. in disputatione, inci. nobilis genere. Ant. in c. per uenerabilem. in antep. car. qui fil. sint legit. Alex. in cons. 94. inci. consideratis his. in 1. uol. & in cons. 25. eo. uol. & Bal. in c. ꝑ tuas. de maior. & obed. quem refert Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Trebell. dicens quòd legitimati debent reuerentiam legitime natis: nec debent stare in eadem mensa cum il
75 lis.† Et ideo dicit Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. quòd probanti per unum testem illegitime natum, non est deferendum iuramen
76 tum in supplementum probationis: † quem refert Nicol. de Vbal. in tract. de succ. ab intesta. in prima parte uers. sequit̃ quinta species.

Multa & pro spurijs & contra spurios. Sil ua. nup. fo. 55. col. 3.

Quinto ꝙ in Cõcilio Basilieñ ordinatũ fuit,
77 ut Cardinales nõ excedant numerũ xxiiij.†
& de omnibus partibus Christianitatis assum
78 mantur: † de una natione tertia pars tm̃,† de
79 una ciuitate unus, ut æqua sit honoris destri
80 butio: † ꝙ assumẽdi ad Cardinalatũ sint doct.
uel licentiati cum rigore examiñis, non sint
minores.xxx.annis: non assumãtur fratres uel
nepotes ex fratre, & sorore Roma. Pont. aut
82 unius Cardinalis uiuentis: † neque etiam as-
sumantur illegitime nati, aut corpore uitiati,
83 aut aliqua infamia aspersi.†

His tamen nõ obstantibus, dico illegitimũ,
cum quo, ut præsupponitur, dispensatum est,
si sit uir prudens, literatus, religionis, & bo-
norum morum, posse conuenienter assumi ad
84 Cardinalatm: quod probatur esse conue-
niens.†

Primo, ex parte potestatis Sanctis. D.N.
Secundo, ex parte honestatis, seu æquitatis.
Tertio, ex natura legitimationis,
Quarto, ex mente sacrorum canonum.

Ex parte potestatis Papæ notissimum est: quo
niam illi dictum est: quodcunq; ligaueris etc.
c. quodcunque. 24.q.1.& nullus de hoc dubi-
tabit. Abb. in d.c. cum dilectus filius. nam dici
potest quòd prohibitio ista sit mere de iure
positiuo: quia deutero. 23. ubi manzeres pro-
hibentur ingredi templum usque ad x. genera
tionem, prohibitio fuit temporalis, sicut illa
quæ subditur de moabitis, & ammonitis. unde
in aliis locis scripturæ diuinæ, quãdo fit men-
tio de his quæ arcent aliquem a sacerdotio, nũ
quã fit mentio de illegitimitate. ait enim Pau.
ad Thim. 3. oportet Episcopum irreprehensi
bilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, pudi-
85 cum, prudentem, hospitalem, docilem &c.†
tamen nulla fit mentio de legitimitate. Item
ad Titum primo idem facit, & nulla de illegi-
timitate mẽtio, ad hoc. c. licet 8.q.1.c. illud.q.
2.& ꝙ hoc impedimentum sit de iure positi-
86 uo, † tenet Thom. secunda secundæ.q.68.art.
3. probatur in c. nisi cum pridem. de renunc.
& de fil. præsby. per totum. facit c. Dominus
noster. 56. distinct. & quia non ita passim di-
spensaretur ad ordines.

87 Ex parte honestatis: † quoniam honestum
est ut dignitas eius qui nihil peccauit, non im
88 pediatur: † ut dicit iurisconsul. in l. Spurii. l.
generaliter. §. spurios. ff. de decur. indigni
89 enim non sunt qui alieno uitio laborant. † l.
lege. §. naturalibus. C. de natur. lib. unde Hie-
ronymus in Epistola contra Ruffinum, quæ
habetur in c. nasci. 56. distinct. dicit nasci de
adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed
90 illius qui generat: † æquum igitur est ut per
dispensationem quis releuetur a grauamine,
91 quod alterius culpa patitur: † hoc probat in
indiuiduo. tex. in c. Dominns noster. 56. distin.
ad hoc Reg. non debet in 6.

Ex natura autem legitimationis constat:
quia legitimatio simpliciter facta restituen-
do aliquem antiquæ ingenuitati, uel genera-
92 lis, & gratiosa dispensatio, † ut eam baptizat
Abb. & Ant. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de
iudic. est fauorabilis, & late interpretanda,
93 quanuis dispensatio particularis sit odiosa, †
Abb. in d. §. de adulterijs Anch. in consi.
242. in princ. & in consi. 448. circa princ.
Paulus de Castro consi. 221. secundum ordi-
nem antiquorum, Philip. Corne. consi. 9. in
ulti. col. in 4. uolu. Egid. bellam. in consi.
32. in 3. col. Si late interpretanda: ergo non
restringetur ad istam uel illam dignitatem:
sed sicut indistincte remouetur impedimen-
tum, indistincte admittetur ad omnes digni-
tates. l. de precio. ff. de publ. & pro hoc facit
decisio Abb. in c. Cum Vintoniensis. de el-
lect. ubi dicit, quòd licet illegitimus dispen-
satus ad dignitates non possit promoueri ad
Episcopatum: tamen si Papa legatimat ali-
quem restituendo antiquis natalibus, pote-
rit promoueri ad Episcopatus, ex quo in om-
94 nibus reputatur legitimus: † ergo eadem ra-
tione ad Cardinalatum: postquam non re-
95 peritur qui aliter excipiat.†

Quod etiam amplius ostenditur: quia Pa-
pa restituendo hominem ad antiquam inge-
nuitatem, tollit omne impedimentum iuris,
& facit haberi perinde ac si ab initio esset na-
tus legitimus, & retinet omnem statum le-
96 gitimorum: † l. interdum. l. quæris. ff. de na-
tal. restituen. auct. quib. mo. nat. effic. sui. §.
illud. sed homo legitimus bonorum morum
nullo iure impeditur promoueri ad Cardina-
97 latum: † igitur nec iste.

Adiuuatur: quia hoc uerbum, perinde, ac
98 talis, † quod &c. facit terminum relatum ha-
beri pro expresso cum omnibus qualitatibus
suis, secundum Bar. in l. j. ff. si fam. fur. fecis. di-
ca. & in l. si quis seruum. §. fin. ff. de leg. ij. l.
ubi autem. §. illud. ff. de uerb. obliga. Iste enim
adæquationes ita communicant priuilegia
adæquatorum, ut nihil sit in uno, quod non sit
99 in alio, secundum † ea, quæ habentur in l. j.
ff. de leg. 1.

Item: quia qui uult unum, uult etiã omnia
100 consecutiua. † d. l. oratio. quod etiam obti-
net in dispensationibus odiosis, glo. in c. quia
in tantum. de præben. & in c. si quis in clero. 1.
q.7. sed ad remotionem defectus illegitimita-
tis sequitur habilitas ad Cardinalatũ, & Papa-
101 tum, si aliud non obstet: † quod patet: quia
ille defectus nataliũ, q̃ p legitimationẽ cessat:
102 † erat causa quare nõ posset assumi ad istam
uel illã dignitatẽ: ergo illo cessante, debet ces-

sare

ſare prohibitio.c.cum ceſſante de appell.l. adi
gere.§.quanuis.ff.de iur.patro.Eſt enim quili-
bet homo naſcens ex natura ſua habilis ad cō-
103 munionem omnium,quæ ſunt in republ.†
ſed lex uolens fauere matrimonium,inijcit ma
culam,& offuſcat illam habilitatem,qua macu
la remota, homo remanet in naturali ſtatu alio
rum,& ſic non datur qualitas noua, ſed anti-
qua detegit, ſicut aliàs de manumisſione not.
inſtitu.de.ingen.

Quòd uero hoc procedat de mente ſacrorū
canonum,patet:quia ille duę auctoritates,qua
rum una eſt,adulterorū filii abhominatio do-
104 mino:†altera ꝙ manzeres,& ſpurii non in-
trabunt eccleſiam uſq; ad decimam generatio
105 nem:†de quibus in c. per uenerabilem. qui
fili ſint legit.& in c.Cenomanēſem 56. diſtin.
intelliguntur quando ad eos paterna flagitia,
hæreditaria ſucceſsione deſcendunt, ut inquit
tex.in d.c.Cenomanenſem. aliàs autē q̄n hone
ſta uitæ profesſio,atq; cōuerſatio præſumptio
106 nem illā elidit,†nō eſt aliqua lex,quæ iſtos,
quorū corporis atq; animę creator Deus exti-
tit,& in quorū creatione,Dei glorioſi manus
ſicut in cæteris aſtitit (ut teſtatur Hierony.)
in d.c.naſci. a ſacerdotio aut alijs dignitatibus
repellat,quin ſaltim diſpenſari poſsint, immo
debeant:eſt enim iſtis illegitimis qui honeſtā
uitam,prudentem, atq; eruditam profitentur,
adeo debita diſpenſatio,ut ſi ſuperior negaret
107 cum talibus diſpenſare, iniuriam faceret:†
glo.in c. Dominus noſter.56. diſtinct. & in c.
ut cōſtitueretur.50.diſtinct.glo.in d.c. per ue
nerabilem.inquit enim Hieron.in d.c. Domi-
nus noſter.qualicunq; modo natus ſit aliquis:
tamen ut perfectam fidem habeat,& quod fi-
de tenet,operibus impleat,ſitque literatus, &
uir unius uxoris,nequaquā a ſacerdotio repel-
108 litur. †ſi igitur Canones uolunt auctorita-
tes illas ſibi uendicare locū,q̄n in filio rema-
net ſuſpitio paternæ incōtinentiæ, ubicunque
per honeſtā uitæ profesſionē eliſa erit illa præ
ſumptio,nō erit aliquod ius diuinū, quod ar-
ceat hunc probatū uirum a Papatu, uel Cardi
nalatu ſecundū mentem ſacrorū canonum.Et
ſi dixeris,cur ergo uolunt canones ut diſpenſe
tur?Rn.quia Deus glorioſus fecit legē genera
lē,& ordinauit miniſtros ſuos,qui a generalita
te illa eximeret eos,quos eximendi iuſta cauſa
109 ſubeſſet: † ne ſi cuilibet liceret auctoritate
ꝓpria prætextu cauſæ honeſtæ ſe eximere,ho-
mines de facto ꝓprio iudicarent: eſt enim di-
ſpenſatio,ſentētia quædā declaratoria exceptio
110 nis a lege:† q̄ regulariter fit cū cauſæ cogni
111 tione:† pp quod dicitur ꝙ diſpenſatio eſt
112 ꝓuida relaxatio,†ut p Spec.in tit.de diſpēſ.
in prin. Archi.in c.ut cōſtitueretur.50.diſtint.
Spec.eo.tit.§.qualiter aūt & quando.uer. qui-
bus aūt.dicentes in diſpenſatione ſententiam,
& proceſſum eſſe neceſſaria: quæ tn̄ ſolēnitas
113 nō requiritur in diſpēſatione principis,†in
quo certa ſcientia hēt uim proceſſus,& ſentē-
114 tiæ:†ſecundū Abb.& Anan.in c.ij.de ſciſm.
& in c. innotuit.in iij.col.de elect.

Item probatur: quia ſi quis propria culpa
fiat inhabilis ad ſacerdotium,& peragat dignā
pęnitentiam,non eſt aliqua lex quæ prohibeat
ipſum eſſe Epiſcopum,Cardinalem, aut Papā:
115 †c.Ioānes,cum.c.ſeq.50. diſtinct.quod exē
plo comprobauit fęlicis recor.Leo.x.qui Car-
dinales ob infandum ſciſma depoſitos infames
116 ad Cardinalatus apicem,†ꝙ ad cor reuerſi
eſſent,rurſus euexit. Si igitur illi,quos propriū
ſcelus indignos facit,& maculat, deleta ob me
lioris uitæ propoſitum priori macula,nulla le
ge,nullo iure,a Cardinalatu ſubmouētur: quā
to minus illi,quos non propria ſed aliena cul-
pa coinquinat. ita argumentatur Chriſoſto-
mus in term.noſtris ſuper Euangelio Matthęi
Homel.quarta,dicens ꝙ ſi fornicatorē ipſum
ad meliora conuerſum,nequaquam prior uita
117 commaculat,†multo magis ex meretrice na
tus, & adultera,ſi propria uirtute decoretur,
parentum ſuorū non dedecoratur opprobriis:
118 †habetur in c. nunquam.56. diſtinct. ubi
glo.addit in pari gradu uirtuoſum,qui naſci-
tur ex malis parentibus,eſſe præferendum illi,
qui naſcitur ex bonis,cum in primo magis elu
ceat bonitatis uirtus, quando ad oppoſitum
119 inclinabat paterna incontinentia.†

Item: quia ſi cū illegitimo honeſtæ uitæ, &
erudito pasſim diſpenſatur,ut fiat Epiſcopus,
120 †ut in c.innotuit.de elect.c.ij.de corp.uitia.
c.per uenerabilē.qui fil.ſint.legit.c. Cenoma-
nenſem.56.diſtinct.quare non debeat ad Car
dinalatum diſpenſari, non eſt ratio.

Vnde eſt aduertendum ꝙ quāuis hodie te-
neāt multi,Reuerendiſ.Cardinales pręſtare of
121 ficio atq; dignitate Epiſcopis: † tamen in
hoc conueniunt omnes,ꝙ quātum ad ordinis
excellentiam attinet,longe maior ſit dignitas
122 Epiſcopalis,quàm Cardinalaris, †ut late cō
cludit Andr. Sic.in ſuo tract.de pręſtantia Car
dina.& moderni in c.quanquam.ij q.7.ubi eſt
glo.magiſtra,ꝙ Epiſcopus eſt dignior Cardi-
nale,cum in ordine ſit maior ipſo,ut per doct.
in prohemio ſexti, & in c. cum contingat.de
ætat.qualit.tenet Bar.in l. 1.§. ſiquis in appel-
latione.ff.de appellat.

Quare uſq; ad tēpora Bonifacii octaui ob-
ſeruatū eſt,ut nō ſit Epiſcopus,qui uellet fieri
præsbyter Cardinalis:ꝙ putabant nō licere de
123 ſcēdere a maiori dignitate ad minorē: † Io.
And.& Domi.in c.cū aliquibus.de reſcr.in vi.
unde Bar.in l.1.§.ſi quis.ff.de appell. dixit Car
dinales non habere dignitatem ſed officium,

quod officium,secundũ antiqua instituta,erat
124 baptizare,& sepellire mortuos,† secundum
Matth. & Card.in clem. ne romani.de elect.in
§.porrò.ubi referunt tempore Pontiani Papæ
125 fuisse ducentos triginta sex cardinales.†pro
quo facit.c.ex gestis.de cler. non resi. ubi ille
p̃sbyter Cardinalis Sancti Marcelli fuit deposi
tus:quia deseruerat parochiam suam, & in alie
126 na seruiebat:†quod facile ostendit,Cardina
les eo tempore per humiliora charitatis opera
se exercuisse:quare ordinatum fuit ut archiepi
scopi ducerent uisitando.50. euictiones : epi-
127 scopi 30.†Card.tantum 25 c. cum aposto-
lus.de cens.quæ obseruatio etiam fit in testi-
bus pro condemnatione Cardinalis & episco-
pi.c.præsul.2.q.5.quamuis,ut ibi not.glo. Pa-
pa tantum duobus testibus conuincatur. Sed
hodie, in Dei ecclesia existimat uulgus, indi-
gnũ esse,Reuerẽdissimos Patres his se se exer
cere,magnorum Regum pompam emulari,p̃-
clarius ducẽtes,uel potius ut liberius uniuersa
lis ecclesiæ negocia cũ sanctissimo Pastore tra
ctent.Nam secũdum moderna iura,eorum of-
cium est pro uniuersalis ecclesiæ bono labora
re.c.fundamenta.de elect.& d.c.per uenerabi-
lem.Sed charitatis opera deo atq; hominibus
semper grata fuerũt. & his solis artibus ab ini
tio partum auctumque est Apost. sedis impe-
128 riũ:†nescio an aliis diu retineri possit. Qđ
tamen dicit Io.An &Dom.non fuisse reptum
usque ad tempora Bonifa. epscopum qui uel-
let esse cardinalis,obuiat:quod habetur in Re
gistro Grego.li.2.c.5.ubi apparet Neapolita-
nos supplicasse,ut eorum episcopus fieret car-
dinalis:minusque uidetur uerum quòd tem-
pore Põtiani essent Cardinales, si quidem nul
la apud platinam Blõdum Sabellicum & alios
Rom.Pont.uitas scribentes,de hac re habetur
mentio.

Si igitur respectu ordinis clericalis maior
129 est dignitas episcopalis , q̃ Cardinalaris,†
& exclusio illegitimorum,quæ fit a lege diui-
na & canonica,non est ob aliud,nisi ob excellẽ
tiam ordinis clericalis,ut late concludit Host.
in summ.de fil.presbyt. ergo sequitur,quòd si
dispensatur cum illegitimo ut fiat episcopus,
Tanto magis dispensabitur ut fiat cardinalis,
saltem diaconus,uel presbyter,postquàm om-
nis prohibitio habet respectum ad dignitatẽ ,
quæ est ratione ordinis,non ratione præmi-
nẽtiæ:quod probo per simile. Canonici eccle-
siæ cathedralis faciunt primum gradum post
130 episcopum in tota diœcesi† eo quòd melio
res & nobiliores de ciuitate assummuntur in
canonicos,& quia faciunt unum corpus cum
episcopo,qui est uniuersalis pater diœcesis c.
nouit de his quæ fiunt a præl.sin.cons.capit.c.
nouerint 10.q.1.Ant.in c.fin. de fil. presbyt.
& sunt consultores episcopi,ut per Abb. in c.
super inordinata. de præben.Et tamen episco-
pus dispensat cum illegitimo ut sit canonicus
131 †secundum Io.And Dom.& Philip. in c.1.
de fil.presb.Oldr.in consi.215.puncta breuia.
132 quæ opin. est communior,†quanuis aliqui
teneant oppositum,sed nõ dispensat ut teneat
beneficium curatum,ea sola ratione : quia re-
quiritur maior ordo in rectore ecclesiæ cura-
133 tæ,quàm in canonico.†Ergo attenditur fa-
cilitas uel difficultas dispensandi cum illegiti
mo penes magnitudinem ordinis , non penes
excellentiam gradus. Vnde an excellentior sit
gradus cardinalis quàm episcopi , nihil ad rẽ :
satis est episcopum esse in ordinis excellentia
& in ministerio sacrorum præferendum Car-
134 dinali,†propter quod episcopus modo uoca
tur pontifex,modo summus sacerdos † c. in
clita c. de persona 11.q.1. c. qui ecclesiasticis
c. si officia.59. distinct.& a Rom. Pont. uo-
catur frater . c. frater noster. 16. q. 1. not.
per doct. in prohem. sexti , eum domini Car
dinales quando separatim nuncupantur,dican
136 tur filii. † Glo. in c.fundamenta. in uers.
fratres.de elect. in 6.tex. in c. graui.de crimi.
fals. Nec est mirum: quia specialius cæteris
sunt in potestate domini Papæ , ita ut sine
eius licentia nec testari,nec confiteri nec san-
137 guinem minuere possint,†ut tradit Hosti.
In summ.de pœni.& remis.§.cui confitendũ.
qui igitur existimatur dignus ut fiat episco-
pus,in quo est summa sacerdotii dignitas,&in
quo elucere debet omnis uirtutum splendor,
138 & omnis doctrina, † c.omnis scientia. c.
omnes psallentes 38.dist c. qui episcopus 23.
distinct. cur non existimandus sit dignus ad
Cardinalatum , non uideo. Nec est ratio,quę
oppositum suadeat,nisi dicas spurios,purgato
paternæ prȩsumptionis , & natalium defectu,
139 adhuc remanere uiles , & ignobiles. † Et
tunc pro solutione dabitur tex. in c. uenerabi
lis.de præben.quando dicit non generis , sed
uirtutum nobilitas,uitæque honestas, gratum
Deo faciunt,& idoneum seruitorem. Ad cu-
ius regimen non multos secundum carnem
nobiles & potentes elegit,sed ignobiles &pau
140 peres, † eo quòd non est personarum ac-
141 ceptio apud Deum. † Vbique enim sacri
canones non gradum excellentiorem , sed me
142 lioris uitę actionem considerant. † c. si-
cut excellentiam.23.q.4.c. non loca c. multi.
40. distinct.Quamquam etiam non sit assum
ptum uerum,

Non obstat quòd dicitur de consuetudine:
tum quia contra potestatem Papæ non induci
143 tur cõsuetudo:†tũ ẽt q̃a in his q̃ depẽdẽt a
facto uel nõ facto gratuito principis, nõ p̃t in
144 duci consuetudo,†secundum Abb.in c.qđ
tran-

translationem de offi.deleg.glo.in c. conſuetudo.prima diſtin.Item quia,immo conſuetudo eſt quòd admittantur illegitimi, ſed ſeruato certo circuitu examinandi teſtes ſuper legitimitate:quę ſolemnitas eſt nutritiua peccati:
145 quia aperitur uia ad periurium. † Hæc tamen conſuetudo tamquàm nulli nocens,& eccleſiæ utilis,ſi perſonæ dignę aſſumantur, forſan excuſabit à peccato : quod neſcio propter periculum mendacii. Ideo ſecurior eſt prima uia.

Ad ſecundum arg.reſpon.ꝙ procedit quando ſumus in materia odioſa:nos ſumus in materia fauorabili,& habente etiam idemptitatem rationis per præmiſſa.

Ad tertium reſpon.negando conſequētiā, primo,quia non probatur ꝙ non poſſit eē Papa:quia Chriſtus non generis nobilitatē, ſed hominis uirtutem elegit. ideo ipſe non eſt dedignatus naſci ex adulterinis cōmixtionibus ut dicit tex.in c.dominus noſter.56.diſt. Secūdo,quia non probatur ꝙ ſol. gratiani ad c. oſius,ſit uera:& non poteſt ita intelligi:quia ille tex.non contineret aliquam dubitationem. unde uoluit oſtēdere Damaſus; ꝙ ēt filij preſbiterorum illegitimi, poſſunt aſſumi ad pon
147 tificatum,propter utilitatem eccleſiæ,†ut probatur in c.Cenomanenſem.

Et ꝙ ſpurius poſſit eſſe Papa, eſt de mēte
148 omnium†in c.licet de elect. quando dicūt quòd contra electum in pontificem non pōt
149 opponi aliqua exceptio niſi hæreſis.† Ideo cum plura poſſint excipi contra epiſcopum q̄ contra Papam,ſi illegitimus pōt diſpenſari ut ſit eps̄:tanto magis ut ſit Papa:nam contra Papam non admittitur exceptio,tu es laycus,c.de his omnibus 61.diſt.Item nec illa,tu
150 es uxoratus,& furioſus†quod fuit obiectū contra Vrbanum Sextum,ut per doct. in d. c. licet.

Tertio,quia & ſi ſolutio eſſet uera,nō infertur concluſio illa:quia ſolutiones ſunt accommodandæ ſecundum qualitatem negotii. l. ſi uno.ff.loc.

Quarto,quia non ſequitur, hic nō eſt idoneus ut fiat Papa,ergo non eſt idoneus ut fiat Cardinalis: quia eſt arg. de maiori ad minus
151 negatiue:quod non conceditur†c. cum in cunctis.de elect.Immo ſtat ſimul,quòd cœtus Cardinalium eligat,& in eis non ſit aliquis dignus Papatu. vnde canones uolentes Papā eligi ex gremio Cardinalium,intelliguntur quādo inter illos reperitur idoneus: aliàs electio
152 fiet extra collegium†c.in nomine domini 23.diſt.c.oportebat 79.diſtin. & eo ipſo ꝙ eligunt extra collegium,pronunciant ſe eſſe indignos,ſecundum Hoſtien.in d.c.licet.

Ad quartum reſpon.quòd procedit quādo non ſunt legitimati ad honores & dignitates: quoniam tunc ceſſat omnis infamia.Bal. in l. Imperialis §.ſi miles.C. de nupt. Alexan. in conſi.97.in ij.uol.

Ad quintum dic,ꝙ Conſilium non fuit receptum,cum nihil minus cogitetur in aſſumēdo ad Cardinalatū,quàm ꝙ doctor, aut licentiatus, quàm ꝙ de una natione uel ciuitate: Siquidem eodem tempore ſex uel octo Cardinales ex una ciuitate factos uidimus.

Ex quibus omnibus liquido apparet, quòd ſi illegitimus ſit uir prudens & utilis uniuerſali eccleſiæ, & legitime diſpenſatus per Papam,ex quo per bonam uitæ inſtitutionem, ceſſat,præſumptio paternæ incōtinentiæ:itē & conſequenter ea grauis opinio quæ bonas mentes ledere ſolet: item & contemptus matrimonij, qui purgatur per diſpenſationem : item & ille defectus, qui aboletur per legitimationem,poterit aſſumi ad Cardinalatum, & Papatum,ex honeſtate,& ex mente iuris,& ſacrorum canonum,cum hoc ſit officium nō
153 ordo † in quo ſecundum Bal.in l.unica.ff. de offic.præfec.pret.ut aſſumi poſſit, tria con ſideranda ſunt: induſtria ſingularis: fides ex-
154 plorata:& morum maxima grauitas † Ber. uero in li.de conſideratione ad Eugenium,
155 quales oporteat eſſe cardinales,†inſinuans inquit.

» *Itaque,nec uolentes,nec currentes aſſumito, ſed cunctantes,ſed renuentes etiam coge,compelle illos intrare. In talibus,ut opinor, requieſcet ſpiritus tuus,qui nō ſint attritæ frontis, ſed uerecundi,ſed timorati,præter Deum nihil timeant: qui nihil ſperent niſi a Deo: qui aduentantium non manus attendant,ſed neceſſitates:qui flent uiriliter pro afflictis,& iudicent in æquitate pro mā ſuetis terræ:qui ſint compoſiti ad mores,probati ad ſanctimoniam,parati ad obedientiam,manſueti ad patientiam, ſubiecti ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram,catholici ad fidem,fideles ad diſpenſationem,concordes ad pacem, conformes ad unitatem: qui ſint in iudicio recti, in conſilio prouidi,in iubendo diſcreti,in diſponendo induſtrij, in agendo ſtrenui,in loquendo modeſti,in aduerſitate ſecuri,in proſperitate deuoti, in zelo ſobrij,in miſericordia non remiſſi, in ocio non ocioſi,in hoſpitio non diſſoluti,in conuiuio non effuſi,in cura rei familiaris non anxij, alienæ rei non cupidi,ſuæ non prodigi,ubique et in omnibus circumſpecti.*

Hæc Bern.de cardinalibus ubi nulla de defectu natalium mentio, animaduertens defectum illum digne cardinalis aſſumptioni nullatenus obſtare.

Quæro quarto. An ſimpliciter legitimatus ad dignitates per legatum,ſecundum tenorem facultatum præmiſſarum,poſſit fieri epiſcopus?

T 4 pus?

pus? & credo ꝙ non, per ea quæ tradit Host. in c. innotuit. de elect. & Collect. in c. cũ olim. de præben. quando uolunt et sic dispensatũ, a Papa, non posse assummi ad Episcopatum: in quantum tamen postea dicit simpliciter legitimatum a Papa nõ posse fieri Epm, male dicit: quia tales nihil a legitimis differũt, ut dicã inferius: quod tenet Host. in sum. q. fil. sint leg. §. fi. uers. Item quid si quis ad dignitates. nec est uerum ꝙ idem Host. teneat contrarium in c. innotuit. de elect. uel ꝙ in dicto tex. probetur simplicem legitimationem præcessisse. Vide quæ dicam loco suo de ista generali legitimatione.

Quinto quæro. Quid si dispẽsatum est per legatum cũ illegitimo ut possit ad omnes ordines promoueri, & beneficium ecclesiasticũ
157 obtinere: an poterit habere curatum? † dic posse. ita concludit Collect. in d. c. cum olim. in ii. col. cuius opin. accedo: & adde quæ dicam infra, libro ultimo, conclu. ij. in quarta fall.

Sexto quæro. Quid si legatus dispẽsat cum illegitimo, ut possit obtinere duo curata: an
158 possit obtinere unum sine cura? † uide eundem Collect. in c. ne pro dilatione in ij. col. de penit. & remiss.

Septimo quæro. An legatus de iure cõi le-
159 gitimare possit? † Respon. legatus, & episcopus dispensare possunt cum spurio, ut promoueatur ad minores ordines, assequatur benefi-
160 cia simplicia, possit esse testis, ac iudex. † In no. Io. And. Card. in dicto c. per uenerabilem, Spec. hoc titu. §. fi. uers. sed illud queritur utrũ. no. in c. literas. de rescr. aliquid per Oldr. cons. 215. tex. ubi doct. in c. 1. de fili. præsby. in 6. an autem taliter dispensatus dicatur legitimatus, dicetur infra.

Octauo quæro. An taliter dispensati per legatum, uel Episcopum ad quæcunque beneficia simplicia, possint obtinere canonicatum
161 in ecclesia cathedrali? † Io. Mon. in c. j. de fil. presb. in 6. Ant. in c. fi. eod. tit. in ant. tenent Episcopum, non posse, nec tacite, nec expresse habilitare spurium ad canonicatum in ecclesia cathedrali. Et hoc propter honoratam conuersationem canonicorum ecclesiæ Cathedralis, quæ solet habere meliores ciuitatis. Item: quia præbenda posset habere ecclesiam parrochialem annexam, cuius spurij sunt incapaces.
162 † c. super eo. de præben. in 6. Et hanc partẽ uidetur tenere Rot. dec. 136. in no. Dicens canonicos habere præeminentiam in ciuitate super alios clericos: quia Episcopus caput: ipsi
163 membra, † c. nouit. c. quanto. de his quæ fiunt a præla. sing. conf. capit. & ideo Imo. in c. fraternitatem. de sepul. inquit, magnus honor
164 est esse canonicum ecclesiæ Cathedralis. † hoc etiam tenet Rot. dec. 408. in ant.

Contrarium tenent Archi. Io. And. Domi. Phil. in. d. c. j. de fil. presby. in. 6. Host. in sum. eod. tit. Oldr. consi. 215. puncta breuia. in. 3. col. Dicentes Episcopum posse habilitare spurium ad canonicatum, & in casu posse effici canonicum. Et hæc est communior, & uerior:
165 † quoniam dispensatio huiusmodi in quantum restituitur isti laboranti aliena culpa facultas legis, est fauorabilis, ut dixi supra. ideo cum tex. in. c. j. solum uetet episcopo dispensationem super curatis: dicendum erit, ut in omnibus alijs concedatur reg. odia, quod etiam uidetur placere Egid. decis. 362. quamuis truncate loquatur.

Non obst. quòd canonicatus sit honor, & præeminentia: quia quando spurius non est imitator paternę incontinentiæ, & est honestę
166 uitæ, debet honorari, & dispensari, † ut dictum est: unde qualiscunque sit honor, tamen facilius prouidetur de canonicatu, quàm de ecclesia curata, ut constat.

Non obst. quòd ecclesia parrochialis possit esse annexa: quia illa non considerabitur, ut ecclesia curata in canonico, per ea quæ traduntur in c. super eo.

Nono quæro, illegitimus dispensatur per legatum ad sacros ordines, & beneficium sine cura: an illi possit commendari ecclesia parro-
167 chialis? † Collect. in c. fin. uer. sed quid si dispensatum. de fil. præsb. tenet non posse commendari, cum nec etiam, ut uicarius in ea deseruire possit, uel aliàs eius curã gerere, quãuis sit dispensatus ad sacerdotium. Et hoc propter naturam dispensationis, quæ stricte intelligitur, &c. Ad hoc. tex. in. c. auaritiæ. de elect. in 6. ubi illud exercitium curæ, quod directe denegatur electo, non debet concepi indirecte sub alio colore, in reg. cum quid. de reg. iur. in 6. & ita tenet. Archid. in. d. c. j.

Decimo quæro. Quid si sit dispensatum per Legatum sufficienti autoritate munitum cum spurio, ut possit tenere beneficia personatus, dignitates cum cura, & sine cura, an possit habere dignitates in ecclesia cathedrali? Rot. in decis. 45. in ant. refert aliquos dicentes nõ posse propter. c. quamuis. de præben. in. 6. tamen concludit contrarium, prout etiã in dec. 408. quod est uerũ. probat tex. in. c. quamuis. Nam licet: quando mandatur prouideri in aliqua ecclesiarum ciuitatis, uel diœc. in illa materia, quæ est ambitiosa, non comprehendatur ecclesia cathedralis, quòd illa sit unica, quæ potest
169 sub illa appellatione comprehendi: † tamen quando mandatur prouideri in aliqua ecclesiarum prouinciæ, uenit etiam ecclesia cathedra-
170 lis, non obstante ꝙ gratia sit ambitiosa: † quoniam apparet eã esse ampliorem: sed in casu nostro gratia est amplissima: quia non magis

gis arctatur ad prouinciā,quàm ad totū mundum . ergo &c.maxime quia non est par odiū.

Vndecimo quæro.An Episcopus , & legatus possint dispensare super præmissis cū eo qui natus est ex quocunque damnato coitu:
171 †dicēdum est posse:tum quia indistincte datur ista potestas dispensandi cum patiente defectum natalium,per illum tex.in c.j.tum quia ista potestas in quantum residet in uno , & in quantum cōsideratur persona eius:qui alieno peccato affligitur, est late interpretanda, quāuis aliàs deuiet a iure communi,& certo respectu sit stricte intelligenda , ut in d.c.j. de fil. præsbytc.in 6.

Duodecimo quæro. An legatus uel Episcopus possint habilitare spurium ad personatus
172 & dignitates?†glo.& doct. communiter in d.c.j.de fil.præsby.in 6.ꝙ non,per tex. in c.fi. de præb. in 6. ubi mandatum de prouidendo de beneficio simplici,nō includit dignitatem
173 uel personatum.†

Item per tex.in c.dudum, il ij.de elect.& in c.de multa.de præben.ubi curata,& dignitates ac personatus æquiparantur.

Item per tex. in c.j.de fil. præsby. in ant. ubi ad prælationes nullatenus admittuntur.

In contrarium facit:quia potestas ista prout ordinarie residet in Episcopo,& legato, est fauorabilis ut sæpe dixi:sed tex.in d.c.j.generaliter concedit hanc dispensationem Episcopo in beneficijs non curatis.

Non obst.ꝙ personatus,dignitas, & beneficia curata sint æquiparata quoad incompatibi
174 litatē:†quia extra illum casum,quando agitur de persona obtinente unum ex illis, minor sufficientia requiritur in personatu & dignitate non curatis,q̄q̄ possunt per Episcopum dari agenti.xx.annum.c.unico.de ætat. & qualit. in 6.q̄ in curatis,quæ non dantur nisi agenti.
175 xxv.†c.cum in cunctis de elect.

Ad c.j.in quantum dicit ad prelationes,in-
176 tellige de his quæ curam animarū habent,†
177 cogita tamen,quia prima communior.†

Vnum tamen not.ꝙ siue beneficia sint curata,siue non,quando requirerent factum ordine ad quem non potest Episcopus uel legatus dispensare,non poteris etiam super illo dispen
178 sari,†Lap.& alij in d.c.j.

Tertiodecimo quęro.Quid si sit rectoria ad beneficium quod non sit neq; personatus, neque dignitas , neq; habeat curam animarum: an legatus,& Episcopus possint iure ordina-
179 rio dispensare spurium ad illam?†Ioan. An. Arch. Dom.Philip.in d.c.j.tenent posse quāuis aliqui contra ratio:quia cum lex. loquatur de curatis tantum,non includemus non expressa.
180 †c.lex.diuina.in fi.27.q.2.c.iā nunc.28.q.1. c.ubi nā.96.distint. quod est uerissimum , sed nescio quomodo possit esse rectoria,quę non habeat curā animarum,si accipiant eam prout distinguitur a simplicibus beneficijs:tamē de nominibus non est curandum.

Quartodecimo quæro.An possit dispensare ut spurius habeat beneficium curatum ha-
181 bitu,licet non actu?†dependet ab illa quæstione,an beneficia curata habitu tantum inducant incompatibilitatem . uide Abb. Imo. & alios in d.c.de multa.

Decimoquintoquęro.statuto uel dispositione fundatoris cauetur,ꝙ habens certum beneficium,nunquā teneatur facere se promoueri ad ordines sacros,nisi quando ecclesia indigeret missis:an spurius possit habilitari ad illud per Episcopum uel legatum?dic posse: quia at
182 tenditur quod est,non quod esse potest.†l. cum hi.§.fi.ff.de transact.l.j.ff.de in lit.iur.Ita tenent Domi.& doct. in d.c.j. quod facit ad quæstionem præcedentem,quāuis in illa considerari oporteat,an habeat necessario promoueri ad sacerdotium.

Decimosexto quæro.Extat statutum ꝙ nullus illegitimus admittatur ad quodcunque beneficium ēt simplex:an possint dispensari spu
183 rii:†ut supra?Anch.Domi.& alij in d.c.j.distinguunt loquentes de Episcopo : ꝙ si statutum erat confirmatum per Papam, & non po
184 terat,quia confirmatio mutat naturā rei:† c.j.& ij. de confirmat. uti.uel,inut.c.j. & ij.de transact.c.cum contingat.de iur. iur.ego quo ad legatum credo indistincte ut possit habilitare:qm̄ hoc non reperio esse de casibus reseruatis,nec etiam uertitur alicuius præiudiciū.

Decimoseptimo quæro.An legatus in prouincia demādata possit statuere ut omnes spurii censeatur legitimi quo ad simplicia benefi-
185 cia,& ordines minores?†dic non posse:quia esset aperire uiam fornicationibus, & illicitis
186 concubitibus:†cōtra.c.de muliere xv.q.1.c. cū haberet.de eo qui duxit in matr.quam poll. per adul.ita tenet Domin.qui hoc late disputat in d.c.1.in fin.

Decimooctauo quæro. An legatus de iure cōmuni,data necessitate,possit habilitare spurium indistincte ad omnes ordines sacros , &
187 ad beneficia?†quod etiam quæri potest de Ep̄o. Ioannes in summa. de fil. præsby.§. sed notandum.Host.in c.ex tuæ eo.tit.Archi.in c. licet canon.de elect.in 6.Ant.& Io.And. in c. fi.de fil. præsby. tenent legatum hoc posse,et etiam Episcopum,quanuis dicant curiam seruare contrarium.

Oppositum uero tenent Io.Fant.& Domi. qui eum refert in d.c.j. de fil. presb. quia Epi
188 scopus non dispensat in ætate. † c. unico de ætat.& qualita.in 6. Item,quia inhibita est dispensatio per d.c.j.

Ego

Ego uero, omissa quæstione de potestate
epi, ne mihi certandum sit cum stilo curiæ, qui
mutabilis est, dans modo albam, modo nigrã
189 † ut inquit Lap. alleg. 52. Dico Reuerendis-
simum legatum, necessitate, uel utilitate eccle
siæ exigente, id præstare posse, & dixi de utili-
tate: quoniam utilitas & necessitas a pari pro-
190 cedunt. † c. non habenti. & ibi no. Arch. 12.
q. 2. glo. in sum. ea quæst. c. in causis. de re iud.
c. proposuisti. de pręben. Abb. in c. ut super. de
reb. ecc. non alien. Alex. in l. nepos proculo. ff.
de uer. sign. Pro hac igitur opin. uidetur tex. in
c. tali. 7. q. 1. Nã causa necessitatis suspẽdit om
191 nem iuris dispositionem. † l. casus. ubi Bal.
C. de testam. Ideo dicimus: necessitas nõ habet
192 legem, † c. 2. de obseru. ieiun. l. j. C. de oper.
libert. c. quanto. de consuet. c. quod non est. de
reg. iur. in ant. glo. in c. discipulos. de consecr.
distint. 5 glo. in c. quoniam. 48. distint. glo. in
c. unico. in uer. utilitas de cler. non resident. in
6. ad hoc. x. q. 3. c. unio. c. cam te. de ętat. & qua
lit. Ad hoc not. in c. proposuisti. de præben.

Item, quia quando lex uetat aliquid fieri certo loco, uel genere personarum, quod tamen loco habili uel pro personis habilibus fieri uelit, si sit necessitas faciendi, & non sit persona uel locus habilis, admittitur ut fiat cum persona uel loco inhabili. l. fœminæ. ff. de procur. l. aliquando. ff. de offic. procons. c. si subdiaconus. 34. dist. c. 3. de uit. & honest. cleri. ubi quãdo non est subdiaconus, qui cantet epistolam, admittitur accolitus. Ad hoc not. in c. cepit. 24 q. 1. c. mutationes. cum quatuor sequẽtib. 7. q. 1. Quę tradit Bart. in l. diuus. ff. de peti. hæredit. Fely. in c. querelam. de iureiur. in 4. col. Innoc. in c. uenerabilẽ. in 2. col. de elect. Abb. in c. cum in ecclesiæ. de simon. Ecclesiis autem omnino debet prouideri de personis idoneis.
193 † c. ne pro defectu. de elec. c. relatum. de prę
ben. ergo si sit necessitas uel magna utilitas ec
clesiæ, cui aliter prouideri non possit, de spu-
rio erit prouidendũ. Et dico ꝙ aliter prouideri
non potest: quoniam si adesset legitimus æque
idoneus, aliter esset dicendum. l. generaliter. §.
spurios. ff. de decur.

Accedit prædictis, ꝙ in omni dispositione
194 intelligitur excepta publica utilitas. † l. iube
mus. & ibi Bal. C. de sacr. san. eccl. l. si quis in
graui. ff. ad Sillen. Salic. in l. 2. C. de noxal. quã-
uis igitur ista sint prohibita episcopis & lega
tis: intelligitur nisi adsit publica utilitas, quæ
consistit in sacris & sacerdotibus c. ius publi-
cum 1. distinct. Nam ad quid dantur legati
a sede apostolica, nisi ut cunctis prouinciæ
necessitatibus occurrant, & loco apostolicæ
sedis corrigenda corrigant, & aspera in pla-
195 na conuertant, † ut diximus in prin. Quis
igitur negabit, Reuerendissimum Cardina-
lem missum e latere Domini Papæ, utilitate suadente, ratione diuini cultus posse dispensare cum spurio boni nominis.

Ad c. j. de fil. presby. in 6. dic quòd proce-
196 dit † quando dispensatio principaliter fie
ret ob prærogatiuam meritorum. Secus quan
do fieret ob utilitatem uel necessitatem eccle
się. ad hoc. c. uacante. de pręben. iuncto c. maio
ribus, eo. tit. Vide quæ dicemus in materia di-
spensationis.

Decimonono quæro. An spurius ingre-
diens religionem egeat dispensatione ut pos-
197 sit fieri religiosus? † Sol. non eget. d. c. j. de
fil. presb. in 6. c. presbiterorum 56. distint. Ar-
chid. in sum. ea distint.

Vigesimo quæro. An spurius factus reli-
giosus, possit dispensari ad beneficia per lega-
tum? & loquor de religiosis, qui sunt capaces
beneficiorum, ut sunt monaci, & canonici re-
198 gulares, secundnm unam opin. † de qua
in c. quod Dei timorem. de stat. monac. & di-
cam infra in loco suo? Sol. uidetur posse: quo
niam per ingressum religionis fit habilis ad
ordines sacros d. c. j. de fil. presbyt. in anti.
ergo etiam fit habilis ad beneficia curata,
quæ propter hoc dantur. c. cum secundum
de prębend. Item, quia hæc communiter pa-
rificantur d. c. j. in 6. & hæc fuit ratio, per
quam Hostien. tenuit hanc opinionem, pro
qua etiam facit: quia per illum ingressum ui-
detur abolita omnis infamia, & suspitio pater
næ incontinentię.

In contrarium tamen facit text. in d. c. 1. in ant. ubi ita permittitur spuriis profitentibus religionem ordinarii, ut non possint ad prælationem assumi. cum igitur spurius ad duo sit inhabilis, ad ordines, & ad beneficia, quamuis ingressus religionem uideretur non spurius quo ad ordines, tamen remanebit spurius quo ad beneficia, arg. c. ex tuarum. de auth. & usu. pall. ergo in beneficiis remanebit prohibitio, per tex. in d. c. j. in 6.

Immo, si recte aduertatur, maior est ra-
tio non dispensandi cum eo: primo quia
monachus, & ideo incapax beneficii, nisi di-
199 spensetur saltem per episcopum, † ut in
d. c. quod Dei timorem. immo etiam se-
cundum unam opinio. quę hodie commu-
200 nior est, dispensari non potest. † Secun-
do: quia spurius. ergo duo impedimenta
201 sunt efficaciora quàm unum † c. 1. de
treug. & pac. Et hæc opinio est de mente
Anto. Card. & Henr. in c. fin. de fil. pre-
sbyt. & Modern. in summ. 56. distin. Et hoc
uerum.

Ad rationem Host. dic quòd non militat in monacho, qui debet uiuere in claustro.

Vige-

Vigeſimoprimo quæro, ſi legatus uel epiſcopus habens auctoritatem, diſpenſat cū ſpurio ut promoueatur ad ſacerdotium, an cēſeatur
202 diſpenſatus ut habeat beneficiū,† Ant. Card. & alii in d.c.fi.tenent non cenſeri adhoc diſpenſatus, cum diſpenſatio ſit ſtricte intelli
203 genda &c.† Super qua deciſione dubito ꝓpter rationem Hoſt.de d.c.cum ſecundum. niſi diceres quòd prouidebitur de beneficijs nō curatis, ut ex illis uiuat.

Vigeſimoſecūdo quæro. Quidā de ordine mendicantium obtinuit a Papa, ut transiret ad non mendicantes ſine ſpe beneficiorum. legatus noſter habet facultatem diſpenſandi cum non mendicantibus ad duo: iſte translatus ad non mendicantes petebat diſpenſari ad duo,
204 quærebatur an poſſet?† Reſpondi non poſſe: quia licet eſſet factus non mendicās in aliis tamen quoad beneficia erat mendicans, inſpecto tenore gratiæ: unde cum eo non poterat diſpenſari, niſi ut cum mendicante: & allegaui rationes quæſtionis xx.

Vigeſimotertio quæro. Et nūc intro declarationem facultatum Reuer. Cardin. noſtri, An ex ui facultatis hmōi, legatus poſſit legitimare ſpurios? Et uī dicendum non poſſe: nam
205 tenor priuilegij eſt inſpiciēdus† c. porro. de priuil. uerba aūt facultatis ſunt ꝙ poſſit diſpēſare: ergo non poterit legitimare, cum hæc diuerſa ſint, Ant. Et alij in c. per uenerabilē. qui fil. ſint legit. Item cum legitimatio ſit fauora-
206 bilis, & diſpenſatio odioſa† c. 1. & 2. de fil. presbit. aliud erit legitimatio, aliud diſpenſatio: & ꝙ iſta ſint diuerſa, tradit Anch. in conſi. 242. in prin. & in conſi. 428. circa primū. Pau. de Caſtr. conſi. 221. in antiquis. in nouis uero conſi. 30. in pen. col. Et Phil. Corn. conſi. 9. in ulti. col. in 4. uol. & in conſi. 200. in princ. & Ang. in conſi. 244. quando dicit legitimationem factam de aliquo, ut ſuccedat in bonis parentum ſine præiudicio uenientium ab inteſtato, eſſe diſpenſationem non legitimationē:
207 † & ſecundum hoc conſuluit idem Anch. in conſil. 153. ponens quaſi caſum in terminis Doct. hanc diuiſionem faciunt in d. c. 1. de fil. presbit. Item ad hoc facit: quia legitimatus habet ſimpliciter omnia iura quæ habent
208 qui ab initio legitimi nati ſunt.† authen. quib. mo. nat. effic. ſui. §. ſanciendum uer. reliqui. & in §. illud tamen. uerſ. ſi uero plurimis. & uer. adoptionis.

Contrarium uidetur in caſu noſtro: quia iſta diſpenſatio operatur effectum legitimationis quo ad ſucceſſionem & quo ad ſpiri-
209 tualia: † ergo qui habet facultatem hanc, dicitur poſſe dare ius legitimorum, & ſic legitimare: quia intelligentia uerborum ſumitur
210 a, cauſis rerum, non a uerbis † c. intelligentia. de uerbor. ſignifica. Et maxime quia talis facultas, quatenus eſt apud legatum, dicitur fauorabilis & amplianda, ex quo concer-
211 nit ſolius Papæ præiudicium † c. olim. de uerbor. ſignifi. Tradunt Ancha. Imo. Domin. in d. c. 1. de fil. presbit. Dicentes, poteſtatem diſpenſandi conceſſam uni, cuius effectus deriuatur, in tertium eſſe latiſſime interpre-
212 tandam & iudicādam fauorabilem.† Idem tenet Lap. in d. c. fin. eo. tit. & lib. Rom. in l. ij. ff de uerb. obligat. Ant. Abb. in c. at ſi clerici §. de adulteriis. de iudic. Io. And. in c. fina. de uerbor. ſignifi. in 6. not. in c. quod dilecto. de conſan. & affin.

Item: quia omnis legitimatio, præter illam quæ reſultat ex conſequentia matrimonij, di-
213 citur diſpenſatio,† probatur. Diſpenſatio eſt relaxatio rigoris iuris communis, quæ fit
214 per habentem auctoritatem cum cauſa,† not. in c. ut conſtitueretur 50. diſtinc. per Specu. in tit. de diſpenſ. Sed extra illum caſum nō datur legitimatio, quin fiat a principe per reſcriptum, ut patet in auct. quib. mo. nat. effic. ſui. & in auct. quib. mo. nat. effic. legit. Ergo legitimatio & diſpenſatio ad effectus legitimi, ſunt ſinonima.

Et dico quòd tanto magis eſt diſpenſatio, & ſic rigoris iuris relaxatio, quanto generalior: & ad plura ſe extendit, ſicque generaliter diſpenſatus ad beneficia & ſucceſſiones, dicetur magis ꝓpriè diſpenſatus, ꝙ ille qui diſpēſatur, & ſic legitimatur ad beneficia tantum: quoniam proprietas in termino augetur & minuitur ſecundum maiorem & minorem acceſſum, ad effectum, ad quem peculiariter
215 deſignandum inuentus eſt terminus † per ea quæ tradit Bald. in l. ſi tibi ff. ſi cert. pet. Vnde, quamuis ſpecies non ſuſcipiant magis & minus. l. fin. ff. de fund. inſtr. & inſtr. leg. tamen quadam ratione homo ualens ratione, & intellectu, dicetur magis homo, eo quia eſt ru
216 dis mineruæ, & craſſi intellectus. †

Rurſus, probatur hoc ineuitabiliter ex text. in cap. per uenerabilem. qui fil. ſint legit. ubi dicitur quòd quibuſdam cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitime natis, non naturalibus tantum, ſed etiam adulterinis diſpenſauit, & ſubdit ſic ad actus ſpirituales illos legitimans, ut poſſint in epiſcopos promoueri. Ergo eſt ibi expreſſum quòd Papa diſpenſans ad actus ſpirituales, dicitur
217 legitimare: † & paulo infra uideretur monſtruoſum, ut qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſeculares actus illegitimus remaneret. unde cum in ſpiritualibus diſpenſetur, conſequenter in temporalibus diſpenſatum intelligitur. Illa igitur uerba: unde cum in ſpiritualibus

diſpen-

dispensetur, &c. referuntur ad illa uerba,
ut qui legitimus ad spiritnales actiones, &c.
alias illatio non esset bona. Item inferius, si-
cut cum filiis regis eiusdem, sic cum tuis cre-
debatur de benignitate apostolica dispensan-
dum:& tamen in princ. dicitur quòd ille nobi
lis petiit a Papa, ut filios suos legitimationis
titulo decorare dignaretur. Ille ergo nobilis
uolens petitionem legitimationis a Papa ob-
tinere, ratiocinabatur in hunc modum. tu di-
spensasti cum filio regis non obstante &c. er-
go potes etiam legitimationis tit. decorare fi-
lium meum: quia si ego non sum tibi subdi-
tus in temporalibus, nec etiam ille. ergo ibi
aperte ostenditur quòd dispensare, & legitima
re, est idem.

Item, aut tu uis quòd ista: quam tu legitima
tionem uocas, sit simpliciter absterfiua omnis
218 maculæ, †aut non. si primo, nec imperator
hoc potest, cum nõ habeat super matrimonio,
unde macula hæc oritur, autoritatem: & quia
legitimatus ab eo non est aptus ad spiritualia,
nisi quatenus per ecclesiasticum dispensatur,
ut communiter tenetur in d.c. per uenerabilẽ.
nam si macula esset sublata, utiq; nihil impedi
ret quin & ad spiritualia esset habilis: quia ces
sante causa &c. Dicendum ergo quòd istæ legi
timationes, quæ fiunt per Papam, Imperatorẽ,
& alios habentes autoritatem, sunt dispensa-
tiones, & relaxationes rigoris iuris in fauorem
personæ legitimatę, in tantum ampliandę, in
quantum se extendit legitimantis autoritas,
219 †quod est de mente Hostien. & Io. An. in d.
c. per uenerabilem.

Ad quęstionem autem nostram redeuntes,
Concludimus quòd legatus, qui habet similẽ
autoritatem, potest legitimare, & restituere pri
meuę naturæ, & uti quibuscunque uerbis, ut li
bet: & eius legitimationis effectus erit, ut pos
sit ea, quæ per facultates conceduntur.

Et tunc in consequentiam, iste taliter legi-
timatus a legato, censebitur legitimatus etiã
quo ad omnia alia temporalia personæ adhesi
220 bilia, & alteri non præiudicabilia, † quale
est testificari, esse iudex &c. ut per Innoc. in d.
c. per uenerabilem: loquentem tantũ in legiti
matione Papæ respectu terrarum imperii. Itẽ
habebit ius successionis, de quo dicã inferius,
intellige in terris ecclesiæ, non autem imperii,
secundum Doct. in d.c. per uenerabilem. uide
Rot. in decis. loquentem de Papa.

Ad id quod dicitur, legitimatos habere om
nia iura quæ habent illi, qui ab initio liberi &
legitimi nati sunt. Respon. procedere in quan
tum se extẽdit facultas legitimantis, gl. in d.c.
221 per uenerabilem. & glo. in c. lege. x. dist. in. †
Ex quibus infero, quòd etiam episcopi pote
runt restituere ad hæc iura naturæ, pro illis
consequendis, super quibus ipsi dispensare pos
sunt.

Item infero, quòd neque per Papam, neque
per Imperatorem legitimati dicuntur uere le-
222 gitimi. i. legitime nati: †cum id tantum con
tingat ubi adest matrimonium legitimum. Et
Papa uel imperator non possit autoritate sua
223 facere, ut facta non sint, uel sint: † quamuis
Papa influendo in radicem matrimonii, multa
possit, quæ non possit imperator, ut quando
dispensaret super matrimonio contrahẽdo in
ter eos, qui aliàs iure positiuo contraherent
nuptias incestas, & procrearent illegitimos, ut
per Io. And. & alios ubi supra.

Solo uno casu efficiuntur legitimi proprie,
qui nati sunt illegitimi: scilicet quando quis
cõtrahit cũ illa, ex qua fornicãdo habuit filios:
nam ipso iure talis legitimatio nascitur, tã de
224 iure canonico. † ut in c. 1. c. tanta. qui fil. sint
legit. quàm de iure ciuili, quamuis insolenni-
tatibus uarient. l. cum quis. l. nuper. C. de nat.
lib. Instit. de nupt. §. ult. & de her. quæ ab in-
test. defer. §. nec non, & in auth. qui mo. nat. ef
fic. sui §. si quis dotalia. isti sunt illi qui in nul-
lo ab his qui uere legitimi nati sunt, differunt,
cum succedant etiam in feudo secundum com
225 muniorem opinionem: † de qua per Abb. in
d.c. tanta. & quòd sola ista sit proprie legitima
tio, tenuit Host. in c. quia circa. de cõsangu. &
affinit. Et Io. And. in c. lator. qui fil. sint legit.
Henr. in d.c. per uenerabilem. Dicentes om-
nem aliam legitimationem esse odiosam: ideo
debere fieri cum causa: hanc autem fauorabilẽ.
quia facto insurgit.

Adde, quòd omnes doct. conueniunt in hãc
sententiam, quòd natus ex ea, cum qua non po
tuisset esse matrimonium, numquàm posset ue
226 re legitimari. † Ant. in d.c. per uenerabilem.
Pau. de Cast. in d. consi. 221. Alex. in consi. 11.
in 1. uol. col. 8. & consi. 87. eo. uol. Franc. de
Cur. consi. 73. in 3. dub. Et ita refert Pau. de Ca
str. in d. consi. 221. fuisse consultum per colle-
gium bononiense.

Fuerunt tamen multi, qui dubitarũt in hoc
casu, An qui legitimatur per subsequens ma-
227 trimonium, sit uere uel ficte legitimus? † Et
uidetur dicendum quod uere. Nam licet in c.
tanta, dicatur quòd pro legitimis habeantur:
tamen ex quo esse legitimum uel illegitimum
dependet a lege, uerbum, haberi, importat ue-
228 ritatem † secundum Gasp. & Abb. in c. tanta
Ant. in d.c. per uenerabilem. Bar. in l. si is qui
pro emptore ff. de usucap. & in l. si maritus. ff.
de adult. Dicens paria esse, quòd statutum ue-
lit aliquem esse ciuem, uel haberi pro ciue.
229 † cum igitur lex possit facere legitimum ue
re, non est dicendum quòd uoluerit fingere;
Ant. in d.c. tanta. tenuit istum esse fictum legi
timum

timum: & ideo non comprehendi a statutis lo
quentibus de legitimis. Abb. reprehendit An
to. per præmissa.
Sed potest saluari: quia si dicamus. i. legiti
me natus, semper erit uerum dicere istū haud
legitime natum: & sic quo ad tempus natiuita
tis erit ficte legitimus: inspecto uero præsenti
tempore, dicitur uere legitimus, & sic ut de p̄
senti comprehendetur a statuto, non quo ad
actus præteritos.
Et ꝙ dicimus matrimonium subsequens le
gitimare antea natos, habet locum quando tē
pore natiuitatis mater potuit esse uxor: aliàs
230 non, secundum Abb. ibi.
Et dubitari solet, quid in casu conuerso quā
do a principio ualebat matrimonium, & post
modum superuenit casus, in quo non potuit
habere uxorem: ut quia clericus in minoribus
cōtraxit matrimoniū, & postea promotus est
ad sacros ordines, & suscepit filios: an illi fauo
231 re pcedentis matrimonij sint legitimi? †Cō
munior opi. ꝙ illi filij sint illegitimi, nisi tales
ordines, inuita aut ignorante uxore, acceperit,
232 †Host. in summ. de fil. presb. §. quis possit
dispensare. uer. quid si sacerdos.
Pro concordia tamen doct. qui primo loco
allegati sunt, posses dicere, ꝙ ista dispensatio ē
duplex: generalis, quæ est quādo aliquis gene-
raliter dispensatur ad beneficia & successores:
aliqua particularis, quando dispensatur ad cer
233 ta beneficia uel certos ordines. †prima est il
la, quę uocatur legitimatio: quia tota innititur
gratiæ: alia uero stet in generali nomine dispē
234 sationis: †ꝙ uidetur de mēte Abb. in c. at si
clerici. §. de adulteriis. de iudi. quasi uelint istā
generalē uelut innitentem uerę gratiæ, esse be
neficium principis, in quo fit lata interpreta-
235 tio, c. dilecti. de dona. Aliā uero odiosā: †qđ
non puto uerum simpliciter, quando fit ex de
bito pro persona idonea †per ea quæ dixi supra
in quæst. 3.
Sed contra ista ualde urget tex. in d. c. 1. de
fil. presb. ubi dispensatio facta de spurio ad be
neficiū, restringitur ad primum beneficium:
quod secus esset in legitimato &c.
Ad illum tex. est responsum supra, ꝙ loqui-
tur in dispensatione Papæ facta sine causa: quę
quia non debita, dicitur exorbitare a iure cōi,
237 †ut dixi in d. q. 3, & tenet Egid. decis. 362.
Vel Respon. ꝙ dispensatio non restringitur in
eo, ꝙ spurius non possit habere nisi primū be
neficium, sed in eo ꝙ non possit habere nisi
unum: quia pluralitas beneficiorū est odiosa,
238 etiam si non sint incompatibilia †c. cum sin
gula. de præbendis: & diximus supra late. unde
ex quo uerba dispensationis erant concepta,
239 †ut posset habere beneficium etiam cū cu-
ra, uidebantur aliqui argumentari ꝙ posset ha
bere unum cum cura, propter dispensationem
Papę, & aliud sine cura: qđ potest per epum da
ri. d. c. 1. Illa ergo gratia, in quantum concerne
bat beneficium, est exorbitans, & restringen-
da, ēt in legitimo: sed ꝙ dimisso primo benefi-
cio, spurius dispensatus non possit habere secū
dum, hoc ibi non probatur, & hæc est uera sol.
ad illum tex. quanuis Egid. in cons. 32. & in de
cis. ult. nitatur ostendere ꝙ debeat intelligi de
primo beneficio, arguendo ꝙ illa decisio esset
de indubitabili. Nam immo erat satis dubita-
bilis per præmissa: & ad illud, quod dicūt, impe
240 dimentū illegitimitatis semp remanere. †iō
cum dispensatio seu gratia sit consumpta in
primo beneficio. l. boues. §. hoc sermone. ff. de
uerbo. signi. c. non potest. de præben. in 6. Illo
amisso, remanebit inhabilis: quoniam immo p
istam dispensationem, persona huius efficitur
habilis ad beneficium: & beneficium habilita-
tionis fundatum in persona eius, uiuit cum p
sona, ut in reg. priuilegium. Ad c. non potest.
dic ꝙ procedit ex odio pluralitatis beneficio-
rum. unde intellectus Io. Mon. & Io. And. ad il
lum tex. est benignior, & uerior: uide tamen
aliam decis. in no. 339. quæ tenet similiter opi.
Arch. esse magis communem & approbatam,
& Egid. decis. 756.
Ex his infertur ad quæstionē, si dispensatus
ad beneficium curatum quod obtinuit, permu
tat illud cum alio simili? an possit illud tenere:
241 †Et dicendum posse per permissa. Quod ēt
placuit Io. Mon. Io. An. & Domi. in d. c. 1. nisi
dispensatio esset facta super certo beneficio vt
ibi per Domin. secūdum ꝙ potest intelligi ꝙ
tradūt domini de Rot. decis. 339. & 756. quod
nescio si reciperetur. quoniam
Oppositum tenuit Arch. in d. c. j. dicens Bo
nifacium ita pronunciasse: quia gratia sortita
est effectum in primo beneficio. c. non potest
de præb. in 6. Tenē tamen primam. ad c. non
potest. dic illud esse propter odium ambitiosę
dispensationis ad duo, ut per glo. ibi.
Vigesimo quarto quæro. An possit legatus
tenore huiusmodi facultatis legitimare spu-
rios ex quocūque damnato coitu procreatos?
242 † Dic posse. ita uerba sunt ampla, & late
interpretanda, per ea quæ multoties repetita
sunt. Vnde non oportet intrare illam difficul
tatem, de qua per Ant. & alios in d. c. per uene
rabilem. & per doct. in l. gallus. §. & quid si tan
tum. ff. de libe. & posthu. An scilicet possit le-
gitimare eos, qui nati sunt ex adulte. & incestu:
& sic, an sub simplici comprehendatur mixtū:
de quo etiam per docto. in c. at si clerici. §. de
adulteriis. de iudic. & in l. 2. ff. de uerbo. oblig.
ubi uidebis Alciatum repetentē illam. l. & di-
centem spurios non ideo dici quòd sint extra
243 puritatem matrimonij † ut no. in authen.

Qui. mo.nat.effi.sui.§. fi. & Bar. in l.fin.ff. de
his qui,ut iudicum.immo dicantur a græca uo-
ce sporaden, quod significat passim & uulgo
conceptos. ideo nati extra puritatem matrimo
244 nii ex concubina,non dicentur Spurii,† ad
quod facit:quia in §.si aduersus. insti. de nup.
dicitur quòd nati ex nuptiis prohibitis, quo
245 ad patris potestatem sunt similes Spuriis.†
ergo non ipsi Spurii. quòd nullus simile sit
246 idem.†l.quod nerua.ff.de pos. con. lex ali-
quos naturales aliquos spurios aliquos ince-
247 stuosos uocet.†Sed tu saluãdo gl.in d. autẽ.
dic procedere, ex communi acceptione magi-
strorũ:quãuis aliàs proprie loquendo incestuo
sus naturalis,nõ sit Spurius:quare errauit glo.
in c.nisi.cũ pridem.in uer.manceres.de renun.
affirmans Spurium proprie esse eũ qui ex cõ-
cubina nasceretur, enumerando alias species
248 illegitimorum.†

Vigesimoquinto quæro. An possit legiti-
249 mare quoad successiones: †dic aut est lega
tus in terris non subditis ecclesiæ,& non po-
250 test:†quia nec id potest Papa secundum cõ
251 muniorem opin. † de qua per Abb. in d.c.
per uenerabilem in 5. col. dicens eam seruari
252 in pratica:†quã opin. sequitur Raph. Fulg.
in consi.72.incip.præsupposita bulla Aposto.
lica. quã opin. in præsentiarum sequor, quã-
uis alia sit ualde rationabilis:aut sumus in ter-
ris ecclesiæ,& dicendum posse,quanuis id mi-
nus expressum uideatur. nam potest comites
palatinos cum facultate dispensandi ad istum
effectum creare. quare ergo ipse non poterit?
quia si uinco &c. l. de accessionibus.ff. de di-
uers. & temp. præscr.nam nemo dat alii &c.
c.quod autem.de iur.patro.

Vigesimosexto quæro. An spurius dispen-
satus uigore istarum facultatum in impetran-
dis alijs gratiis, teneatur facere mentionem
de spurietate abolita, si non fuit expresse di-
253 spensatus super hoc? †uidetur quòd non:
quia si non indulgetur hoc expressè,remane-
mus in term.c.ij. de fil.præsby.in 6.tamen ui-
de Ioan.An.quem sequitur Collect. in c.fin.
eod. titulo.in ant.tenentem contrarium: quia
impedimentum huiusmodi est sublatum. Et
ad c.ij.Respon.procedere quando quis uellet
impetrare plura beneficia,ad quæ non fuerat
dispensatus.dic ergo:aut uult impetrare unum
beneficium, ad quod dispensatus est, & po-
test sine alia expressione : aut alia,ad quæ non
254 est dispensatus,†& tenetur, nisi esset sim-
pliciter legitimatus.

Vigesimoseptimo quæro. An isti comi-
tes palatini creati per habentem hanc faculta-
tem possint legitimare, & restituere naturæ,
255 †quãtum ad eam facultatem quam habent?
Dic posse,per ea quę diximus in superioribus.
Quod etiam firmat Anch.consi.153.& Ang.
consi.264.Pau.de Cast.consi.221. super pun-
cto isto,in ant.col.3.

Vigesimooctauo quæro.Quidam impetra-
uit a Papa uocando se eius familiarem cum nõ
esset:& non obstante defectu natalium obtine
ret certum beneficium:quæ gratia ex eo quòd
falso se familiarem dixit,reddita est subrepti-
tia. successiue ergo impetrauit confirmatio-
nes dictę dispensationis in forma perinde uale
re, exprimendo se in prima gratia dixisse fal-
sum: tamen tacuit de defectu nataliũ. An ua-
leat hæc noua gratia? D. Gemin. de Prato, in
suo repertorio decisiuo, dicit hanc quæstio-
nem fuisse pendentẽ in Rot. tempore suo, &
nihil determinat.
256 Videtur primo gratiam subreptitiam: quo
niam quando confirmatur, uel ualidatur illa
gratia, quæ primo non ualebat, dicitur noua
257 gratia:† nam ubicunq; acquiritur ius, uel
258 augetur gratia,dicitũ noua,†Glo.in.c.si apo
stolicæ;in uer.præferri.de præb.li.6. Hic autẽ
acquiritur:quia gratia,quæ primo propter sub
reptionem non erat,nunc esse incipit:ergo no
ua.si noua,debet fieri mentio de qualitatibus:
sicut si nulla alia esset impetrata, ut per Glo.
in d.c.si apostolicæ.Et tenet Rot.in deci.238.
in no.quæ loquitur de eo,qui impetrat in for-
ma,si neutri.Regulam illius glo. Admittũt, &
in curia obseruari dicunt,Arch.in.c. si motu p
prio.de præb.in.6.Io.An.Dom.& Phil.in.d.c.
si apostolicæ,& in.c. cũ aliquibus.de rescr.eo.
li.Pau.in clem.fin.de offic.ordin.

Ego credo contrarium: quia ex quo Papa
confirmat primam gratiam,& uult eam perin
de ualere, ac si ab initio nihil fuisset expres-
sum de familiaritate. Tenor illius gratiæ
cum omnibus qualitatibus suis dicitur in-
esse huic confirmationi : siue uelis eam esse
per nouam gratiam: siue eandem, secundum
ea, quæ tradit Bart. in.l. j. ff. de recept. Et in
l.j.uersus fin.ff.fam.herc.Dicens, quòd dictio
perinde refert ea,inter quæ ponitur cum om-
nibus qualitatibus suis, etiam in pœnalibus,
ubi stricta sit interpretatio: & omnis uirtus
huius nouæ gratiæ accumulatur primæ:cense-
turque omnino eadem gratia, non diuersa,
quando apponitur tale uerbum. Bal.in.l.sed
si lege.§.perinde.ff.de pet. hæred. ad hæc text.
in.l.ubi autem.§.illud.ff.de uer.oblig.l. fin. C.
de sent.quæ fin.cert.quant. per quæ iura con-
stat illud dici certum, quod per relationem ad
258 aliud certificari potest.†

Ad hanc partem facit in simili decis. Rotæ
274.in no. quæ dicit in subrogatione impetra
ta ab aliquo super beneficio, quod impetraue
rat tãquã uacans per obitũ, nõ sunt repetẽdæ
qualitatęs expressę in prima gratia,cũ cẽseatur

hæc reformatio primæ gratiæ, in qua non est
necesse exprimere beneficia antea expressa, se-
cundum ordinationem Gregorii.xi. etiã quia
narratur prima, ad quam est recurrendum.

Ad reg.glo.& Ioan.And. dic quòd in casu
nostro non est augumentum neque conser-
uatio gratiæ, quæ esset peritura, sed est præci-
se reformatio primæ gratiæ: uel dic, quòd sa-
tis dicuntur expressè qualitates per relationẽ
ad illam.d.l.ubi autem.

Vigesimonono quæro. In quantum dicit
facultas, & si de nobili genere procreati fue-
rint, quis dicitur esse de nobili genere ad hunc
effectum, ut possit per legatum ad maiores di
gnitates promoueri? dicendum uidetur illos
solum nobiles, qui sunt moribus, & uirtutibus
259 ornati: † quia nobilitas sanguinis est ster-
260 cus, † secundum Hosti. in c. uenerabilis. de
præben. Genes. in extrauagan. Io.xxii. in uer.
generis claritatem. unde Ioan.And. in d.c.ue-
nerabilis. ponit hos uersus.
» *Nobilitas sola est animum, quæ moribus ornat.*
» *Nobilitas hominis mens est deitatis imago.*
» *Nobilitas hominis uirtutum est clara propago.*
» *Nobilitas hominis humilem releuare iacentem.*
» *Nobilitas hominis mentem freuare furentem.*
» *Nobilitas hominis nisi turpia nulla timere.*
» *Nobilitas hominis naturæ iura tenere.*

Hac de causa, Saul de post asinas in regem
261 assumptus est, † habetur primo reg.ca. 9. &
» *Dauid de post fetantes eod.lib.c.x. & Tullius*
262 *contra Sallust.* † *inquit: sanctius est me meis*
» *gestis florere, quàm maiorum opin.niti, & ita ui-*
» *uere, ut sim posteritati meæ nobilitatis initium.*
263 Vnde Iuuen. † in Saty. stemmata q.f. mise-
rum est aliorum incumbere famę: & aliàs pro
pter ingenii excellentiam Vlp. dicitur nobi-
264 lis, † l.ij §.amplius, & ibi Bart.ff. de excus.
265 tut. sciẽtia enim nobilitat. † glo. in c. de mul
ta. de præben. & Hieronymus ad Gelantiam:
summa apud Deum nobilitas clarum esse uir
tutibus. ideo tex. in c. uenerabilis. loquitur in
hæc uerba.
» *Nos igitur attendentes, quòd non generis, sed*
» *uirtutum nobilitas, uitæque honestas gratum Deo*
» *faciunt, & Idonæum seruitorem, ad cuius regimẽ*
» *non multos secundum carnem nobiles, & poten-*
» *tes elegit, sed ignobiles, & pauperes. ad hoc. 32.*
» *q.4.§.his ita.*

Vnde Hierony. cõtra sophistas seculi, ac no
biles, Petrus piscator mittitur, & legitur in cro
nicis, ꝙ cum esset contentio de Papatu inter
nobilem, & ignobilem, illo nobili ad uictoriã
auorũ, & proauorum famosas imagines iactã
ti responsum est, successorem quærimus pisca
266 tori, non Cæsari, † glo. in c. quoniam uetus.
23.q.1. Bern. ad hoc licet magna, & diuina pla
nè fuerint miracula, q̃ Dominus gessit in ter-
ris: hoc tamen super omnia alia enituit, ꝙ pau
cis simplicibus, & pauperibus totum mundũ
267 & eius altitudinem sibi subiugauit. † unde
dicit Anan. in c.j. de infant. expo. ꝙ expositi
268 promoueri possunt. † de quo per Feli. in c.
cum deputati. de iudi.

ſaria ſunt,& ſuppleri per homines nõ poſſunt §.ſed naturalia.Inſtit.de iur.nat.gent. & ci. & quoad religionem, eſt beneficium profitẽtis, quod ei auferri non debet. quo ad teſtamentũ eſt præiudicium ſuccedentium ab inteſtato. & his caſibus dubitarem etiã de poteſtate Papæ,niſi in caſibus ubi malitia suppleret ętatẽ.

Conc.ſecunda.Legatus,& Epiſcopus diſpẽſant cum eo qui agit.xx.annum, ut teneat di-
442 gnitates, & perſonatus ſine cura.†c.j. de temp.ordi.in 6.

Concl.tertia. Legatus diſpenſat cum maio-
443 re ſeptennio ut fiat canonicus:† quoniam talis diſpenſatio eſt a iure permiſſa etiam epi-
444 ſcopo.†ita intelligo.c.ex eo.& quę ibi doct.

Concl.quarta.Legatus nõ poteſt diſpenſare cum minore.xxv. annis,ut fiat præsbyter.
445 xx. ut fiat diaconus.xviij. ut ſubdiaconus.† cle.Generalem.de æta.& qual.

Fallit,quando ſubeſſet neceſſitas eccleſiæ, ut quia indigeret miniſtris, nec facile aliter cõ-
446 ſuli poſſet:†tunc legatus, & etiam Epiſcopus diſpenſabit ſuper iſta ætate:dummodo nõ ſint adeo iuuenes, cum quibus diſpenſatur,
447 ut fiant ludibrio.†c. uel non eſt. de temp. ordi. & ratio eſt:quia neceſſitas,& utilitas ec-
448 cleſiæ faciunt non licitũ,licitũ,†cũ iſta duo æquiparentur.xii.q.2.in ſum. per Inno.in c.cũ omnes.de conſti.per Feli. in c. cũ acceſſiſſent. col.9.& x.de conſtit.c. querelam. in fi.de iur. iur.dicam in materia diſpenſationis.

Et iſta prohibitio de non promouendo antẽ tempus,non eſt adeo grauis,ut ita promotus ante tempus ſit ſuſpenſus:ſed tãtum, quia ob temeritatem uenit ſuſpendendus:ut per Car.in cle.Generalem.in 5.q. & in c. uel non eſt.Vnde non eſſet inconueniens dicere, ꝙ ẽt ne dum legatus poſſit diſpenſare ſuper ætate, quando promouenda eſſet perſona, quæ aſpectu,& moribus ac literis eſſet digna ordine. quod exiſtimo uerum.

Conc. quinta. Ex cauſa neceſſitatis, uel utilitatis eccleſiæ poterunt legatus,& Epiſcopus diſpenſare,ut minor.xxv. annis habeat beneficium,aut duas dignitates in eadem eccleſia.
449 †Rot.deciſ.29.in ant.Archi.in c.j. de conſuetu.in 6.in hoc aduertendum ꝙ

Olim, ſi Epiſcopi cõferebant eccleſias pueris,& minoribus,ualebat collatio: ſed interim committebatur cura perſonis idoneis,ſed deinde fuit inhibitum Epiſcopis per generale con-
450 cilium.†c.ratione.de æta. & qual. ideo forſan aliud dicendum in legato:tamen quando cauſa ſubeſt,res eſt clara.

At dubitatur in hac materia ætatis: an legatus poſſit committere cauſas canonico mino-
451 ri.xx.annis?†

Et dicendum non poſſe,ſecundum gloſ. in c.ſtatutum.in uerſ.canonicis.de reſc.in 6. quo-
452 niam hoc eſt priuilegium Papæ.†c.cum xx. de offi.del.& nullus inferior a principe poteſt
453 iura immutare.†cle.ne Romani.de elect. neq; eſt credendum,ꝙ.c.ſtatutum.corrigat.c. cum.xx.ar.c. cum expediat.de elect.

In legato tamen poſſet attentari contrariũ, ex quo ille committit cauſas iure principis,
454 †ut in d.c. ſtatutum.unde cum.c.ſtatutum: quod reduxit iſtam materiam ad ſuam formã, indiſtincte loquitur, hoc non erit denegatum legato,ut committat illi qui exceſſit annos diſcretionis.quo autem ad minorem 14. annis.
455 indubio teneo ꝙ non poſſit:† quia dubita-
456 tur ẽt de Papa hoc caſu,† ut per Abb. in d. c.cum xx.Et hæc procedunt:quia iſte caſus nõ reperitur reſeruatus.in c. quod tranſlationem de offi. leg.

Legatus cõmittit cauſas iure principis.

Dubitatur an Papa poſſit committere cãs minori.14. annis.

Nunc: an poſſit diſpenſare ſuper defectu
457 ſcientiæ cum promouendis?† Sol. diſpenſari poſſunt quando ſunt dociles.i.apti ad diſcẽdum:ſicut etiam Epiſcopus diſpenſat,ſecundũ Abb.in c.cum in cunctis.in princ. col.2.de elect.aliàs autem cum illiteratis, & indocilibus
458 non poterit diſpenſari, † propterea quòd licet illiteratus recipiat characterem ordinis,ut concludunt doct.in c.fi.de temp.ordi. in vi.tamen ſunt monſtra, & opprobrium in eccleſia
459 Dei.†

Quæ uero ſit illa ſcientia,quæ hodie requiritur in Epiſcopis,Abbatibus,præsbyteris,nõ facile explicari poteſt,ſi quidem pro qualitate locorum, & perſonarum, quæ regendæ ſunt,
460 maior,& minor requiritur,†ſecundum Inno.Hoſt.Abb.& alios. in d.c. cum in cunctis. ponitur tamẽ quędam Theorica communiter approbata per Inno.ibi. ꝙ ſcientia eſt triplex,
461 eminens,mediocris,& ſufficiens.† quam di-
462 ſtin.impugnat Deci.ibi;†c.propterea ꝙ nõ reperiatur qui ſine reuolutione cartarum poſſit ad omnia rite,& recte reſpondere.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

X LIBER

LIBER OCTAVVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 De potestate legati de latere in iudicialibus.
2 De statutis condendis.
3 De excommunicatis absoluendis.
4 Indulgentijs dandis.
5 Deq́ue potestate legati in religiosos & exemptos.
6 Legatum de latere in Prouincia sibi decreta, iudicem ordinarium esse.
7 Legato causas omnes, etiam per uiam quærelæ cognoscere permissum.
8 Legato causas delegare in totum uel in parte, sicut cæteris ordinarijs permissum esse.
9 In causis ad legatum deuoluendis appellationem minus necessariam esse.
10 Communi & ueriori sententia ita receptum.
11 Andreæ Siculi sententia in contrarium non obstante, & quam etiam auctor improbat.
12 Legatum tanquam omnium ordinarium ab omnibus adiri posse.
13 Limitatio ad idem si quando causa coram ordinario iam esset introducta, cum præuentio legatum excludat.
14 Rescriptum si quod prius legato uel ordinario præsentatum sit, attenden.
15 Legato si quando permissum auocare causas coram ordinario primitus inceptas.
16 Superiorem ab inferiore causam non auocare, nisi in casu, si ab eo iurisdictionem habuerit.
17 Legatum de causis coram alijs pendentibus non nisi per uiam appellationis impedire.
18 Ordinario, causam in qua minor ordinarius præuenerit, auocare non permißum.
19 Limitatio ad idem.
20 Legatum, merum, & mixtum Imperium in subditos, ac omnimodam iurisdictionem competere.
21 Legatum subditos iudicare, corrigere, punire, excommunicare, incarcerare, reponere, & degradare, suspendere & interdicere posse.
22 Merum & mixtum imperium quid sit remißiuè.
23 Episcopos deponere soli Papæ reseruatum.
24 Legato non deponendi episcopus facultatem competere, sed deponendum fore pronuntiandi.
25 Deponere, & quempiam deponendum pronuntiari, aliud esse, prout de libero & liberando dici consueuit.
26 Legato episcopum incarcerare, proceßum contra eundem formare, & ad Papam transmittere permißum.
27 Pronuntiandi facultatem sine potestate exequendi, inutilem reputari, cum executio eidem permissa sit, qui & pronunciasse dicitur.
28 Executionem imperij auctorizatiuam, pronuntiationem uero iurisdictionis esse.
29 Papam ad exequendam legati pronunciationem non arctari.
30 Legato, si de causa episcopatus contentiosi inter duos cognoscere permißum sit.
31 Metropolitano quoque idem permissum censeri.
32 Legatus si quando causas, appellatione remota, committere possit.
Ampliatio ad idem.
Limitatio.
33 Appellationem in criminalibus non admittendam.
34 Casus in quibus non appellatur remißiue.
35 Appellatio si quando per statutum tolli possit.
36 Legatus si possit remouere appellationem.
37 Commißione causæ, appellatione remota, ad friuolam tantum extendi.
38 Clausulæ, appellatione remota, effectus remißiue.
39 Appellatio quòd sit ordo à iure inuentus, qui per legatum tolli nequeat.
40 Legato si quando permissum incipere à uia executiua, & à præcepto.
41 Præcepta sine causæ cognitione funditus nulla reputari.
42 Clausulæ iustificatoriæ, quæ nam insit uis & effectus.
43 Ab executione non incipiendum.
44 Auctoris opinio super effectu clausulæ iustificatoriæ.
45 Practica quid obseruet in materia dictæ clausulæ iustificatoriæ.
46 Præceptum sine causæ cognitione emanatum, nullum eße, siquando simus in his, in quibus ordinariè procedendum sit.
47 Iudicis partes non esse in peruertendo indiciarium ordinem.
48 Ordinem iudiciarium si peruerti contingat, iniuriam parti, & ius tertij auferri.
49 Legatus siquando posit committere causas summariè simpliciter &c.

50 Ex

50 Ex processu ius parti acquiri, quòd per legatum auferri non possit.

51 Ordinem iudiciarium tollere si quando legato in uim suarum constitutionum desuper aditarum permissum sit.

52 Legatus si quando canonico minori xx. annis cõmittere possit remissiue.

53 Canonico supra numerario, legatum causas committere.

54 Legato si quando ante ingressum prouinciæ causas committere possit.

55 Quodque committere eidem permissum sit, non autem iudicem compellere.

56 Commissionem causæ cognitioni non subiectam.

57 Iudex, si quando antequam prouinciam ingrediatur iurisdictionem exercere possit.

58 Item si in prouincia existens, citationem extra Prouinciam decernere possit.

59 Legatus duarum prouinciarum, si causas unius Prouinciæ ut cognoscantur in alia ultra duas dietas committere possit.

60 Neminem in iudicium extra prouinciam ab alio quam à Papa trahendum esse.

61 Dietas ad id inductas, ne quis trahatur ad litigandum extra Prouinciam etiam per quodcunque spacium.

62 Papæ & legati quòd eadem sit æquiparatio per modum regulæ in commissionibus Papæ.
Ampliatio ad idem.

63 Intellectus c. statutum. de rescr. in 6. discutitur.

64 Legatum in prouinciæ tantum dari: nec eidem iurisdictionem in aliena exercere permissum uidetur.

65 Duas legationes quandoque unam tantum reputari.

66 Statutum de duabus dietis in commissionibus legati, non minus quàm in commissionibus Papæ attendi debere.

67 Dietam uigintimilia passuum continere secundum uiam scilicet attenta mensura, per quam inconsueuit.

68 Mensuram distantiæ locorum, uario modo considerabilem esse.

69 Legatus si quando possit committere causas prophanas non habentibus qualitates requisitas in d. c. statutum.

70 Personam uilem, uel ignorantem tenere uicem Papæ uel legati, incogruum esse.

71 Causas prophanas, non minus laicis doctis, quã clericis committendas esse.

72 Causam spiritualem laicis etiam ex certa scientia delegari non posse.

73 Legatus in committendo si quando det iudices ad petitionem partis, in quo stilum curiæ attendere debet.

74 Legatus si in commissionibus uti possit clausula non obstante, uel pro expressis habentes.

75 Legato si competat ius reuocandi Domum.

76 Limitatio ad idem si quando legationem affectasset.

77 Item limitatur, si quando durante legatione contraxisset.

78 Legatus si quando cognoscat de causis religiosorum, quibus competit priuilegium ne possint conueniri uirtute literarum apostolicarũ, non facta mentione de eorum ordine.

79 Religiosi in casu præmisso, si quando conueniri possint à delegato legati, nulla de eorum ordine, mentione facta.

80 Priuilegij tenorem inspicien. esse & attendendum.

81 Literas legatorum certo modo apostolicas dici remissiue.

82 Legatus si possit inquirere contra hæreticos, & eos punire absque inquisitore.

83 Inquisitores hodie ordinarios esse.

84 Legatum cum quocunque ordinario cõcurrere.

85 Hæretici relapsi si comburendi sint, deque eorũ operibus comburendis.

86 Hæreticorum germina simillima hidræ reputari, ut uno exciso capite, multa subcrescant, & igne opus sit.

87 Hæreticum transfuga peiorem esse, qui uiuus exuritur.

88 Falsam monetam cadentes, igne comburi.

89 Ignem in quamplurimis casibus scelera purgare.

90 Mortis pœna quibus casibus irrogari consueuerit.

91 Episcopos hæreticos episcopatu priuari, monachos, & laicos anathematizari.

92 Hæreticis, Theodosium decem librarum auri mulctam statuisse.

93 Exilij pœnam a nonnullis aliis imperatorib. additam, quã postmodum tractu temporis in grauiorem commuterunt, scilicet uitæ, ut remoto lupo, gregis saluti consulatur.

94 Legatum uices Papæ gerere.

95 Legatus si quando agnoscat de causis commissis aliis suis antecessoribus.

96 Legatum successorem non habere.

97 Vicario episcopi si quando sit commissa causa, quòd eadem non transeat in successorem.

98 Communem tamen practicam contrariam esse in Vicario, cũ Tribunal, cui datur Vicarius, perpetuum existat.

99 Legatus quòd non possit se intromittere in causa per Papam alteri commissa.

100 Limitationes plures ad idem.

101 A legato simplici si quando ad legatum de latere appellari possit.

102 Legatos si quando de appellatione interposita ad papam se se intromittere possit.

103 Declaratio ad idem & limitatio refertur.

104 Legatus si cognoscat de causa, quam semel ad pontificem retulerit.

& ciuili aut municipali tantummodo sublatum censeri, non qui ex naturali uel diuino iure inductus existat.

161 Citationem, qualem qualem petitionem, interrogationem iudicis pro instructione causæ partibus factam, & partis citationem ad sententiam naturali uel diuino iure inductam censeri.

162 Clausula summariè &c. si etiam operetur ut ferijs hominum gratia inductis, derogatum intelligatur.

163 Clausulæ, sola facti ueritate inspecta, qualis sit effectus. quòdque omnem aliam formam, et solemnitatem excludit.

164 Iudicem instar arbitratoris quandoque reputari.

165 Veritatem suis terminis contentam esse.

166 Clausulam de facto, non secus ac si manu regia dictum sit, uim habere, & per eam omnem formam de iure ciuili, uel canonico inductam sublatam censeri.

167 Clausula, sola facti ueritate inspecta, si eũdem effectum quẽ clausula, sine strepitu, & figura iudicij uel maiorem importare dicatur.

168 Vrbanum quintum, ut lites celerius expedirentur, modum & formam aduenisse.

169 Clausula, sola facti ueritate inspecta, cuius sit effectus recensetur.

170 Clausula, nulla iuris solẽnitate, quid operetur.

171 Commißio causæ adiecta clausula summariè, siquando omnes alias clausulas comprehendere dicatur.

172 Signaturam cum clausula summariè non referri nisi ad processum summarium, cũ per expressionem unius clausulæ, aliæ omissæ censeantur.

173 Rescripta ad lites stricte interpretari.

174 Verbum, ut petitur, in signatura expressum, ad quæ referri contingat.

175 Clausula, summarie adiecta & cætera, quid operetur.

176 Auocatio causæ siquando inducta intelligatur.

177 Auocatione causæ a primo iudice facta, illius iurisdictionem ipso iure sublatam censeri.

178 Auocationem causæ odiosam reputari propter iniuriam, quæ primo indici fieri contingit.

179 Rescriptum ad lites, si quando nullum ope exceptionis, sitamen dependentia litis corã alio iudice non fiat mentio, nullum ipso iure censeri, & nullam tribuat iurisdictionem.

180 Surreptionem in rescriptis auocatorijs ipso iure uitiari.

181 Processum habitum, & formatum per iudicem reuocatum, si quando ipso iure nullum reputari contingat.

182 Legatus auocando causam ab uno, cui summariè commissa fuerat, alteri demandando, si sub eadem clausula commissa intelligatur.

183 Legatus si quando.c.oblatæ derogare possit & ualeat.

184 Appellantem expectari per annum, de iure positiuo inductum esse.

185 Iure positiuo de facili derogari consueuisse.

186 Legatus si quando aduersus suas sententias restituere poßit.

187 Legatus si sententiam, sanguinis proferre possit remißiuè.

188 Legatus si per aliam sententiam, suam recitare posit.

189 Rubricæ.C.de senten.ex periculo recitan.correctio.

190 Legatus si quando sententiam non per se, nec per alium recitatam proferre possit.

191 Iudex si cui sit commissa causa ad consilium sapientis, si dixerit, pronuntio prout in consilio dato per talem, quòd sententia nulla sit.

192 Iudicis pronuntia prout in cedula, quam curia admisit, à iuris dispositione alienam non esse.

193 Pronuntiam, prout in cedula, recitationi, quæ fit ex scripto, similem esse, & ad quem effectum inducta sit.

194 Signatura legati sub quibus uerbis concipienda sit, in concernentibus iustitiam, & de stilo in similibus in Romana curia seruari solito.

195 Regentis officium in Ro.Cu. quale esse intelligatur, & fit.

196 Signatura, in uim cuius ex pluribus petitis, unũ aut alterum concessum sit, cæteri pro denegatis habitis.

197 Signatura concepta per uerbum, ut petitur, omnia concessa censeri.

198 Limitatio ad idem, si quando stilus legationis aliud suaderet.

199 Gratiam reformatoriam à reformata uario iure censeri.

200 Legatus qualiter se subscribere debeat in signandis commißionibus, si nomine proprio scilicet, uel sub legationis nomine.

201 Legato si competat facultas signandi motu proprio.

202 Concessio facta à legato in fauorem alicuius sub motu proprio, uel ad partis petitionẽ, quænam præferri contingat.

203 Signatura Papæ, per uerbum fiat, uel per concessum utra præferatur.

204 Limitatio ad idem in prouiso ad petitionem in possessione existente.

205 Item etiam si per horam in poßessione adipiscenda præuenisset.

206 Legatus quòd si possit dare signaturam per uerbum fiat iure cautum non esse.

207 Legatum, nomine quo nuncupatur, se se subscribere.

208 *Papam, nomine abolito, per assumptionem ad Pontificatum, se se subscribere consueuisse: & quare hoc inductum fuerit.*

209 *Saluatoris imaginem in pauimentis insculpere non licere.*

210 *Dei nomen propria nuncupatione non scribendum, ueteri testamento sancitum.*

211 *Gratiam Papæ, litteris non expeditis, minus releuare, cum informis intelligatur, & careat nomine Pontificis auctoritatem dantis.*

212 *Legati si in eorum litteris nomen extense, uel primam literam tantum apponere consueuerint.*

213 *Legati sola subscriptio, si quando gratiam probet.*

214 *Gratiam legati, & gratiam Papæ, cum simili stilo dari consueuisse.*

215 *Gratiam Papæ, eius sigillo autenticandam esse.*

216 *Literas legati suo sigillo munitas, fidem facere, & autenticas reputari.*

217 *Literas cuiusuis ordinarij pariter eodem iure censeri.*

218 *Limitatur primo, siquando ageretur de præiudicio apostolici impetrantis: minente enim periculo antidationis, fidem non facerent, & sine tertium præsentia.*

219 *Literas legatorum cum testimonio multarum manuum, secretarij scilicet, scriptoris & Reuisoris expediri, & registrari consueuisse.*

220 *Gratia taliter expedita, ut supra proximè præmissum est, si quando impetrantem apostolicum excludat.*

221 *Legato asserenti se reseruasse, si de reseruatione aliter non appareat, minus standum esse.*

222 *Sigillum prælati si quando fidem faciat.*

223 *Scriptura auctentica si quando sigillo munita sit: & quo casu fidem faciat.*

224 *Scriptura legati priuata sigillo munita, si quando autentica reputari debeat.*

225 *Sigillum, scripturam auctenticam reddere, & auctoritatem præstare.*

226 *In facto proprio neminem auctorizare.*

227 *Sigillum legati si quod a iure priuato apposuerit, non pro legato, sed contra legatum fidem facere.*

228 *Sigillo alicuius non statim credendum, sed literas per comparationem examinandas esse.*

229 *Sigillo iure priuati apposito, si quando standum sit.*

230 *Sigilla de facili quandoque intercipi posse. & infra nu. 234.*

231 *Sigillum furtiue appositum, censeri si quando de uoluntate aliunde non constet.*

232 *Sigillum priuatum non arguere sigillantis uoluntatem in eius præiudiciũ, non constito quòd idem sigillum apposuerit, per se uel alium eius nomine.*

233 *Sigilla facile intercipi, suprà nu. 231.*

234 *Communis opinio quòd pro sigillo præsumatur, nonnullis casibus exceptis.*

235 *Legatus de latere siquando debeat se nominare in singulari, uel in plurali.*

236 *Literas Papæ uitiari, si seipsum singulari numero nominauerit: & ita de consuetudine seruari.*

237 *Imperatorem, modo in singulari, modo in plurali loquì consueuisse.*

238 *Papam & hospitalarios in plurali loqui debere.*

239 *Hospitalarius quidam cur reprehensus.*

240 *Legatus an possit Gubernia & iurisdictiones in Prouincia sibi decreta uendere.*

241 *Officia & dignitates, quæ in iustitia administranda consistunt nullo modo uendi posse.*

242 *Dominis temporalibus, & spiritualibus alienare criminalia uel ciuilia in suis Prouincijs minus licere, & ratio subinferitur.*

243 *Item & consimili ratione, homines itidem prouincia natos officijs præponere, incongruum esse.*

244 *Odia priuata eo trahunt homines, ut de facili a ueritatis tramite eosdem declinare contingat.*

LIBER

LIBER OCTAVVS.

ARG. LIBRI.

AGendum octauo hoc libro de potestate legati in iuditiali-
1 *bus:† deinde in statutis con-*
2 *dendis:† mox in excommuni*
3 *catis absoluendis,† indulgen*
4 *tijsque dandis:† postremo, quid in religiosos atq; exem*
5 *ptos possit.†*

De Potestate Legati in iudicialibus.

Legatus est ordinarius exemptorũ omnium.

LEgatus igitur de latere, est iudex ordinarius omnium exemptorum in
6 prouincia sibi decreta: † potestq; de causis omnium etiam per uiam que
7 rele cognoscere† c. j. hoc titulo c. ueniens. de uerb.sig.in 6.c.si abbatem.de elec.eo.li. Henri.in c.cum non ignores.hoc tit.Spec. in §. superest.uers.sed quid dicis.Fortius igitur poterit in exemptos,in casibus ubi episcopo in eos datur iurisdictio,ut quando sunt publice excommunicati.Io.An.& Domi.in c.j.de priuil. in 6.Item quando ordinarius præfigit terminum ut se præsentet coram superiore. Domi. in c.quamuis.§.inferiores.de elec. in 6. & in casu.c.j.de priuil in 6.

Legatus delegat causas in totũ uel in parte

Potest etiam legatus causas delegare in par
8 te uel in totum sicut cæteri ordinarii.† c.statutum.de ref.in 6.c.cũ Bertoldus. ubi id no.Abba.de re iud.c.fi.hoc. tit.

Legatus cognoscit per modum querele.

Item,cognoscit per modum querelæ de causis omnium subditorum prouinciæ.Spec.in §. superest.hoc tit.doct.in c.j.eo.titu. Arch. in c. peruenit 11.q.1.ideo ut causa ad eum deuolua
9 tur,non est necessaria appellatio: † & hæc est
10 opin.communis & uera: † quamuis Andre.
11 Sic.in d.c.1.hoc tit.teneat contrarium.† quã opin.etiam tenuerunt prius.Io.gl. post Laur. & Hug.c.3.2.q.3.& gl. in c.conquestus. xj. q. 3.Sed non dicunt uerum:quia ex quo legatus est omnium ordinarius, ab omnibus potest
12 adiri.†

Legatus præuenitur ab ordinario.

Fallit tamen,quando causa esset iam cæpta coram ordinario:quoniã preuentio ipsum ex-
13 cludit† c.proposuisti.de fo. comp. c. ut debitus.de appell. sicut quando ex duobus delega-
14 tis,rescriptum primo præsentatur uni. † iux. no.in c.j.de resc.

Verum quæritur:an posit legatus auocare
15 causas inceptas coram ordinario? † Et dicendum non posse.Spec.ubi supra. Abb.in c.j.hoc tit.Nam superior non auocat causam ab inferiore,nisi quando habet iurisdictionem ab eo.
16 † gl.in c.qui resistit.11.q.3.Inno.in c.fi.de offit.Archi. Et hoc generale ꝙ legatus non impedit se de causis pendentibus coram aliis, ni
17 si per uiam Appellalionis.† Dom.in c.Romana.de for.comp.in 6.De materia late Philipp. & Alex.in d.c.ut nostrum.de Appell. concludentes nullum ordinarium posse auocare cau-
18 sam,in qua preuenit minor ordinarius,† excepto Papa, qui habet plenitudinem potesta-
19 tis.†

Fallit hoc,quando haberet specialiter in facultatibus.

Habent igitur legati merum & mixtum im
20 perium in omnes subditos,† quos iudicant, corrigunt,puniunt excommunicant, incarcerant,deponunt,degradant,suspendunt,interdi
21 cunt† c.legatos.hoc tit.in 6.c.perlectis.25.distinct.c.corripiuntur.24.q. 4. c. sententia pastoris.11.q.3.c.curę.c.transmissa.de elect.c.1. cum ibi no.de transac. c. 1. c. conquerente. de offic.ordi.c.At si clerici. c. cum non ab homine.de iudic.c.postulasti. c. conquestus.de for. comp.c.ut famę.c. si clericus. de senten. excõ. c.Degradatio.de pœn.in 6. Quid autem sit
22 merum & mixtum imperium,† uide Abb. in c.quod sedes.de offi.ordi.

Fallit primo. Quando uellet deponere episcopos:quoniam hoc est de reseruatis Papæ:
23 † Specu.in d.§.superest.& no.in c. quod translationem.

Et in quantum dixi,ꝙ non potest deponere episcopos:intellige de depositione, non de pronuntiatione de deponendo: quoniam potest legatus procedere contra episcopum, &
24 pronuntiare eum deponendum,† sicut & in aliis criminibus contra eum procedere. Ioan. An.in c.ut litigantes.de offit.ordi.in 6. glo.in c.frater noster.16.q.1.Abb.in c.1.hoc titulo. Aliud.n. est deponere: aliud deponendũ pronuntiare:sicut dicimus de libero & liberando.
25 † Bar.in l.1.C.si aduer.li.

Vnde poterit incarcerare,processum facere,
26 ad Papam mittere:† auth.de defens.ciui.§.audient.

Obstat tamen:quia cum per huiusmodi pronuntiationem ueniamus ad depositionem, uidetur & illa esse prohibita.l.oratio.ff.de sponsal.depositio enim quæ sequetur,re ipsa dicetur facta per legatum.l. damni. §. sabini. ff. de dam.infec.Et sic uariato colore attentabit legatus:quod non licet.l.legem in fi.C. de natura.lib.

Facit:quia depositio est executio sententiæ legati.ergo legatus secundum hoc poterit qđ est plus,& non poterit quod est minus. l. j. ff. de iur.om.iu.

Item,facultas pronuntiandi sine potestate exe-

exequendi, uidetur inutilis, cum executio fiat
27 per eum, qui pronuntiat† C. de execut. rei iu
di. per to.

Tu tamen sequere primum, cum executio
auctorizatiua sit imperii: & pronuntiatio iu-
28 risdictionis. † gl. Bar. & Alex. in d. l. 1. Nec
Papa teneatur sequi pronuntiationem legati.
29 † & sic respondetur ad contraria.

Ad hæc dubitari solet. Quid si inter duos li
tigaretur de episcopatu: an legatus cognosce-
30 re posit? † Respon. potest. Spec. in d. §. super-
31 est. nam & metropolitanus hoc potest. † ad
hæc c. quamuis. c. si abbatem. de elect. in sexto.
tã ex præmissis, quàm ex aliis pertinentibus
ad hanc materiam possunt formari multæ
quæstiones.

Quæro igitur primo. An legatus posit cõ
32 mittere causas appell. remota? † Et dicendũ
nõ posse. hoc enim principis est. c. super quæ-
stionum. de offi. deleg. c. licet. de uitanda. §. fi.
de elec. Saly. in l. fi. C. de sent. & interloc. Qđ
procedit, etiam si ipse haberet facultatem co-
gnoscendi appell. remo. nam nec tunc poterit
ita delegare. uide Fely. in c. 1 in 2. col. de re-
scr. ad præmissa est tex. in l. nec quicquàm. §. fi.
ff. de offi. proconf.

Et hæc intelligenda in causis, in quibus ap
pellatio permittitur. secus ubi non appellatur
33 ut in criminalibus† l. 2. C. Quorum app. non
recip. Qui autem sint casus, in quibus non ap
34 pellatur, † uide Præpos. in c. pastoralis. de ap
pell. Nicell. in tract. de concor. gloss. capitulo
sexto, ubi ponit centum & xx. casus, ubi non
appellatur: & in fine tractat unam. q.

An per statutum posit tolli appellatio:
35 † cuius dicta potes adducere ad q.

An legatus posit remouere appellatio-
nem.

Vnum tamen no. ꝙ quando Papa, uel lega
tus habens ad id auctoritatem, committit cau
sas, appellat. remo. intelligitur de appellat. fri-
37 uola. † gl. in c. pastoralis. §. primo c. ut debi-
tus. ubi Inno. de appell. uide tamen Alex. in d.
c. pastoralis: ponentem multos effectus huius
38 clau. † & ibidem Philip.

Pro decisione tamen principalis q̃stionis, ad
de quòd appellatio est ordo a iure inuentus.
l. j. ff. de appell. qui tolli nequit per legatum
39 † gl. in c. fi. de hære. in 6. & in cle. Ne romani.
ubi per Imo. de elect. & in cle. sæpe. de uerb.
sig. Barbat. in consi. 45. in 2. uol. facit. c. indem
nitatibus. de elec. in 6.

Ex quibus inferre licet: an legatus posit
assumere uiam executiuam, incipiendo a præ-
40 cepto? † & dicendum non posse. l. 1. C. de exe
cu. rei iud. l. si cum nulla. ff. de re iudi. nam præ
cepta sine causæ cognitione, sũt funditus nul
41 la. † late per Alex. in l. filius. fam. §. diui. ff. de le
ga. primo. & per Ias. qui multa cumulat in l.
nec quicquam. ff. de offi. proconl. & per Fely.
in c. ecclesia. S M. col. 12. de constit. ubi acerri
me inuehit contra iudices, qui præcipitant sen
tentias.

Fallit hoc multis casibus, de quibus per Ias.
ubi supra.

Vnus casus est notandus in practica, quòd
quando apponitur clau. si senseris te graua-
tum, compareas. tale præceptum ualet: quia iu
stificatur ex illa clau. eò ꝙ comparente reo
resoluitur in uim simplicis citationis. eo non
comparente stat, & uidetur accipere robur à
contumacia. de hoc sunt duæ glo. una in l. De
pupillo. §. meminisse. ff. de no. op. nunt. alia in
c. ex parte. de uerb. sig. quas glo. ita intelligit
& declarat Abb. in c. 1. de cau. poss. & prop. &
in d. c. ex parte. & uidet esse de mente Bald. in
l. actione. C. de transact. in 2. col. & in l. ea qui
dem. C. de manc. & f. Alex Pau. de Cast. & alio
rum in d. §. meminisse. & Io. An. in c. nostra. de
cohab. cle. & mul. & ita uidetur practicari. Bar
to. tamen in l. 1. C. de exec. rei iudi. uidetur te
nere, quòd tale pręceptum non ualeat, ut præ
ceptum, sed ut citatio: quia ab executione non
43 debemus incipere. † cui uidetur stipulari Bal.
in l. 2. uer. uenio ad citat. uerbalem. C. de epi-
scopa. audi. & Aug. expresse in §. curare insti.
de acti. reprehendunt rationem eorum, qui di
cunt non esse quid imputetur iudici propter
clau. iustificantem: quia immo est quid impu
tet, eo quòd non præcedente causæ cognitio-
ne, facit tale mandatum. l. illicitas. §. ueritas. ff.
de offi. præsi. ideo refert Io. And. tenentem ꝙ
omni casu tale mandatum sit nullum, excepto
casu. §. meminisse. allegat duas rões. primo:
q̃a tale mãdatũ ꝓnũtiatur ꝑ nũtiũ, nõ ꝑ iudi-
cẽ. ad l. 2. de sent. ex peric. reci. Secũdo: quia cã
non cognita. ad l. prolatam. C. de sen. & ideo
Ang. indistincte tenet præceptum hmõdi nul
lum, etiam si esset super eo, quod iudex, parte
inuita disponere potuisset: quod est contra di
44 stin. Rom. in d. §. meminisse.

Ego in hac materia dicerem, † quòd aut su-
mus in causis, ubi summarie procedi potest,
uel ex natura causæ, uel ex facultate iudicis: &
tunc pro faciliori expeditione causę, ut dicit
Abb. ẽt incipi põt a pręcepto cum clau. iustifi
catiua: quoniam est in optione rei comparere
& resoluere. Si reus nõ cõpareret, ex contuma
cia sua incipit pręceptum iustificari. ideo a-
ctor comparebit & accusabit contumaciã, qua
accusata, petet reiterari præceptum: & sic prę
ceptum iustificabitur ex contumacia pręcedẽ
te. uidetur enim tunc reus tacite consentire,
45 non cõparendo. hoc obseruat practica. † Sed
si actor non comparet in termino, pręceptum
non releuat: quia contumacia debet accusari.

Bal.

Bald.in l.properandum.C.de iudic. Bart. in l. 2. col. pen.ff. si quis in ius uoc.nō ie. alias.n. tale pręceptum non potest substineri per rationes,quas affert Augu. in d.§.curare.si uero sumus in his, in quibus ordinarie procedendum est; dico tale præceptum semper nul-
46 lum, † & habere uim merę citationis, siue actor compereat,siue non:quia non est in facultate iudicis præuertere ordinem iudicia-
47 rium.†ad no in c.quoniam contra. de proba tio.nam fit iniuria parti,& dicitur auferri ius
48 tertio,non seruando ordinem iuris. † Bal. in c.j.§.iniuria.de pace iur.firm.in 4.fallit tamen quod dixi in causis magni preiudicii:quia si aliter non iustificaretur negotium,non posset ex contumacia adiudicari tetrio. etiam ubi summarie agi potest.

Secundo quæro. An legatus posit commit-
49 tere causas summarie. simpliciter &c?† Dicēdum non posse,per præmissa:& quia ex processu acquiritur ius parti,quod per legatum aufer-
50 ri non potest.†ita decidit Spec.in §.superest. uer.sed nunquid legatus.& in §. nunc ostendēdum.hoc tit. uers.4.& 5.Rot. decis.110.Abb. in c.dilecti.in 3.no.de Iudic.Bal.in l. nec quicquā.§.de planè.§.fi.ff.de offic.proconś. Anto. in c.uenerabilis.de cōfirma.uti.uel inut.Fede. cons.19.

Fallit tamen & in hac, & in præcedenti.q. quando esset aliqua iusta causa. ut per Feli. in c.j.col.3.de rescr.qui tamen,non existente cā, asserit decisionem præmissam esse ueram: etiā si illi esset concessa omnimoda facultas in iudicādo: quod esse tenet Bal.in l.ij.C.de appel.

An autem legatus posit per statuta sua tol-
51 lere hunc ordinem iudicairiū,† uide per eundem,Feli.ibi,& per Soci.cons.96.in 1. uolu.

De istis clau.summarie &c. quid importēt, dicam in q. infra.

Tertio quæro. An legatus posit committere
52 causas minori.xx.annis canonico?†Quęre supra in fine præcedentis libri.

Quarto quæro. An committere posit causas canonico supernumerario? Respondetur pos-
53 se.† Philip.in d.c.statutum.col.2.de rescr.

Quinto quæro.An posit cōmittere cās ante
54 q̄ prouinciā ingrediatur?†Sol.pōt cōmittere, sed non pōt compellere iudicem ut suscipiat.
55 †glo.in c.nouit. hoc titu. dicens ipsum hoc posse:quia commissio non requirit causæ co-
56 gnitionem.†l.fi. ff.de off.præfec.urb.

An autem ille iudex posit exercere iuris dictionem,priusquam ille prouinciam ingredia-
57 tur,†non reperio decisum.uide tex.in l.obseruare.§ pen.ff.de offi.proconś.qui facit ad materiam.& Aegi. decis.650. qui tractat,

An existens extra prouinciam posit decer-
58 nere citationem in prouincia.† uide quæ in simili tradit Ias.in l.fi.ff.de iur.om.iud.

59 Sexto quæro. An legatus duarū† prouinciarum posit cōmittere causas unius prouinciæ,ut cognoscatur in alia,dummodo nō excedat duas dietas? Sol.Vincētius, & alii relati p Archid.in c.neminē.3.q.7.tenēt nullum posse trahi extra prouinciam suam ab alio quàm à
60 Papa.†propter illum tex. qui hoc expresse dicit.uoluntq;.c.nonnulli.et.c.statutum.de resc. & omnia iura loquentia de dietis, usque adeo sunt intelligenda,ut nullus trahatur extra prouinciā: per quodcunque exiguum spacium:
61 †ne inducamus legum correctionem. hanc opin.sequuntur Host. & Imo. in c. nonnulli. de resc.ubi Feli.in fi.& Abb. ī c.nouit.hoc tit.

Contrarium uerius existimo:quia.in c. statutum.doct.communiter tenent,respectu Papæ.c. neminem. esse sublatum. ut ibi. tenent Philip.& Domi. Feli.in d.c.nonnulli. Alexan. in d.c.neminem.Si respectu Papæ: ergo etiam respectu legati. tum quia eadem æquiparatio est per modum regulæ in commissionibus Pa-
62 pę, † in d.c.statutum.ergo eadē dispositio ēt in correctoriis.per ea quæ late deduxi in meo tract.extensionum. in secundo membro: tum
63 etiam quia ille tex.† non potest intelligi de legato nisi per obliquum.cum legati non trahant extra prouinciā:quia prohibeātur ab illo canone:sed quia legatus datur uni prouincię communiter,non potest exercere iurisdictio-
64 nē in aliena.†ad.§.affinitatis.instit. de nupt. correctus ergo canon in principali:ergo in accessorio.Et hanc quam refero opi. in terminis sequitur.Inno.Ioā.An. & Car.in c. nouit. hoc titulo. dicentes duas legationes reputari unā.
65 †idem tenet An.Sic.in c.fi.de iudic.& ab ista non discrepat Abb. ubi supra: quia ambigue loquitur.

Ad c.neminem.potes respon.ut dixi supra: quod si non placet, dic quòd loquitur respectu aliorum ordinariorum,qui non subiiciuntur rigori commissionum Papę,ut tenent communiter doct.

Septimo quęro.Statutum de duabus dietis attenditur in commissionibus legati sicut in
66 commissionibus Papæ:†quomodo computabuntur istę dietę?Sol.uiginti milia passuū erit una dieta.& attenditur ista mensura, secundū
67 uiam,per quam consuetum est iri.†l. cos cū glo.in fi.ff.de fals.Bar.in l. 3.ff.de uerbo. sign. & hoc quādo agitur de distantia, ratione itineris.secus si ex alia causa:quoniam tunc mensura capitur per directum, etiam si non sit uia.
68 †unde si disponatur quòd monasteria uel ecclesię distent inuicem certo spatio, capietur mensura per directum : non secundum uiam. Bar.in l.j.in fi.ff.si quis caut. Feli. in c.olim.in 2.col. de except.ubi ponit multa exempla, &

tractat

tractat materiam uiarum.

Octauo quæro. An legatus posSit committere cās prophanas nō habentib. qualitates re
69 quisitas in c. statutum? † Et uidetur non posse: quia ille text. generaliter loquitur. & qui uult excipere casum, probet exceptionem. Et maximè quia utroque casu militat ratio: ne sci licet persona uilis & ignorans teneat uicē Pa-
70 pę uel legati. † hoc tenent Lap. Io. de Lig. & Host. in c. statutū. Spec. in titu. de deci. §. 1. uer. Quid si delegatus. Alex. in consi. 77. in causa & lite. col. 3. in 2. uol dicens doctores q̃ sequuntur istam opi. esse celebrioris & maioris pōderis quàm illi, qui sequuntur contrariū. hoc tenet Decius in c. sua nobis. de appel.

Contrarium asserunt Anto. Imo. Abb. Philip. Alex. in c. sua nobis. Io. An. Philip. in c. statutum. & hæc communior: quam uidi obseruari per legatos & placet: quia æquius est ut causæ istę prophanę committantur laicis doctis,
71 quàm clericis. † ar. c. Te quidem 11. q. 1. c. Reprehensibile. 23. q. 8. & in prophanis ueniunt quandoque causę sanguinis, a quibus clerici abstinere debent. c. sententiam. ne cle. uel mona. Et pro ista opin. est casus in c. sua nobis. cuius correctionem non expedit inducere.

Et causa illa, quòd clericus uilis &c. nō fuit finalis, sed impulsiua.

De causa autem spirituali non est dubium quòd etiam ex certa scientia non potest eam
72 delegare † propter decretum irritans, quod est in illo tex. ut dicunt glo. Domi. & alij ibidem.

Et sic no. casum, ubi plus potest episcopus quàm legatus: nam episcopus committit causas etiam simplici clerico. ut Archi. post Ber. Inn. & Host. in d. c. statutum. & ratio: q̃a p̄p honorē sedis ap. inductus est hmōdi rigor, cōtra quem non dispensat nisi Papa. quę ratio non militat in episcopo committente iure suo.

Nono quęro. An legatus committen-
73 do, det iudices ad petitionem partis? † Sol. obseruabit stilum curiæ, de quo per Abb. in c. cæterum. in fi. de resc. semper habens ante oculos tex. in l. obseruandum. ff. de iudic.

Decimo quęro. An legatus in commisSionibus posSit uti clau. Non obstante. uel pro
74 expresSis habentes. † uide Fely. in c. nonnulli. de resc. Collect. in c. mandatum. eo ti.

Vndecimo quęro. An legatus habeat ius re
75 uocandi domum? † Sol. habet, ut no. in c. licet. de for. comp.

Fallit primo, quando affectasset legationē,
76 † ut per multa concludit And. Sic. ibi, quanuis Fely. ibi teneat contra, dicens priuilegium datum legationi, non huiusmodi. nota tamen dictū Andreæ. Sic. & apud graues curię inualuit opin. nullū ap. sedis legatum, qui legationem ambiuerit, dignum aliquid præstitisse.

Fallit secundo, quando durante legatione
77 ibi contraxisset: † quoniam ibi conueniri poterit, nisi contraxisset ut uiator. Ange. in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. Fely. d. c. licet. col. ultima.

Duodecimo quæro. An cognoscat de causis religiosorum, qui habent priuilegium ut non posSint conueniri uirtute literarum apostolicarum, non facta mentione de eorum or-
78 dine. † iuxta formam. c. cum ordinem. de rescr. Respon. poterunt iudicari hæ causæ à legato: quia priuilegia huiusmodi non eximunt à legato, sed dant formam rescriptis impetrandis.

Et quid si eximerentur etiam a legato cum illa clau: & tamen legatus haberet iurisdictionem generalem super omnes exemptos cum clauS. derogatoria priuilegiorum &c. pro expresSis habentes &c? Sol. iudicabit omnes. Feder. consi. 47. Pau. Imo. in clem. dudum. in fin. de sepult. Bar. in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. & in extrau. Ad reprimendam. in uer. non obstante. Paul. de Cast. in consi. 21. in ant. ubi dicunt clau. pro expresSis, cōprehendere omnia.

Fallit, quando in priuilegijs exemptorum esset clau. q̃ ita deberet per omnes iudices iudicari: quoniam tunc licet secundum priuilegium ualeat, iudex attendet primum. Bar. in l. fi. C. de Cano. fr. urbis Rom. li. 11. quod nescio si hodie obseruaretur.

Decimotertio quæro. An in casu præcedenti posSint conueniri à delegato legati, nulla fa
79 cta mentione, de eorum ordine? Sol. oportet
80 uidere tenorem priuilegii. † c. porrò. de priui. tamen prima fronte dicendum q̃ non: quia literæ legati certo modo dicuntur apostolicæ,
81 ut diximus 2. libro. † & in casu militat eadem ratio: ergo &c.

Decimoquarto quæro. An legatus posSit inquirere contra hæreticos, & eos punire absq;
82 inquisitore? † Et dicendum posse, cum fauore fidei, tum quia id uetitum non reperitur. facit. c. per hoc. de hære. in 6. a speciali inquantum id uetat episcopo.

Item, quia inquisitores hodie sunt ordina-
83 rii: † unde cum legatus concurrat cum omni
84 ordinario. † c. legatos hoc tit. poterit & hæreticos punire.

Decimoquinto quæro. Incidenter quæri-
85 tur an hæretici relapsi sint comburendi? Interrogatus semel respondi non inuenisse casum, ubi hoc expresse diceretur: quanuis per fratres soleat allegari tex. in epistola liquet. circa medium. C. de summ. trin. ubi recitantur uerba Esai. Prophet. contra non recte credentes. Pergite in lumine ignis & flammæ quam accen-

accendistis. Item adducitur auctoritas euang. quando dicit. Ego sum uitis uera,& uos palmi tes. si quis in me non manserit, mittetur foras & arescet:& colligēt eum & in ignem mittēt. Sunt tamen claræ iuris auctoritates de combu rendis operibus eorum in l. Mathematicos. C. de epis.audi.l.Damnato.C.de hæret.l.quicunque.in fi:C.eo.& de Aruspicibus concremandis, habemus.l.3.C.de malefi. & mathem.

Conueniens igitur pœna erit, quamuis non expressa, ut ignis qui omnia deuorat, malum hoc ne ulterius serpat, abscindat. hæreticorum enim Germina sunt similima hidræ, cui exciso uno capite, subcrescebant multa. ideo igne
86 opus est.† Nam & hæreticus peior est trans-
87 fuga: qui uiuus exuritur† l. Siquis aliquid. ff. de pen. eadem etiam pœna ignis afficiuntur
88 cudentes falsam monetam. † l. si quis nummos. C. de fal. item & multis aliis casibus ignis
89 purgat scelera. †ut in l. uniuersi. C. ubi cau. fis.& in l.j. C. de mul. quæ propter se. nup.& in l. unica ad fi. C. de rap. iur.& in l.j. C. de nil. ag. non rump.& in l. sacrilegii. ff. ad leg. Iul. pecul. in l. aut damnum. §.j.l. Capitalium. §. Et ut generaliter. in c.§. nonnunquam. ff. de pen. l. qui edes. ff. de incend. ru. nauf. l.j. C. de Imun. nem. con. li. x. l. si quis a barbaris. C. de re. mil. li. xij. l. iustas. C. de iure fisc. omnibus enim istis casibus irrogatur pœna ignis. Quibus autem casi-
90 bus aliàs irrogetur pœna mortis, †latè traditur per Bal. in l. data opera in 4. col. C. qui ac cu. non poss.

In proposito autem nostro contra hæreticos ordinatum. m.v. Sinodo constantinopolitana. cap. 5. ut episcopi hæretici priuarētur episcopatu. Monaci & laici Anathematizarentur.
91 de pęnis nostri temporis habemus etiam iura sexti,& decretali.

Et pęna ignis iure meritoq; inuenta est hoc tempore, quando experientia docuit alias penas non retrahere istos ab errore. Nam Theodosius primum in eos decem librarum auri
92 mulctam statuit. † post hunc alii imperatores addiderunt pęnas exilij & amissionis bonorum. quas pęnas, quòd neglectum iri uidebāt, in grauiorem commutarunt, scilicet uitæ, ut
93 remoto lupo, gregis saluti consulatur.

Decimosexto quæro. An legatus posit tractare causas laicorum subditorum ecclesiæ? Et uidetur non posse, quia licet sede uacante iura dent iurisdictionem episcopalem capitulo, tamen non impedit se de temporalibus, quæ speciali iure spectāt ad episcopum. doct. in c. olim de maio.& obedi. c.1. Ne se. uac. in 6.& in c. uerum. de fo. comp. & uidetur esse de mente Specul. in §. Superest. Credo tamen oppositum ue
94 rius, ex quo legatus gerit uicem Papę† & iste casus non reperitur exceptus ad c. Quod trās-lationē. dicetur infra in expositione facultatis.

Decimo septimo quæro. An leg cognoscat de causis cōmissis aliis legatis antecessoribus
95 suis?† Dicendum non cognoscere: quia lega-
96 tus non habet successorem. † Abb. & alii in c. nouit. hoc titulo. Idem dicimus de causa commissa Vicario episcopi, quæ non transit in suc
97 cessorem: †ut aiūt Anto. Imo. & Deci. communiter teneri in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. Communis tamen practica obseruat cōtrarium in Vicario: quoniam tribunal, cui da-
98 tur Vicarius, est perpetuum. † quod asserit Abb. in d.c. quoniam.& in cle. 2. de resc.

Ideo etiam in casu nostro, quando locus legationis esset certus,& consuetum in eo esse legatos, ut Bononię,& Perusii? posset dici causam commissam uni transire in alium, quasi habeat successorem. ad hoc tex. in l. meminisse. in prin. ff. de offi. proconf.& leg. ibi, cum sit unus proconsulatus. dicam in li. seq. q.35.

Decimooctauo quæro. An posit se intromittere de causa alteri per Papam commissa?
99 †Respon. non posse. c. studuisti. ubi doct. cōmuniter eo. ti. Generi enim per speciem derogatur c.1. de resc.

Fallit tamen, quando delegatus pronuntiasset contra formam rescripti: quoniam tunc legatus impedit executionem talis sententiæ.
100 †Anto. in d.c. studuisti.

Fallit secundo, quando delegatus Papæ esset negligens: quia potest compelli per legatum ex ęquitate, quamuis secus de rigore. Ant. Abb. Collect. in d.c. studuisti. Spec. in tit. de iudi. col. 2. uer. sed pone.

Fallit tertio, quando delegatus haberet uniuersitatem causarum: quoniam cum censeatur eo casu ordinarius. c. per hoc. de hæreti. in 6. glo. in l. cum specialis. C. de iudic. c. cum causam. de appell. tunc enim procedet theorica Bart. in l. Quoties. §. fin. ff. de administ. tut. quando dixit concessionem factam uni, non adimere alteri iurisdictionem, quæ potest esse apud duos insolidum.

Fallit quarto, quando superueniret causa a principio non cogitata. l. si hominem. ff. mā. Abb. in d.c. studuisti.

Fallit quinto, quando interpellaretur pro executione sententiæ delegati: quoniam tunc compelli poterit, cum eo casu delegatus sit maior quocunque ordinario. c. sanè. el 2. de offi. deleg. quamuis in compellendo sit multum deferendum dignitati. ad hoc. c. pastoralis. §. qa uero. de offi. or. Imo. tamen Host.& And. Sic. ibi dicunt non posse cogi: quod equius est & de facto obseruatur, licet prima uerior, ut ibi per Abb.

An autem legatus absoluat a sententiis per delegatū latis, uide Spec. in §. super est. l. is cui. col.

col.xv.Ant.in c.quod translationem.

Decimonono quæro. An a legato simplici
101 possit appellari ad legatum de latere.† Respon.potest.Spec.hoc titulo.§. superest. uersi. Quid si lata.Quanuis Vinc.contra.

Vigesimo quæro.An intromittat se de ap-
102 pel interposita ad Papam?† Sol.non intromittet se,nisi consentientibus partibus. glos. Abb. Philip.in c.constitutus.de appel. glos.in c.cupientes. in princ. de elec. in 6. Spec. in §. nunc ostendendũ.uer.33.

Fallit quando uellet tantũ causam instrue-
103 re,& ad pontificem remittere.†

Vigesimoprimo quæro. An cognoscat de
104 causa, quam semel ad pontificem retulit?† Dicendum cognitionem ad eum nõ spectare, nisi partes iterum consentirent in eum.c.licet. ubi hoc no.Ant.hoc titu.uide tamen ibi. And. Sic.dicẽtem ꝙ cum obiicerentur Imolæ quædam de quibus ibi per eum, fuit coactus dicere contrarium in lectione seq. tamen postea Imo.sequutus est hanc opi.de modo autem re
105 ferendi causas ad superiorem,† uide Abb.in c.intimasti.de appel.

Vigesimosecundo quæro. An ad legatum
106 appelletur omissis mediis ? † Sol. appellatur:quia etiam ad patriarcas appellari potest
107 obmisso medio.†Inno.& Abb.in c.antiqua. de priuil.Præpositus.in c.dilecti.cl.2.de appel.
108 & ista est opin.communior.†quãuis Io.An. & Anto.in c.antiqua. teneant oppositum in patriarca propter glo.fi.ibi.cui respõdet Abb. in legato autẽ ꝙ appelletur,sic consentit Ant. Et si q̃raĩ unde fit, ꝙ de iure canonico appella
109 tur omisso medio,secus de iure ciuili.†l.Imperatores.ff.de appel.l.j.§.siquis.ff.eo. Respõ. Alex.in Rub.de appel.id factum:quia cũ Imperator habuerit auctoritatẽ a populo,quasi obligatus ad antidora noluit grauare eum : sed q̃a Papa habuit , adeo potuit honestum hoc sibi reseruare.Bar.in d.l. Imperatores. dicit Pont. hoc fecisse ad impinguandũ curiam.probabiliter dici põt Papam hoc fecisse ut maior pateret aditus iustitiæ expediendi.nec enim ex hoc in tendit Papa grauare subditos,sed releuare.

Vigesimotertio quæro.An a sententia lega
110 ti nati appelletur ad legatũ de latere?†Respon.appellatur:quia maior quocunque alio.
111 †Spec.in §.superest.uers.quid si lata.

Vigesimoquarto quęro.An a sententia cõ-
112 seruatoris ad eum appelletur?†uide Ancha. consi.132.in primo dubio.

Vigesimoquinto quæro.Ambę partes appel lant,una ad legatum , altera ad Archiepiscopũ
113 uel Papam : quis cognoscet de causa? † Sol. cognoscet Papa si ad eũ est appellatũ:aliàs cognoscet legatus:& Archiepiscopus omni casu erit exclusus Spec. in titulo. de appel.§. nunc tractemus.§.sed pone aliquis. & ibi Ioã. And. ubi etiam decidit.q.

Quid si quis dixerit:appello ad Archiepisco
114 pum,ad legatum,ad Papam.†nam & ibi locus est prærogatiuæ.

Vigesimosexto quæro.Quid si quis dixerit alternatiue appello ad Papam uel ad legatum?
115 †Sol. secundum præcedentem decisionem Papa erit iudex.tamen quæstio ponitur quãdo uoluit posse introducere causam coram quo uellet,tunc tenetur infra x. dies declarare coram quo uelit esse causam:aliàs transibit in rẽ iudicatam.secundum Ioã.An.in reg.in alterna tiuis.& hoc nisi habuisset probabilem causam dubitandi. aliàs autem appellatio non tenet:
41 † hoc tenet Gondis. in tractatu pręalleg. & obseruauit Rota sæpius in iudicando: nam superioribus diebus, cum expectans uellet assequi beneficium contra indulta cuiusdã capituli in germania. fuit iudicatum quòd illa clau. generalis expectatiuarum, quanuis pinguis & prægnans, non præiudicaret illi nobili capitulo: quia in indulto eorum erant tales causæ expressę quòd non credebatur Rom. Pont. uoluisse illis derogare: quia concernebant priuilegia utilitatem publicam, & ampliationem ecclesiasticæ iurisdictionis. Vnde in hoc ualde considerandi priuilegiorum tenor, & principis intentio. c. porrò. de priuile. hanc decisionem tenent illi, qui dicunt priuilegium primũ non reuocari per secundum etiam habens illas clau. prægnantes: quando primum est conces-
43 sum personis miserabilibus, † ut fuit Decisio Cy. in d. l. j. & sequitur Ancha. in c. cum instantia. de censi. & Rom. in d. consi. 327. Nam istorum decisio procedit, non quia illa clau. pro expresfis habentes, non sit apta comprehendere etiam illa priuilegia: sed quia princeps non creditur uelle tollere quod miserationis causa
44 datum est. † & ad istum casum potes reducere consi. Cal. Paul. de Castr. & aliorum qui colligunt mentem Pont. ex clausulis utriusquè priuilegij.

Quartus casus, quando secundum priuilegium est motu proprio, ista generalis clau. pro expresfis habentes, operatur totalem derogationem: secus si ad petitionem partis. ita uidetur Rom. in d. consi. 327. concordare omnes contrarias opin. Fely. & Deci. in locis præalleg. & iste est unus de effectibus motus proprii, de quo dixi, supra in materia collationis beneficiorum.

Quintus casus, quando primum priuilegium mandaret ita iudicari per quoscunque auditores. Nam non obstante secundo, habente clauf. quantumuis prægnantes, iudicabit iudex iuxta tenorem primi, relicto secundo. Bar. in l. fi. C. de cano. frumen. Romę. li. 11. Gondisal. ubi supra: qui tamen consulit iudici, ut si uidet secundum reuocare pri-
45 mum, remittat causam ad superiorem. † Dicendum est quòd illa cau. non operatur nisi quando staret uis rescripti, super quo apponitur: aliàs reuocato primo, reuocata est etiam omnis clau. in eo contenta, quæ debet regulari secundum naturam principalis. ad l. fi. C. de non num. pecu.

Sextus casus, quando ita essent in utroque rescripto pingues clau. quòd nõ facile iudicari quod pręualeret: tunc in dubio iudicandum est pro primo. glo. in sum. 25. q. 2. Bart. in l. si quis. ff. de leg. 3. uel melius esset ut in precedenti, recurrere ad superiorem. & ista sufficiãt pro isto articulo. de materia uide Domi. & alios in c. si propter. de resc. in 6. Deci. ubi supra & Felyn. qui latissimè loquitur in d. cap. nonnulli.

SVMMARIVM.

1 *Legato, excommunicatum ob uiolentam manuum iniectionem, absoluere permissum.*
2 *Ampliatur etiã, si qua udo iniuria atrox, & enormis læsio præcessisset.*
3 *Etiam si fuisset homicida clerici.*
4 *Item ampliatur etiam, subditos extra prouinciam absoluere posse.*
5 *Legatis missi, prouinciales subditos etiam extra prouinciam absoluere permissum: natis uerò non item.*
6 *Enormis læsio & atrox iniuria reputatur, si quãdo effusio sanguinis detur.*
7 *Item, si quando in loco publico offensio fiat, uel in casu lædatur Abbas uel episcopus.*
8 *Legato, excommunicatum absoluere, altero de septem casibus non licere, & casus enumerantur per modum fallentiarum ad regulam.*
9 *Legato, cum eo, qui excommunicatus recepit beneficium, dispensare permissum est, quo ad beneficij retentionem tantum.*
10 *Episcopum pariter in casu præmisso dispensare.*
11 *Absoluere aduersus contractam irregularitatem, soli Papæ reseruatum.*
12 *Legato, si effractores, et incendiarios ecclesiarũ; qui iam publicati sint, absoluendi facultas competat.*
13 *Incendiarios ecclesiarum, & iniicientes manus in clericum regulariter æquiparari.*
14 *Dispositum in uno ex æquiparatis, etiam in altero dispositum censeri.*
15 *Absolutio si quando non Papæ, sed sedis apostolicæ reseruata intelligatur.*
16 *Lædere rem uel personam, si quando grauius sit & reputetur.*
17 *Animal omni prorsus culpa carere, & in eo culpam aliquam non cadere.*
18 *Res ecclesiæ auferens sine effractione, quòd excom-*

excommunicationem aliquam non incurrat.

19 *Dictionis,etiam,natura est implicare casum magis dubitabilem.*

20 *Absolutionem excommunicationis legato permissam censeri, si quando aliter uetita non sit.*

21 *Legato, si quando permissa facultas dispensandi ut celebretur in loco interdicto.*

22 *Absolutio ab excommunicatione, in quibus casibus Papæ reseruata intelligatur, & sit.*

23 *Excommunicationem ipso iure secundum iura antiqua,altero de triginta casibus incurri.*

24 *Item secundum iura clementinarum quinquaginta duos casus referri.*

25 *Item & alium casum Auctorem referre.*

26 *Et per iura extrauagantia uigintinouem casus, quos auctor ipse refert.*

27 *Casus excommunicationem inducentes ipso iure ad numerum centum & quadraginta triū, quorum aliqui Papæ reseruati intelliguntur, aliqui uero non.*

28 *Casus reseruati in cœna Domini,quod annales sint.*

De potestate legati in absoluendo ab excommunicatione.

1 Legatus de latere absoluit ab excommunicatione, quæ incurritur ob uiolentam manuum iniectionem, † & in alijs casibus reseruatis ap. sedi. c. Ad eminentiam. de sent. excomm. gl. in c. auctoritate. §. inhibemus de priuil. c. pen. isto titulo.

Quæ facultas ampliatur, ut procedat etiam quando iniuria est atrox, & læsio enormis.

2 † Host. & alij communiter in d. c. Ad eminentiam. & in d. c. pen. Quanuis idem Host. ibi. & Spec. hoc tit. §. nunc dicamus. teneant contrarium, ex eo quòd absolutio uidetur reseruari Papæ in c. peruenit. de senten. excomm. communis ut dixi est, quòd absoluat etiam si fuis-

4 set homicida clerici. † Felyn. in d. c. ad audientiam.

Item ampliatur ut possit absoluere etiam non subditos & extra prouinciam d. c. pen. Legati autem missi absoluunt tantum in prouincia & suos subditos: nati uero nullo modo,

5 † ut per Abb. in d. c. pen.

Dicitur autem enormis læsio, uel atrox in-

6 iuria, quando ex effusio sanguinis. † c. pro illorum. de senten. excomm. Item quando fit in loco publico, uel quando læditur Abbas, uel

7 episcopus. † ut in §. atrox. insti. de iniu. Abb. in d. c. pro illorum.

Fallit primo, nisi quis esset excommunicatus propter casum arduum, qui non solet communiter concedi legato. Lap. in c. si abbatem. de elect. in 6.

Fallit secundo, quando excommunicatio esset ita reseruata, quòd in constitutione reseruaretur duntaxat Papæ cle. Grauis. de senten. excommu. ubi Car. dixi lib. 2. quando tractaui materiā: an appel. Papæ ueniat legatus. gloss. in cap. j. in uersi. tantummodo. de cler. egro. in 6.

Fallit tertio, quando quis esset excommunicatus a delegato Papæ: quia solus Papa absoluit mortuo delegato. Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. dixi in titulo præceden.

Fallit quarto, quando ipse legatus fuisset percussus c. fœlicis. de pœnis. in 6. nisi leuiter esset percussus. gloss. in c. siquis autem. 94. distin.

Fallit quinto, quando Papa intelligens aliquem excommunicatum, reseruat absolutionem sibi. Lap. & Domi. in c. si Abbatem. de elect. in 6.

Fallit sexto, quando esset excommunicatus a statuto inferioris, confirmato per Papā. Fely. qui ponit omnes istas limi. in d. c. ad audiētiam. sed hæc non est uera: quia Papa confirmando statutum inferioris, non adimit potestatem absoluendi superioribus. Abb. in cap. ex frequentibus. de instit. quem ipse male allegat.

Fallit septimo, quando esset excommunicatus uiua uoce a Papa. Spec. hoc tit. §. nunc dicamus. uer. ecclesia aūt. Et est regulare in excommunicato à quocunque iudice, ut mittatur pro absolutione ad excommunicatorem suum. Io. An. in c. graue. de præben. & in c. ab excommunicato. de resc. glos. in cle. 1. in uer. a canone. de priuil. potest tamen legatus si ad eum appelletur, absoluere, de causa cognoscere &c.

Primo quæro. An legatus dispenset cum eo, qui excommunicatus recepit beneficium?

9 † Resp. posse: quia hoc pōt eps. † Spe. in ti. de

10 disp. epi. uers. 16. de quo tamen dicam in materia dispensat. Et hoc intellige quantum ad retentionem beneficiorum: secus quo ad irregularitatem contractam: quia solus Papa ab-

11 soluit. † Abb. & Io. An. in c. clerici. de cle. excomin. ubi Collect.

Secundo quæro. Quid si lex uetat aliquem absolui, nisi satisfaciat: tamen legatus absoluit? Sol. male faciet, sed ualebit absolutio. propter generalem reg. quod potest absoluere in casibus specialiter non reseruatis Papæ. c. nup. de sent. excom. nam cum nō sit defectus potestatis, sed in obseruantia eorum

quæ

quę sunt de iustitia partis, ualebit absolutio. ad hæc gl. in cle. 1. in uer. nullatenus absoluatur. de seque. pos. & fruc. & in cle. 1. in uer. inhiben tes. de iure pat.

Tertio quæro. An legatus absoluat effractores & inecdiarios ecclesiarum, quando sũt,
12 iam publicati? † Io. An. Ant. & Abb. in c. tua nos. c. conquesti. de sent. excomm. dicunt non posse: tum quia non reperitur cautum: tũ quia sumus in materia exorbitante, quæ non extenditur etiam ex maioritate rationis. c. cui de nõ sacerdotali. de prçben. in 6. Et sic tollunt arg. quod fit de eo qui iniicit manus in clericum. quod etiam aliter tollitur secũdũ eos: quia grauius est lędere res quàm personas.

Tu aduerte: quia incendiarii ecclesiarum & iniicientes manus in clericum regulariter
13 æquiparantur. † d. c. tua c. conquesti. Legatus absoluit inijciẽtes manus in clericum: igitur & in ecclesiam: quia dispositum in uno ex regu-
14 lariter æquiparatis &c. † ad tradita in c. non debet. de cons. & affin.

Item attende: quia absolutio non reserua-
15 tur Papæ, sed sed. ap. † d. c. conquesti. & c. tua. unde succedit reg. generalis, de qua in secundo libro.

Præterea, non est uerum, quòd grauius sit
16 lædere, rem quàm personam: † quia pari ratione grauius esset occidere animal, quàm hominem: quia animal omni prorsus culpa caret.
17 l. 1. ff. si qua. pau. fec. di. Et istam positionem esse fallam probatur in c. ex frequenti. de for. comp. & declarat Fely. in c. conquesti. dicens ꝙ qui aufert res ecclesiæ sine effractione, non
18 est excommunicatus: † & etiam probatur in c. tua: quando dicit, quòd non solum qui iniiciũt manus uiolentas in clericũ, sunt ad sedẽ apost. ꝓ absolutione mittendi, sed etiã incendiarii. ergo maior erat dubitatio de pœna incendiarii quàm excõmunicati. cum dictio, etiam, impli-
19 cet casum magis dubitabilem. † Archi. in c. cum in ill. de præben.

Cogita tamen: quia excõmunicationis absolutio ideo concessa legato: quia consueta con-
20 cedi: aliàs erat uetita † c. quod translationem. de incendiarij absolutione non reperitur facta concessio: ergo &c. facit.

Quarto quæro. An legatus poss it dispensa-
21 re ut celebretur in loco interdicto? † Arch. in c. alma mater. de sent. excomm. in 6. dicit non posse. Spec. contra, in §. nunc ostendendum.

Quinto quæro. Qui sint casus, in quibus ab
22 solutio reseruatur Papę? †

Scito quòd secundũ antiqua iura, sunt xxx. casus, in quibus excommunicatio incurritur ip
23 so iure: † quos enumerat Host. in sum. de senten. excomm. §. 3. in prin. & secundum iura Sixti, sunt 32. quos enumerat. gl. in c. eos. de sent. excommunic. in 6. Et secundum iura Clemen.
24 sunt quinquaginta expresſi, & duo taciti: † quos enumerat gl. in cle. 1. eo. ti.

Adde tu alium casum expressum non ani-
25 maduersum per summistas † in cle. 1. de consan. & affi. ubi excommunicantur non solum contrahentes in sex casibus ibi enumeratis, sed celebrantes contractum inter personas ibi uetitas. quod intelligo de clericis solemnizantibus sponsalia & miror, neque gl. neque summistas aduertisse.

Nouisſime secundum iura extrauagantia
26 impressa, reperiuntur xxix. casus: † quos quia nullibi collectos reperio, ipse colligam.

Primus casus est in extrau. suscept. Io. 22. §. pe. ubi excommunicantur personę singulares, quę recipiunt fructus annalium beneficiorũ ultra summam ibi taxatam. hi tamen, restitutione facta, possunt absolui ab episcopo.

Secundus, in extrau. si fratrum. ne se. ua. quãuis uereor ne potius sit ferendę sententiæ.

Tertius, in extra. Sancta romana. de reli. do mi. contra fraticellos.

Quartus, in extraua. Copiosus in misericordia. de iude. qui est temporarius.

Quintus, in c. prædicens. de crimi. fal. contra falsantes monetas regni francorum absolutio est Papæ.

Sextus, in c. dierum. de pęnis contra Marchianos inuadentes officiales Papæ.

Septimus, in c. super gentes. de cons. contra imepdientes legatos sedis ap.

Octauus, in c. ut prelatorum. de mai. & obe. contra episcopos uenientes Romam occulte. & abeuntes hospite insalutato. & in c. Et si deceat. quę sequitur.

Nonus, in c. Saluator noster. & in c. nuper certis. cum duobus seq. quæ tractant eandem rem, & sunt Io. 22.

Decimus, in c. ad regimen. Sixti IIII. quę hodie non uiget.

Vndecimus, in extrauagan. Ambitiose Pauli II. contra alienantes & recipientes bona ecclesiæ: quam extrau. solemniter commentaui.

Duodecimus, in c. detestandæ, Bonifacii octaui, contra exenterantes aut coquentes cadauera defunctorum, ut sepeliantur. & reser. absolutio sedi ap.

Tertiusdecimus, in c. eiusdem. Declarationem in fi. de deci.

Quartusdecimus, in c. uiam ambitiose. Martini IIII; contra mendicantes, transeuntes ad non medicantes.

Quintusdecimus, in c. ad nostrum. de reg. Io. 22. contra religiosos, euntes ad partes ultra marinas sine licentia superioris.

Sextusdecimus, in c. Graue nimis. Sixti IIII in

in titulo de relig. & uener. san. contra illos qui male sentiunt. de concep. iur.

Decimoseptimo. in c. Sanč. Vrbani. v. contra Dantes uel accipientes aliquid pro ingressu religionis, Absolutio reseruatur Papę.

Decimooctauo. in c. cum detestabile. Pau. 2. de Simo. contra simoniacos. & uidetur loqui de certo genere. absolutio reseruatur Papę.

Decimonono. in c. Multa mentis. Clem. 5. de iudic. qui casus etiam de iure antiquo procedebat. c. ita quorundam. c. ad liberandam. de iud. absf. reser. Papę.

Vigesimo. in. c. diuina in eminenti. Eug. 4. de priuil. contra eos qui conferunt, uel acceptant beneficia eorum, qui uadunt ad curiam pro negociis suis. absol. reser. Papæ.

Vigesimoprimo. in extrau. Et si dominici. Pau. 2. de pœni. & remis. ubi annumerant multi casus specialiter reseruati Papæ: qui non censentur concessi sub quocunque uerborum inuolucro. ibi tamen non inducitur noua excommunicatio, sed uetatur absol. ab antiquis.

Vigesimosecundo. in c. Excommunicamus. Bonifa. viij. de senten. ex. contra ementes, & uendentes iusticiam in causis, absol. re. p.

Vigesimotertio, in c. ad certitudinem. cle. v. eo. titu. contra adhærentes errori Græcorū.

Vigesimoquarto. in c. Quia non nulli. eiusdem Cle. contra impugnantem literas emanantes a Papa ante coronationem: sed uidetur specialis ipsius Clem.

Vigesimoquinto. in c. Cum tam diuino. Iu. 2. contra Innouantes aliquid contra constitutionem, quam ipse edidit super electione Papæ.

Vigesimosexto. in c. Leonis. x. in 9. Sessione Later. circa medium. cōtra Cardinales reuelantes quę aguntur in consistorio contra mentem Papæ, & reser. ab. Papæ.

Vigesimoseptimo. in. c. in x. sess. inter multiplices. contra eos qui dicunt non licere accipere aliquid ultra sortem pro conseruatione montis pietatis.

Vigesimooctauo. eiusdem. Inter sollicitudines. contra eos, qui imprimunt nouos libros absque subscriptione inquisitoris, uel ordinarii.

Vigesimonono. eiusdem. cōtra eos qui pdicant miracula aut prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, & Episcopis ac eorum superioribus detrahunt, reser. abs. Papæ.

Et ita, cumulatis istis nouis casibus, canones inducentes excommunicationē sunt. 143.

27 quorum aliqui reseruantur Papę: aliqui no.† De reseruatis in cęna Domini, non faciam uer

28 bum: quia sunt annales.†

SVMMARIVM.

1 Indulgentias concedere, magis iurisdictionis, quàm ordinis esse.

2 Legato, cum ordinarius is sit, & si non præsbyter, indulgentias dare permissum.

3 Episcopalis dignitatis indulgentias concedere, proprium esse.

4 Legati officium, omni dignitati prouinciæ æquipollere.

5 Legato, & Episcopo, sede uacante, indulgentias concedere, si quando non permissum.

6 Legati officium, etiam sede uacante, non cessare.

7 Legatus quanti temporis indulgentiam conferre possit.

8 Quodque ad quadraginta dies tantum, & non ultra aliter permissum.

9 Indulgentias centum dierum omnibus Cardinalibus in distribuen. Romanæ ecclesiæ thesaurū fidelibus, impartiri permissum.

10 Indulgentiarum distributionem ante Conciliū non præfinitam.

11 Concilium quare omnibus ecclesiarum prælatis inhibendum duxerit, ne ultra quadraginta dies indulgentias darent.

12 Concilij legem regulatricem distributionum, Episcoporum esse.

13 Cardinales partem immediatam sedis Apostolicæ censeri, & illius patrocinium eisdem competere.

14 Concilii dispositionem, ad legatos Cardinales nō extendi.

15 Cardinales sub communi appellatione, si quando priuilegia restringuntur.

16 Legato si quando indulgentias à se datas, reuocare permissum sit.

17 Indulgentiæ legati, si prosint eius familiaribus, qui ex necessitate seruitij, non ex uoluntate indulgentias ipsas consequendi, eidem assistant.

18 Officium, nec cuiquam damnosum esse oportere.

19 Facultas concessa alicui de bonis distribuendis inter pauperes, si ipse, uel sui pauperes sint, quòd inter eos distribuere possit.

20 Indulgentias remanere, etiam legatione finita.

21 Indulgentia ultra numerum præmissum, à legato concessa, si ualeat pro numero, quo potuit.

Quid poſſit legatus circa indulgentias.

QVoniam dare indulgentias, iurisdi-
1 ctionis magis, quàm ordinis eſt. † ut
tenent doct. in c. quod autẽ. de pœ-
nit. & remiſ. Cal. ex mente Thomæ in c. acce-
dẽtibus. de priuile. Abb. in c. Cũ olim. de maio.
& obedi. Legatus, qui eſt ordinarius, poterit
2 dare indulgentias, ẽt ſi nõ ſit pſbyter. † Spec.
in §. ſupereſt. hoc titu. Abb. in c. noſtro. de pœ-
nit. & remiſ. Feli. in trac. indulgent. ad fi. Aug.
de Anco. in trac. de eccle. pot. q. 29. articulo. 8.
& per Franc. Paui. in trac. de pot. cap. uac. ſe. in
4. q. princ. in principio. Et etiam ſi teneremus
opi. illam, ꝙ ſit propriũ Epiſcopalis dignitatis
3 dare indulgẽtias, † de qua ꝑ eundẽ Franc. Paui.
ubi ſupra, legatus poſſet dare: qa eius officiũ
4 æquipollet omni dignitati ꝓuinciæ, † ut dixi.
Fallit tamen hoc, quando uacaret ſedes ap.
qm̃ cum hæc facultas pendeat a ſede ap. uacan
5 te ipſa, nõ erit qui poſsit dare. † Matth. Card.
in cle. ne Romani. in §. irritum. de elect. quod
an ſit uerum dubito: quia ſi officium legatorũ
6 ẽt uacante ſede permanet, † ergo omnis aucto
ritas. c. Trãslato. de cõſti. nec. n. eſt lex q̃ dicat
legatum tunc iſtud nõ poſſe. l. illum. de collat.
Solet dubitari, quanti tẽporis indulgentiã
7 cõferat legatus. † Spec. hoc titu. §. ſupereſt. uer.
ſed nunquid iure legationis. Cal. in c. poſtula-
ſti. de pœnit. & remiſſ. dicunt honeſtũ eſſe, ut
ꝓ reuerentiam Concilii non excedat nume-
8 rum 40. dierum: † quoniã is eſt taxatus nume-
rus omnibus inferioribus a Papa. c. cũ ex eo.
de pœni. & remiſſ. c. fi. eo. tit. in 6. hodie tamen
ex conſuetudine dant indulgentiã centũ dierũ
oẽs Cardinales ut eorũ ꝓrogatiua in diſtribuẽ
9 do Rom. eccle. theſaurũ, cęteris aliq̃d ꝓſtet. †
At tu aduerte: quia exiſtimo iura hæc lega-
tis nõ præfixiſſe legẽ illam 40. dierum. Diſtri-
butio. n. indulgentiarũ ante Conciliũ non erat
10 præfinita cuiquã prælato. † ſed indifferenter
dabatur pro animarũ ſalute. c. accedẽtibus. de
exceſ. præla. d. c. quod autẽ. & per Theol. in 4.
ſent. diſt. xx. Conciliũ uero ob indiſcretam di-
ſtributionẽ reſtrinxit, inhibendo omnibus ec-
11 cleſiarũ prælatis, ne ultra 40. dies darent. †
cum igitur lex illa concilii ſit regulatrix diſtri
12 butionum Epõrũ, † & in legatis Cardina. nõ
militet omnimoda rõ diſſipationis Theſauri,
quę in Epiſcopis: cum ipſi ſint pars imme-
diata ſedis ap. & habeant patrocinium eius.
13 † c. j. 94. diſt. præſumuntur ꝙ maiore cura cõ
ſeruabunt eius honorẽ. Dicendũ eſt ꝙ Conci
14 lium nõ cõprehendat legatos Cardinales. †
Nam quando reſtringuntur priuilegia, car
15 dinales nõ ueniunt ſub cõmuni appell. † arg.
in l. decurionibus in principio. C. de ſilen. lib.
xii. ita poteſt ſaluari dictũ Io. mo. in c. ad ſuc-
cidẽdos. de Sciſ. in 6. quod aliàs improbat Do
mi. in c. nemo. de elect. in 6. quod ſatis æquũ,
modo ne, & ipſi abutantur: ſed utinam hoc the
ſauro aliqui nos fuiſſent abuſi.
Dubitari ſolet: an legatus poſſit reuocare
16 indulgentias a ſe datas? † exiſtimo ex cauſa
poſſe. ad ea quæ late tradit An. Sic. in c. quod
tranſlationem.
Item, An indulgentiæ legati proſint eius fa
miliaribus, qui ex neceſsitate ſeruitii non ex
uoluntate conſequendi indulgentias, aſsi-
17 ſtunt ei? † Dicendum, quòd ſi habent ani-
mum conſequendi eas, conſequentur ne eo-
18 rum officium ſit eis damnoſum. † facit. cle.
Si dominũ de reli. & uen. ſanct. poteſt enim ha
bens facultatẽ, ea in ſe ſuiſque uti, dummodo
quod agit, eis cõueniat. c. cum in iure. de elec.
c. qa clerici. de iure pat. ideo ſi alicui data eſt fa
cultas deſtribuendi bona inter pauperes, ſi ipſe
uel ſui ſunt pauperes, poteſt inter eos diſtri-
19 buere. † de quo tamen dic ut per Hypol. in l.
unius. §. ſeruo. in 3. col. ff. de quæſti. Abb. An.
Sic & alios in c. cum tibi. de teſtam. facit pro,
& contra. c. licet. de priui. in 6.
Sciendum eſt ẽt, ꝙ licet finiatͣ legatio, tamẽ
20 remanent indulgẽtię. † Doct. in c. fi. hoc titu.
Et ſi legatus uel alius daret indulgentias
ultra numerum taxatum, ualeret indulgentia
21 in numero quo potuit. † glo. in c. fi. de pœni.
& remiſ. ad quod faciunt multa, quę dixi in ma
teria penſionum, prope fi. in illa. q. quando le-
gatus uolens concedere penſionem uſque ad
tertiam, conſtituit in dimidia.

SVMMARIVM.

1 *EXemptos omnes, in certis caſibus etiam Epiſcopis ſubeſſe.*
2 *Exemptum notorie excommunicatũ a iure, uel ab homine per ordinarium, denunciari poſſe, & mandari pariter, ut euitetur.*
3 *Exempto delinquenti ſi quando epiſcopus terminum præfigere poſsit, intra quem iudici ſuo ſe ſe præſentare debeat.*
4 *Epiſcopis contra priuilegia exemptorum ius aliquod non competere.*
5 *Religioſos intra clauſtra ſe continere, & regulare uitã obſeruare, aliàs priuilegiũ omittere.*
6 *Ordinario exiſtenti in quaſi poſſeſsione corrigendi, in regulares, & exemptos ius competere.*
7 *Priuilegio ſi quãdo per nõ uſũ renũciari cõtigat.*
8 *Legatum de latere tantum, nõ autem inferiorem ab eo, ordinarium exemptorum eſſe.*
9 *Legato exẽptos corrigendi, & iudicandi & beneficia regularia regularibus, ſecularia uero ſecularibus conferendi, ius competere.*

10 *Legatum*

10 *Legatum ab exemptis procurari, etiam si mendicantes hi sint, duntamen bona non habuerint.*

11 *Legatis, exemptorum electiones confirmare permissum.*

12 *Electi non dum confirmati, si quando ante confirmationem administrare possint.*

13 *Legatus, si quando ecclesiam parrochialem monaco conferre posit.*

14 *Canonicos regulares ecclesiæ seculari etiam sine socio præfici posse.*

15 *Monacos cum socio, de licentia tamen Abbatis, ecclesiæ seculari etiam absque dispensatione præfici posse.*

16 *Dispensationem, in casu præmisso minus, necessariam reputari.*

17 *Collactionem monaco factam, etiam cum licentia Abbatis sine dispensatione, secundum collect. & Rot. nullam censeri.*

18 *Religiosum, ecclesiæ in qua sit diuersus habitus, aliter præfici non posse.*

19 *Monaco, curam animarum exercere in proprijs parrochijs ne dum in alienis, quandoque non licere.*

20 *Monacum mundo mortuum reputari, & si quando eundem ad ecclesiam assumi contingat, resuscitare.*

21 *Resurrectionem, cum sine miraculo non fiat dispensatione indigere.*

22 *Communis & uerior opinio, quæ primo loco adducta.*

23 *Episcopum, curam de ouibus sibi commissis habere præsumi.*

24 *Legatum, omnium exemptorum ordinarium esse.*

25 *Monacum non uerè, sed fictè mundo mortuum reputari.*

26 *Ordinarium, collationes suas ex certa scientia facere consueuisse, & de rebus, & personis ecclesiæ suæ plenè informatum præsumi.*

27 *Promotionem religiosi ad ecclesiam, uicem dispēsationis obtinere.*

28 *Legato si quando cum canonico regulari, ut sit canonicus ecclesiæ cathedralis, dispensare permißum sit.*

29 *Religiosus, canonicus effectus, si Papæ, uel legati delegatus esse posit.*

30 *Religioso in Episcopum promoto, non habitum mutare de iure, non item Rocchettum deferre licere, seruari de facto tamen aliter.*

31 *Felini opinio improbatur.*

32 *Monacatus quòd non sit qualitas, quæ ad causæ commißionem inhabilitet, concurrente qualitate aliàs requisita.*

33 *Monacum in clericum assumptum, ab obedientia Abbatis exemptum remanere.*

34 *Monacatum concurren. cum dignitate, aliquem ad causæ cognitionem, inhabilem non reddere.*

35 *Monaco habenti perpetuum officium in ecclesia cathedrali, si quando causæ committi possint, nulla etiam de monacatu ipso mentione facta, & Cancellariam eundem approbasse uideatur.*

36 *Religiosus, si quando poßit esse locumtenens legati, & causas decidere.*

37 *Legatus, si quando religioso simplex beneficium conferre poßit.*

38 *Religiosos secularium beneficiorum incapaces existere.*

39 *Religiosus assumptus ad ecclesiam parrochialem per Episcopum, uel legatum, si officium iuxta morem secularium, an uerò regulariū dicere teneatur.*

40 *Religioso huiusmodi, si carnes comedere sicut alijs clericis permissum sit.*

41 *Legato si competat facultas conferendi ecclesias parrochiales collegiatas, an illas, monaco conferre poßit.*

42 *Religiosi assumpti ad beneficia secularia, si à iurisdictione suorum superiorum exempti sint.*

43 *Hospitalia si quando per legatum religioso committi possint.*

44 *Limitationes quatuor ad idem.*

45 *Legato si competat facultas conferendi beneficia quæcunque secularia regularibus, an tunc requirendus sit consensus Abbatis.*

46 *Electio facta de monaco ad pontificatum sine consensu Abbatis, si quando nulla sit.*

47 *Monacus non habens neque uelle, neque nolle, quòd aliter consentire non possit.*

48 *Contrariam sententiam ueriorem esse, quòd scilicet legatus monaco libere conferre possit, & ille libere acceptare.*

49 *Legatus cum sit exemptorum Dominus, eius collatio scienter facta, Abbatis consensum operatur.*

50 *Dispensatio Papæ mecum facta, ut possim contrahere cum consanguinea in tertio gradu, extenditur ut & illa mecum sine alia dispensatione contrahere possit.*

51 *Gondisalui opinio improbatur, & contra electum in Pontificem, exceptionem aliquam opponi non posse sustinetur.*

52 *Electus in Papam a Cardinalibus, quòd eo ipso superior omnium effectus intelligatur.*

53 *Monacus, licet careat consensu ciuili, nō tamen caret naturali, & uero.*

54 *Legato si quando religiosis pensionem assignare permissum sit.*

55 *Beneficia secularia, si quando regularibus conferre poßint, & e contra.*

56 *Dispensatio facta à legato, habente facultatem cum monaco ad beneficium seculare, quòd intelligatur*

telligatur de primo.

57 *Legato, si quando licentiam prælato exempto deserendi monasterium, & transeundi ad aliud, concessa sit.*

58 *Legatum exemptorum, superiorem esse.*

59 *Religiosis transire de una religione ad aliam, qualiter permissum sit.*

60 *Dispensatione episcopi, ad arctiorem, uel parem transire licere.*

61 *Dispensationem minus necessariam reputari quo ad transitum ad arctiorem.*

62 *Licētiā petere, satis esse in casu præmisso, etiam si non obtineatur.*

63 *Episcopum, transitum ad laxiorem uel parem ex causa dispensare.*

64 *Transitum ad laxiorem, non habita superioris licentia, indebite factum censeri.*

65 *Translato auctoritate apostolica ad unum monasterium, si quando ad primum sine licentia Papæ redire permissum sit.*

66 *Transeundi ad laxiorem, uel etiam parem, quænam iusta causa subesse uideatur.*

67 *Dicenti se rigore regulæ ferre non posse, utique credendum.*

68 *Legato, si quando professum in una religione, in Prælatum alterius eligere permissum sit.*

69 *Transitum, de facili fieri de una ad aliam regulam, si quando eandem professionis substantiam habuerint.*

70 *Electionem factam de inexperto & nullius religionis professo, damnatam extitisse.*

71 *Legato, si quando permissum dare licentiam monaco eundi ad partes ultramarinas.*

72 *Religiosos euntes ad partes ultramarinas sine licentia Prælati, excommunicationi subiectos.*

73 *Legatum omnium exemptorum prælatum censeri.*

74 *Legatum euntem ad partes ultramarinas sine licentia, absoluere posse.*

75 *Religiosi maxime exempti, si quando cogi possint ut exeant obuiam legato uenienti.*

76 *Exemptos ad Processiones, non nisi ex magna causa ob episcopis uocari.*

77 *Causam, magnam legati aduentum reputari.*

78 *Exemptos non per episcopum, sed per legatum tantum excommunicari posse, cum idem iudex eorum existat.*

79 *Legato, si quando arctiorem uitam religiosis indicere permissum, etiam si ijdem antiquam regulam obseruent, quam professi sint.*

80 *Monacos arctare quòd propriæ eorum uoluntati renuntiauerunt, non solum Papæ, sed et Abbati permissum, dummodo id quod præcipit impleri possit.*

81 *Limitatur, si quando arctatio esset notabilis, ut si proprium adimere uellet habentibus in communi, uel adimere carnes his, quibus ex regula permittitur.*

82 *Arctandum quem non esse, ultraquàm lex ipsa arctare uideatur.*

83 *Regulam ex abusu intermissam Abbati & legato monacos ad obseruationem cogere permissum.*

84 *Dispensare cum monaco ut matrimonium contrahendi, Illustri familia deficiente, si quando legato permissum sit.*

85 *Papæ, de monaco non monacum facere permissum esse, & in hanc rem communiorem sententiam extare.*

86 *Monacatum de iure positiuo inductum fuisse.*

87 *Remigio monaco & sacerdoti, & domo & familia Aragonum procreato, per sedem apostolicam matrimonium contrahendi permissum.*

88 *Petronillam ex monaco Remigio dispensato, natam fuisse & octo generationes domus Aragoniæ ex eadem prouenisse.*

89 *Dispensare in matrimonijs contrahendis, soli Papæ permissum.*

90 *Legatos, si quando causas religiosorum habentium priuilegium ne conueniri possint, non facta mentione de eorum ordine, cognoscere possit.*

De potestate legati in regulares, atque exemptos.

Sciendum est exemptos omnes sub esse etiam episcopis in certis casi-
1 bus.†

Primus. Quando exemptus, esset notorie excommunicatus à iure, uel ab homine. nam tunc potest per ordinarium denun-
2 tiari, & mandari ut euitetur.† ita disputando tenuit Steph. prouincial. per c. præceptis. 12. dist. et c. cum contingat. de resc. hoc tenent Io. An. & Domi. in c. 1. de priuil. in 6. Ioan. de imo. in cle. Ad compescendos. de sequest. poss. & fruct.

Secundus, quòd episcopus potest præfigere terminum exempto delinquenti, infrà
3 quem debeat se præsentare suo iudici.† Dom. in c. quanuis. §. inferiores. per illum tex. de elect. in 6.

Tertius, in c. ad abolendam. §. fi. de hæret. ubi not.

Quartus, in c. 1. de priuil. in 6.

Quintus,

Quintus,in cle. religiosus.de testam.
Sextus,in cle.Quia contingit. de relig.do.
de istis,& similibus casibus non oportet quæ-
rere:quia si Episcopus, tanto magis legatus.
sed quærendum in casibus,a quibus ordinarii
excludunt:& dicendum,ꝙ licet episcopus nō
4 possit, contra priuilegia exemptorum.† c. sa
ne.de excess.prælat.tamen, & ipsi religiosi de
bent in claustris suis secundum regularem ui-
5 tam uiuere:aliàs priuilegium amittunt.†c.Re
colentes.de sta. mon.c. Abb.de uers.sig.Host.
in sum.de priuil.uers.qualiter amittatur.
Septimo limita,qñ ordinarius eēt in poss.cor
6 rigēdi:†nā tunc uidet̃ ꝑ non usum renuntiasse
7 priuilegio.†quod qualiter fit,uide Host.in lo-
co præallegato.adde.Henri.in d.c. ad abolen-
dam.in fi.qui enumerat aliquos casus.
Legatus de latere,non autem alius inferior
8 est ordinarius exemptorum.† c. si Abbatem.
de elect. in 6. Spec.hoc titu. uers. sed nunquid
legatus potest.Abb.& alij.in c.j.hoc titu.& in
c.uenerabilis.de consuet. ergo illos corriget,
& iudicabit sicut Episcopus suos clericos,Om
nia beneficia conferet, corū negligentias sup-
plebit iuxta cle.j.de sup.neg.prælat.intelligen
do tamen, ꝙ conferat regularia regularibus,
9 secularia secularibus, † ut ibi no. & probatur
in cle.j. de elect. Item ab exemptis procurabi-
tur,etiā si sint mendicantes,dummodo habe-
10 ant bona.†Ancha.consi.104.contra fratres.
Feli.in c.Accedentes.col.3. de præscrip.
In hoc tamen solet dubitari de exemptis
habentibus priuilegium ut nō teneantur pro-
curare legatos,si legati habent postea specia-
lem facultatem contra eos. de quo per Feder.
consi.47. Cy. in l.j.C. quādo Imperator inter
pu.& ui.de quo late dixi supra in materia sta-
tutorum in fi. tractando materiam clau. non
obstante.
11 Confirmabit electiones exemptorum.†d.c.
si Abbatem.in quo unum no. quòd electi nō
confirmati,quando sunt in remotis, possunt
12 administrare ante confirmationem.†c.nihil.
de elect.Hoc tamen non procedit quando le-
gatus esset in loco. Abb.in c.cum uenerabilis.
de consuet.nam tunc cessat causa.c.Nihil.pro
elucidatione totius materiæ reuoco in du-
bium multa.
Quæro igitur primo. An legatus possit
13 conferre ecclesiam parrochialem monaco?†
Sol.glo.in summ.xvj.q.j. dicit, quòd canonici
regulares possunt præfici ecclesiæ seculari si-
14 ne socio:†monaci uero cum socio,de licentia
15 tamen Abbatis absque alia dispensatione.†
idē Host. in c. quod Dei timorem.de stat.mo
na.secutus Hug.Bert.& Goff.per tex.in c.j.&
& 2.58.dist.hoc tenet idem Host. in summ.
de stat.mon.§. utrum autem populum. Io. in
summ. conf. titu. de transitu clericorum.q.2.
uer. Host.tñ Astens.in sum.Io.An. Henri. gl.
Abb.in c. qđ Dei timorē. Archi.in sum.16.q.
1.&in c.cum singula.de prēb.in 6.in uer.eccle
siis.Io.in c.priscis.50.dist. & hæc est opi. com
munior,secundū doct.in d.c. quod Dei timo-
rem.per illum tex.qui dicit per Episcopū pro-
moueri possunt.igitur nulla dispensatio neces
16 saria,†ut per Io.An.& Abb.ibi.faciunt ad hęc
c.quorundam.74.dist.c. cū pro utilitate.c. In
parrochia.c.doctos.c. si monacus.§. his omni-
bus.§.ecce sufficienter.xvi.q.j.
In contrariam tamen sententiam inclinant
Collect. in c. quod Dei timorem. Rot. decis.
433. in no. dicentes collationem huiusmodi
factam monaco, etiam cum licentia Abb.esse
17 nullam. nisi dispensetur.† idem tenet Egi.
Deci.714. dicens Rotam ita tenuisse, reiecta
alia opi.
Mouetur per tex.in cle.j.de elect. ubi reli-
giosus non potest præfici Ecclesiæ,in qua est
18 diuersus habitus,†& tantum excipit de Epi-
scopo:ergo in aliis contrarium.
Item tex.in c.j.de cap.mon. ubi monacus pro
hibetur exercere curam animarum in propriis
19 parrochiis,tanto magis in alienis. †
Item: quia monacus est mortuus mundo,
quando assummitur ad ecclesiam,resuscitatur.
20 † Resurrectio non fit sine miraculo : ergo si-
21 ne dispensatione non fiet.†
22 Prima tamen uerior,& cōmunior,† ut inq t
Card.in d.cle.j.Et ratio: quia hoc est inductū
ob utilitatem animarū:quæ eo ipso, ꝙ aliquis
assummitur, adesse putat̃,cum Episcopus præ-
sumatur habere curam de ouibus sibi commis
23 sis.†c.Petitio.de iur.iur.c.ij.de feu.& hoc ꝓ-
cedit in Episcopo de licentia Abbatis indi-
stincte. immo etiam sine licentia Abbatis.
quando Episcopus non inueniret clericos ido
neos seculares:ut quia esset monacus prædica
tor bonus, & uitæ honestæ.tunc enim cogi-
tur Abbas consentire secundum Henri. in c.
quod Dei timorem.ar.c.j.21.q.1.c. in causis.
c.nihil. de elec.
In legato uero non concurrit difficultas
circa consensum Abbatis:quia ipse est omniū
24 exemptorum ordinarius.†ita dixit Spec. in
titulo de dispens. leg. uers. Item dispensat,
quòd reg.
Ad cle.j. dic procedere, quando agitur de
præficiendo religioso diuersis collegiis, ha-
bentibus habitum diuersum : immo probat
conclu. istam a maiori.
Ad c.j.dic loqui, quādo monacus assumme
retur ad curam sine auctoritate episcopi.
Ad 3.dic quòd monacus ficte,non uere di
25 citur mortuus.†
Aduerte tamen:quia Rota non negat,quin

episcopus posſit diſpenſare: quia Egidius ipſe.deci.751.dicit ꝙ per ſolum epiſcopum non per alium inferiorẽ poteſt aſſummi monacus ad curam animarum.ne ſibi ſit contrarius intelligetur diſpenſatiue,& conſequenter ex cã, ne uideatur cõtrariari his quæ dixit deciſ.714. Et hoc modo intelligendo, quod ad legatum attinet,nulla eſt dubitatio.Et ẽt quo ad epiſcopum opi.conueniunt.quia cũ ordinarius ſemper faciat collationes ſuas ex certa ſcientia,& præſummatur plene informatus de rebus &
26 perſonis eccleſię ſuæ†ad tradita.in cle.2. de off.ord.promotio religioſi ad eccleſiã,obtine
27 bit uicem diſpenſationis†per ea quæ dicentur in materia diſpenſationis col.5.

Argumenta tamen Egidij concludunt etiã in diſpenſatione,quando dicit hoc repugnare reg.monachali.ſed non dicit uerum: quia remanet ſub obedientia epiſcopi,& ſic non alteratur obedientia.Ita nec etiam adimitur uita contemplatiua.aliàs idem dicendum de monaco trãſeunte ad aliam arctiorem,uel de eo qui efficitur Abbas.

Secundo quæro.An legatus poſsit diſpenſare cum canonico regulari ut ſit canonicus
28 eccleſiæ catedralis?&c.† Et uidetur nõ poſſe: quia lex nõ permittit ut aretur in boue & aſino.c.cum cauſam . de elect. & hoc loquens de epiſcopo tenet Collectarius. in c. Deus qui.de ui.& hon.cler.

Ego contrarium exiſtimo in legato,quando id ſuaderet eccleſiæ neceſsitas uel utilitas: quia eſt Dominus exemptorum. c.Si Abbatem.ar. contrarium procedit quando fieret ſine cauſa.

Tertio quæro. An religioſus factus canonicus poſsit eſſe delegatus Papæ uel legati?
29 † Et dicendum non poſſe, ſecundum Fel.in c.cauſam.in 3.col.de iudic.quia nõ poteſt religioſus eſſe canonicus niſi ex diſpenſatione, ut concluditur per omnes in c. Quod dei timorem.licet ergo ſit diſpenſatus,ut ſit canonicus,non erit diſpenſatus ut ſit iudex: quia illud non eſt conſecutiuum neceſſarium ad canonicatum. c. cum xx. de offic. deleg. ad quod faciunt quæ dixi.dicam in materia diſp. conc.2.

Item allegat Fely.ꝙ quanuis ſit factus canonicus,tamen non deſinit eſſe monacus.gl. & Domi. in c.quorundã. de elec. in 6.in uer. mendacium,& Thom.2.2.q. 185.ar.ultimo, concludentem quòd in omnibus compaſsibilibus cum dignitate epiſcopus remanet monacus.quod facit ad.q.

An religioſus factus epiſcopus poſsit mu
30 tare habitum & portare Rochettum.† & cõ cluditur quòd non:quia incideret excommunicationẽ. doct. in c. quod Dei timorẽ Abb. in c.clerici.el.2.de ui.& ho.cle. Car. in clẽ. 1. in fi.prine.de ſta.mo. & in cle.ne in agro. in princ.in 3.q.de uit.& hon. cler. Iaſ. in autem ingreſsi.col.3.Ver.2.limita.C.de ſac.ſan.eccle. Quę opi. ſeruatur de facto.tamen mihi nunquam placuit:quia uidetur quodammodo monſtrum uidere epiſcopum cucullatum, difformem habitu ab alijs.ar.text. in c. Deus qui.de uit.& hon.cler.

In principali tamen.q.exiſtimo Fely. erra
31 re: †quia monacatus nõ eſt qualitas quæ inhabilitet ad cauſæ cõmmisſionem , dummo
32 do adſit qualitas aliàs requiſita.†patet quia Abbates epiſcopi monaci poſſunt eſſe delegati.ut per omnes.in c.ſtatutum.

Nam licet remaneant monaci, ut dicitur, tamen eximuntur ab obedientia Abbatis.
33 † c.ne pro cuiuslibet.16.q.1.no.in cle.2.in fi.de celeb.miſ.ideo argumentum Fel.non cõcludit:quia monacatus concurrens cum dignitate,nõ inhabilitat aliquem ante cauſæ co
34 gnitionem.†

Minus obſtat illud quod dicitur de cõſecutiuo diſpenſationis:quia ut dixi,qualitas monacatus non repugnat ſicut qualitas ætatis.

In hac materia eſt deciſio Rotæ.209. in anti.quæ dicit,quòd quãdo cauſa committitur monaco habenti perpetuum officium in eccleſia cathedrali,ualet,etiam ſi non fiat mentio de monacatu:quia uidetur cancellaria ap-
35 probaſſe.† ad l. Quidã conſulebant ff. de re iu.quæ deciſio uidetur repugnare ſibi:nam ſi non fecit mentionem de monacatũ, quomodo potuit ſciri quòd procedat ex certa ſcientia.Sed reſpon. quòd qualitas monacatus ibi non erat in conſideratione:quia ex quo habebat officiũ ꝑpetuũ,ſed qualitas deficiẽs: quia ſ.nõ hẽbat dignitatẽ,nec canonicatũ,nec ꝓſonatum,ſed officium tantum,ratione cuius cã non poterat committi.gl. in d.c. ſtatutum.in uer. canonicis.ex quo igitur in committendo facta eſt mentio de officio, uidetur cancellaria ex certa ſcientia uoluiſſe committere cauſam officiali.ideo dicitur quòd non erat habenda mentio de canonicatu: quia illa qualitas non conſiderabatur.& ſic facit deciſ. pro opin.noſtra.

Quarto quæro. An religioſus poſsit eſſe
36 locumtenẽs legati,& decidere cauſas?† Sol. poteſt quidem eſſe locumtenens : quia legatus eſt dominus exemptorum . Decidere autem cauſas non poteſt,ex quo non habet qualitates de quibus in c.ſtatutum. Tamen ſi cõſtitueretur ita generaliter,& nõ exciperetur, ualerent geſta,propter l.Barbarius.ff. de off. or.ui.Rot.deciſ.274.in ant.uolentem monacum poſſe eſſe officialem, uel locũtenentem officialis epi,& cognoſcere de cauſis,ſi nõ excipiatur

cipiatur, secus si fiat delegatus à Papa, & non fiat mentio de monacatu.

Quinto quæro. An legatus possit conferre
37 religioso simplex beneficium?† Sol. non potest: quoniam religiosi sunt secularium benefi
38 ciorum incapaces.† licet de parochiali conce datur propter ecclesiæ utilitatem. c. Quod Dei timorem.

Sexto quæro. An religiosus assumptus ad ecclesiam parochialem per episcopum uel legatum, teneatur dicere officium iuxta morem se
39 cularium, an uero regularium?† Sol. tenetur in dicendo officium se conformare aliis clericis ecclesiç uel diœcesis. Car. in cle. fi. de celeb. mis. & in cle. Dudum. §. nos. q. 12. de sepul.

Septimo quæro. An religiosus huiusmodi possit comedere carnes sicut reliqui cleri-
40 ci.?† glo. in c. de monacis. 16. q. 1. asserit posse comedere ne scandalizent alios. & ita de facto obseruant.

Fallit tamen, quando haberent socium sui ordinis. Henr. in c. quod Dei timorem.

Octauo quæro. Pone quòd legatus habeat auctoritatem conferendi ecclesias parochiales collegiatas: an possit conferre illas monacho?
41 Sol. non poterit propter rationem tex. in cle. 1. de elect. ne congregentur homines diuersi habitus. uide tamen ea quæ dicunt doc. præcipue Henr. in c. quod Dei timorem. in 2. distin. ubi tractat quid de aliis ecclesiis regularibus diuersi habitus: an dispensatiue per episcopum assummi possit. & quid de dignitate seculari. ut ibi per Abb. col. 2.

Nono quæro. An religiosi assumpti ad beneficia secularia, sint exempti a iurisdictione suo
42 rum superiorum?† Sol. subsunt soli episcopo quo ad obedientiam: in reliquis tenentur seruare regulam quantum possunt, ut suprà dixi. Henr. & Abb. in c. quod Dei timorem.

Decimo quæro. An hospitalia possint com
43 miti per legatum religioso† iuxta clem. quia contingit? Sol. de iure communi non potest. Car. in cle. 2. q. 13. de præben. & in cle. 2. §. ut autem. q. 1. de relig. domi.
44 Fallit tamen hoc, quando hospitale† haberet ecclesiam curatam annexam. Card. ubi supra.

Fallit secundo, quando hospitale esset solitum gubernari per religiosos: ut multa hospitalia quæ sunt de mensa monasteriorum. tunc enim sicut Abbas posset unum ex suis religiosis præficere: ita & legatus per Reg. sæpius allegatam. ita tenet Lap. in trac. hospit. in 4. col.

Fallit tertio, quando religio est fundata in hospitalitate. Lap. ubi supra.

Fallit quarto. Generaliter ubicunque necessitas hospitalis & pauperum id suaderet: quoniam etiam episcopus hoc casu potest monachum à monasterio auocare a claustro. Rot. decis. 274. in ant.

Vndecimo quæro. Legatus habet liberã facultatem conferendi beneficia quæcunque secularia regularibus: an tunc requirendus sit cõ
45 sensus Abbatis?† Non reperio. q. decisam. tamen Gondis. in tract. de excell. Cardi. in 5. q. col. 19. uer. ex his infertur.

Dicit electionem factam de monacho ad pontificatum esse nullam sine consensu Abba
46 tis,† eo quòd monachus non habens neque
47 uelle neque nolle, non potest consentire.† c. si religiosus. de elec. in 6. c. cum concessa cod. ti. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. quæ decisio tanto magis militat in casu nostro: quia requiritur cõsensus, ut beneficium acquiratur. c. si tibi absenti. de præben. in 6.

Contrarium tamen existimo uerius. Nam si legatus potest libere conferre monacho:
48 † ergo & ille libere acceptare. aliàs collatio non esse libera. ad ea quæ dicunt gl. & Card. in clem. Dudum. de sepul. & Archi. in c. 1. de sup pl. neg. præl. in 6. late mod. in l. j. in 2. col. C. de sac. san. ecc. de uerbo libere.

Præterea cum legatus sit exemptorum dominus, eius collatio sciẽter facta operatur con
49 sensum Abbatis.†

Item: quia si Papa uult quòd possim conferre monacho: ergo etiam uult quòd monachus possit acceptare. ar. in l. oratio. ff. de spon. id o dicit Collect. in c. quod dilectio. de consang. & affi. quòd si Papa dispensat mecum ut possim cõtrahere cum consanguinea in tertio gradu, illa poterit etiam contrahere mecum sine alia
50 dispensatione.† uide quæ dicam in materia dispens. concl. 2.

Ad decis. Gondissal. dic quòd est falsa: quia siue sit monachus, seu quicunque alius, postq̃ electus est in pontificem, non potest opponi
51 aliqua exceptio.† ut per omnes. in c. licet. de electio.

Eo enim ipso quòd per Cardinales electus
52 est, efficitur Papa & superior omnium† ut ibi per eos. Et monachus licet careat consensu
53 ciuili, non tamen caret naturali & uero.† secundum Car. in d. cle. cum concessa. & quãtum ad decis. Gondis. contrarium tenent. Matth. & Car. in cle. cum concessa. Rosell. in sua mon. trac. 2. col. 18. uer. & ex his. fol. 31.

Duodecimo quæro. An legatus possit assi-
54 gnare pẽsiones religiosis?† uide supra in tractat. pensionum in 4. q. principali. q. 8.

Tertiodecimo quæro. An & quando beneficia secularia possint dari regularibus. & e cõ
55 tra.† uide Henri. in c. possessiones. de reb. eccle. non ali. late distinguentem in hac materia, ubi plene tractat quando beneficium dicatur solitum per seculares, & quãdo per regulares.

Quar-

Quartodecimo quęro. Vnde hoc, quòd cũ conceditur legato facultas dispensandi cum religioso ut seruiat ecclesiæ seculari, apponitur clausu. petita & obtenta licentia. cum satis esset dicere, petita: quia quod petendum est animi effectum habere debet ut not. Genel. in extrauag. si fratrum. in glo. obtenta. ne sed. uacan. Phil. in c. quam sit. in uer. electus. de electio. in 6. in c. Religiosus. de testament. eod. lib.? Solut. apponitur ad excludendum dubium, quod resultare posset ex c. Licet. de Regul.

Decimoquinto quæro. An dispensatio facta à legato habente facultatem cum monaco ad beneficium seculare, intelligatur de primo?
56 † uide Egi. consil. 32. dicam in materia dispensa.

Decimosexto quæro. Legatus habens facultatem ponendi unum monachum in quolibet monasterio suæ legationis, concessit cuidam ut reciperet in monachum & in fratrem certi monasterii: an hoc casu fratres habeant annum probationis? Frater Iaco. disputauit hanc q. ut refert Io. And. in Reg. indultum. & tandem concludit, annum dari monasterio. Non tamen erit liberum in expellendo sicut si legatus non scripsisset.

Decimoseptimo quæro. An legatus possit dare licentiam pręlato exempto deserendi
57 monasterium, & transeundi ad aliud? † Dicendum posse: quoniam est superior exempto-
58 rum † c. si abbatem.

Quomodo autem religiosi transeant de
59 una religione ad aliam, † uide Philip. in c. cum singula. de præbend. in 6. Et quòd etiam ex dispensatione episcopi transeant ad arctio-
60 rem uel parem, † uide text. in c. significatum. de regul. immo quo ad transitum ad ar-
61 ctiorem, non requiritur dispensatio, † sed sufficit licentiam petere; quanuis non obtinea-
62 tur. † c. licet. eod. tit. Vide Abbatem in d. c. significatum. & in c. non est. eo. titu. Ioan. And. in addi. ad Spec. in titulo de dispens. §. sunt quoque uers. xxij. ubi concluditur episcopum posse dispensare cum causa ut quis tran-
63 seat ad laxiorem, uel parem. † Et dicit Roma. in consil. 241. quòd Transitus ad laxiorem dicitur semper indebite fieri, quando non
64 habet licentiam superioris. † An autem translatus auctoritate apostolica ad unum monasterium, possit deinde reuerti ad pri-
65 mum sine licentia Papæ. † uide Fed. consil. 263.

Iusta autem causa transeundi ad laxiorem
66 uel etiam parem, † erit austeritas regulæ, in qua est.

Nam propter abstinẽtiam & rigorem reg. non debemus necessaria corpori subtrahere. c. non mediocriter de consecra. dist. 5. Quare dicenti se non posse ferre rigorem regulæ, cre-
67 ditur? † tamen apud Deum non erit excusatus, si mentitur. Abb. in c. non est. in fi.

Et quantum dixi, non requiri dispensationem, quando sit transitus ad Arctiorem. intellige quòd sit arctior ex regula, & quòd obseruetur. Abb. in c. sane. de regul.

Decimo octauo quæro. An legatus possit dispensare ꝙ professus in una religione eliga-
68 tur in prælatum alterius? † Solu. Innoc. in c. officii. de electio. dicit non posse, per illum text. qui irritat electionem auctorizatam a legato.

Contrariũ tñ sentiunt Abb. & Collec. in d. c. officii. & Specul. hoc titulo. §. consequenter. uers. legatus. habent enim regulę istæ eandem professionis substantiam. c. cum ad monasterium. de sta. reg. Vnde facilis est ab una ad
69 aliam transitus. † l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendic. in c. officii, electio fuit damnata, tanquàm facta de homine inexper-
70 to, & nullius religionis professo.

Fallit tamen hoc, quando eligeretur in prælatum laxioris regulæ. gl. & Domi. in d. c. cum singula.

Decimo nono quæro. An legatus possit dare licentiam monacho eundi ad partes ul-
71 tramarinas? † Et dicendum posse: quia in extrauag. Ad nostrum. Ioan. 22. excommunicantur omnes religiosi euntes ad partes ultra-
72 marinas sine licentia prælati. † Legatus au-
73 tem est pręlatus omnium exemptorum. † ergo &c. Et credo etiam quòd legatus possit ab-
74 soluere illum, qui iuit sine licentia: † quia non est materia ardua.

Vigesimo quæro. An religiosi, maximè exempti, possint cogi ut exeant obuiam lega-
75 to uenienti? † uide tex. & ibi docto. in c. nimis praua. de exces. prelat. & Felyn. in c. Dilecti. col. pen. uer. Circa xi. de offic. ordin. ubi tractat, quando essempti unà ire processionaliter, & tandem concludit quòd non possunt uocari ab episcopo ad processiones, nisi ex
76 causa magna. † Causa autem magna est
77 aduentus legati. † ergo uocari poterunt: excommunicari autem non poterunt per episcopum, sed per legatum bene poterunt: quia
78 ipse est iudex eorum. c. si abbatem.

Vigesimoprimo quæro. An legatus possit indicere arctiorem uitam religiosis: etiam si obseruent regulam antiquam, quam professi
79 sunt? † Et uidetur posse: quoniam non solum Papa, sed etiam Abbas potest arctare monachos, qui renunciauerunt propriæ uolũtati, dummodo id quod præcipit, impleri possit.
80 † Abb. in c. super eo. de regul. Attamen si arctatio esset notabilis, non credo id uerum. ut si uellet adimere proprium habentibus in

com-

communi, uel adimere carnes his, quibus
81 ex regula permittitur.†

Non enim arctandus est aliquis ultraquàm
82 lex arctet. † c.gesta.84. dist. ubi glo. tenet quod dixi.

Ratio Abb. & aliorum in c. super eo. concludit respectu eorum, quæ sunt ad conseruationem regulę: quia si ex abusu intermissa esset reg. potest Abbas & legatus cogere mona-
83 chos ad obseruationem. † de materia per Fel. & Deci. in c. ad nostram. de appel.

Vigesimosecundo quæro. An legatus possit dispensare cum monacho, ut contrahat matrimonium eo casu, quando linea illustris fami-
84 liæ deficeret? † Sol. docto. uarie sentiunt in hoc de potestate Papæ: communior tamen opi. ꝙ Papa possit facere de monacho non mo-
85 nachum: † quia monachatus est de iure positi-
86 uo, † de quo late per Fel. in c. si quando. col. 3. de resc. & Anch. consi. 335. qui refert quendã Remigium monachum & sacerdotem de sanguine Aragonum, fuisse dispensatum ꝑ sedem
87 ap. & contraxisse matrimonium, † natamque ex eo Petronillam, ex qua natę sunt octo generationes domus Aragoniæ. sequitur hoc Bald. in l. paterfamilias. §. si. ff. de Adop. dicens, quòd filius unicus Regis monasterium ingrediens, plus peccat quàm mereatur: cum expedit hoc casu potius generationi quàm contemplationi intendere. de quo Ias. in l. si arrogator. col. 2 uer. item attẽde. ff. de adop. & ꝑ An. Sic. in rub. C. qui adm. col. 25. ubi enumerat multos casus
88 similes, quãdo liceat trãsgredi iura: † tñ quo ad legatum, dicendum non posse: quia dispen-
89 sare in matrimoniis, spectat ad Papam. † per Abbas in c. ex publico. de conuersat. coniug.

Vigesimotertio quæro. An legatus possit
90 cognoscere de causis religiosorum † habentiũ priuilegium ut non possint conueniri non facta mentione de eorum ordine? uide supra in materia iudiciorum.

LIBRI OCTAVI FINIS.

LIBER NONVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *LEGATI potestas, legatione finita, quæ nam esse intelligatur.*

2 *Legati potestatem, etiam mortuo Pontifice, perdurare.*

3 *Legationẽ altero de quatuor modis finitam & censeri.*

4 *Legatus si quando legationi suæ renunciare possit & ualeat.*

5 *Legationi à Papa iniunctæ non de facili renuntiari, cum alioqui imperium à se abdicare non sit permissum.*

6 *Papa in deputando secundum legatum in prouincia, si quando primum reuocasse dicatur.*

7 *Datione secundi Tutoris, primum non reuocari.*

8 *Legati nati auctoritatem, per aduentum legati de latere non extingui.*

9 *Vicarij & episcopi, unum & idem Tribunal reputari.*

10 *Ordinarios plures esse, qui errata corrigant, non incongruum censeri.*

11 *Pluralitas Principatuum mala, Philosopho teste.*

12 *Consulum iurisdictionem, uoluntariam esse.*

13 *Dispositio text. in c. prudentiam. de officio delega. quo casu procedat, & locum sibi uendicet.*

14 *Calderini opinio sustentatur.*

15 *Communionem discordiarum matrem reputari.*

16 *Tutorum multiplicitatem dari, cum expediat pupillo propter fideiussores, quos præstant.*

17 *Legatorum de latere facultates, si quando Pontificem reuocasse dicatur.*

18 *Legatus de latere sub generali sermone non comprehendi ob eorum gradus excellentiam.*

19 *Legatos & si nuncios esse dicamus, speciali tamen nomine & de latere nuncupari.*

20 *Intentionem Papæ reuocantis, facultates nuntiorum, ad legatos de latere non extendi.*

21 *Legatus, si furore uexari contingat, an legatio finita dicatur.*

22 *Episcopo furioso coadiutorem deputari.*

23 *Legato reuerso ad urbem ad effectum interessendi electioni pontificis, si legatio finita dicatur, & expirasse.*

gata non ordinaria semper uti.
72 Auditorum officium, mortuo Pontifice, expirare, quo casu procedat.
73 Officia Ro. Cu. morte pontificis non cessare, sed dormire, cum licet Papa non sit in actu, attamẽ in potentia existat.
74 Auditores Rotæ, mortuo Pontifice non procedere, communiter obseruatum alids, & nuper obseruari.
75 Vicecancellarij officium, si sede uacante cessare intelligatur, uel permanere.
76 Vicecancellariam in Romana Curia post papam omnibus aliis officialibus maiorem esse.
77 Vicecancellarius cur magis dicatur, quam cãcellarius, & qualiter introductum.
78 Vicecancellarij potestas, de quo potissimum tempore introducta.
79 Vicecancellario, etiam in commißionibus causarum formam iuris transgredi permissum.
80 Vicarij officium, si morte pontificis extinctum intelligatur.
81 Correlatiuorum, uno perempto, & reliquũ peremptum censeri.
82 Vicarij officium per obitum papæ non conquiescere, si quando perpetuo, idest ad uitam eãdem deputari contigerit.
83 Auctorem in uicarium perpetuum a Clemente 7. deputatum.
84 Vicarium perpetuum cubiculariis papæ, & auditoribus consimilem esse.
85 Gomesium in utraque censura consumatissimum, & Auctori non uulgari amicitia obnoxium, de officio Vicarij tractatum compilasse.
86 Cardinalium maior pars, si quando contradicente minore, scrutinium secreto fieri, absque eo quod publicetur nomen personæ dantis uotum, statuere posit, & ordinare.
87 Electioni pontificis nullam præscritam esse formam.
88 In expediendis, ab uniuersitate factum, a maiori parte attendi consueuisse.
89 Electionem si à duabus partibus ex tribus fieri contingat, attendendam esse & de unanimi concordia factam censeri, ac reputari.
90 Factum à maiori parte, ab omnibus factum censeri.
91 Antiquum usum ab immemorabili tempore citra inductum, Decretis patrum æquipollere.
92 Electionis modum quandoque scandalum excitare, exemplum subinserendo.
93 Vota libere præstari in electione Pontificis, sacrorum canonum dispositione enixe cauetur.
94 In actibus in quibus maior pars præiudicat minori, ita & taliter intelligendum, nisi minor pars aliquid adduxerit propter, quod non expediat sequi, quod maior pars intendit.
95 Factum a maiori parte, si minor se se opposuerit se quando ratum haberi possit.
96 Pontificis electionem differendam non esse, quam iura quàm celerrime fieri mandant.
97 Electiones Pontificis scrutinio publicato fieri, & aliter factas, suspectas haberi, canonum dispositione cautum est, & prouisum.
98 Tenebras ad dictum fabricandum aptas reputari, & malè agentem lucem odio habere.
99 Intellectus.c.licet.de elect.
100 Maior concordia dicitur, si quando omnes in unam sententiam conuenerint, nemine penitus contradicente.
101 Eligentibus si quando per electionem eligere permissum.
102 Electionem à duabus partibus ex tribus ad minus in pontifice requiri.
103 Electio si quando à maiori parte, uel ab omnibus fieri dicatur.
104 Ordinatio facta extra conclaue de pontifice eligendo, quòd minus teneat.
105 Electionis præparatoria in loco electionis celebrandæ fieri oportere.
106 Absentes in electionibus uocandos esse.
107 Cardinalibus si quando tempus intrandi conclaue ultra decem dies de iure assignatos prorogare permissum sit.
108 Electum à duabus partibus Cardinalium, Papam censeri, quauis exceptione remota.
109 Verbum, conuenire, quid denotet, quòdque Imperatiui modi, & necessitatem importare dicatur.
110 Beneficium indultum à lege uel constitutione, quod aliter auferri non debeat.
111 Cardinalibus dispositioni.c.ubi periculum.derogari permissum non esse.
112 Scismatis scandalum quàm maxime euitari oportere.
113 Cardinalium uni parti, si quando de non dando uocem certis Cardinalibus uouere, ac iurare permissum sit.
114 Auctorem consultum super casu præmisso post obitum Leonis papæ.
115 Iuramentum & conuentiones in præmisso casu improbari, & qui talia moliantur, animaduersione dignos existere.
116 Electorum corda in electione pontificis æqualiter moueri oportere, ad unanimem consensum celebrandæ electionis, utilis & bonæ pro uniuersali ecclesia.
117 Concordiam, ieiuniis, & orationibus impetrandam esse.
118 Vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoatu principio.
119 Prælatus ecclesiarum ne eorum facto populũ scan-

scandelizari cōtingat, quàm maxime cauere oportere.
120 Electorum libertas, siquando arctari dicatur.
121 Optione libera de seruis legata, si unus subtrabatur, quòd optari non possit, optio ipsa impediri dicitur.
122 Consuetudinem restringentem electionem ad certum genus personarū ipsius electionis libertatem adimere.
123 Iuramentum in praeiudicium tertij aliter non ualere.
124 Non item in praeiudicium Pontificalis dignitatis, cum sit contra caritatem.
125 Cardinales uolentes exire conclaui, Pontifice aliter non electo, si ab ipsius conclauis custodibus prohiberi possint.
126 Cardinalibus ex conclaue exeuntibus, alijs remanentibus, pœnam indictam esse ut uocem amittant.
127 Cardinalium egressu è conclaui, siquando electionis impedimentum praestari contingat.
128 Ius eligendi Pontificem in Cardinalibus in conclaui permanentibus remanere.
129 Cardinalibus recedentibus è conclaui, Pontifice non electo, quòd incumbat onus denuo intrādi & Pontificem eligendi.
130 Cardinales omnes, siquando cohiberi possint nè conclaue exeant, Pontifice non electo.
131 Turpius eijcitur quàm non admittitur hospes.
132 Cardinales è conclaui exeuntes, re infecta, et sine pastore ecclesiam deserendo, per seculares potestates opprimi posse.
133 Cardinalibus, si quando è conclaui exire permissum, Pontificis electione non subsecuta.
134 Pestis, uel ruina iminens domus, iustam praebet causam Cardinalibus è conclaui exeundi, Pontifice non dum electo, & alibi conclaue instituendi.
135 Ex causa iura transgredi licere permissum.
136 Electionis ius, si quando penes unum ex Cardinalibus in conclaui remanentibus stare intelligatur.
137 Collegij ius etiam in uno quandoque remanere.
138 Cardinali, si quando in Pontificem seipsum eligere permissum sit.
139 Practica in hanc rem, si quando quis seipsum eligere, uel alteri uices suas demandare possit ad idem.
140 Practicam praemissam Decius impugnare uidetur.
141 Auctoris opinio refertur.
142 Accessus qualiter sit considerabilis in materia electionis Pontificis.
143 Variationem in clerici electione damnari.
144 Accessum plerumque cumulatiuè, non priuatiuè siquidem considerari.
145 Patrono clerico, siquando uariare permissum.
146 Scrutinio publicato per accessum adhaereri posse.
147 Statutum & constitutio facta per D. Cardinales ante electionem Hadriani in materia accessus, qualiter considerabilis existat.
148 Cardinalis unus, si quando in eodem scrutinio plures nominare possit, et accessus fiat sine praeiudicio uocis alteri datae.
149 Cardinales uiginti, si conuenerint in nominādo duos, ita quod quilibet eorum haberet duas partes ex tribus, uel fieret per uiam accessus, uter eorum Papa intelligatur & sit.
150 Primo loco nominatum, in Pontificem reputari ex Gondiss. sententia, & qua ratione.
151 Auctoris opinio in casu praemisso, neutrum pontificem esse.
152 Electio Reuerendissimi Dertusensis in Pontificem, bonae atque integrae opinionis, uiri Theologi & in partibus hispaniae commorantis.
153 Ecclesia ne dum ante acceptationem quòd uacare intelligatur, uerum etiam acceptatione subsecuta, si electum abesse contigerit.
154 Cardinalibus si interim officia ecclesiae ordinare & iurisdictionem exercere, permissum sit.
155 Collegijs uacante sede, pleraque multa permitti, quae eadem plena denegari contingit.
156 Eligere non acceptantem, uel non eligere, unum & idem reputari, & paria censeri.
157 Fraudibus & dolis uiam aperiendam non esse.
158 Electio facta de absente, antequàm acceptet, quòd electio dici non possit.
169 Verba cum effectu intelligi debere.
160 Deum gloriosum, ecclesiam suam sine custode relinquere non usquequaque uerisimile reputari.
161 Electione ius electo quaesitum censeri.
162 Absentiam, morti aequiparari.
163 Electo ante acceptationem ius in re non competere.
164 Necessitas erit, non licito licitum inducere.
165 Concilio etiam in spectantibus ad Papam, si in expectanda successione noui Pontificis urgens necessitas immineat, intromittere permissum.
166 Necessitatis plures siquidem effectus, Felinum alibi cumulasse.
167 Specie posita, ad generis positionem non inferri.
168 Auctoris opinio refertur.
169 Viarum longa discrimina, turbata bellis itinera, deliberatio electi ad acceptandum in longum electionis effectum protrahere.

170 In-

LIBER NONVS.

De facultate legati legatione finita.

NONVS liber agit potisſimum de poteſtate legati de latere: & de effectu legationis finitę.
1 † quod argumentum uelut ſuperfluum, quod ex anterioribus ſatis conſtare potuiſſet, legati poteſtatem, etiam mortuo pontifice, perdurare,
2 † omittere inſtitueram: ſed intempeſtiua Leonis.x. mors, & diutina, quæ inde ſecuta eſt uacatio ſedis Ap. effecit, ut præſentem librum alijs adiicerem: in quo præter, ea quæ dixi, pleraſque in quibus tunc interrogatus fui. qq. ad reliquos Reuerendisſimos Cardinales, & Roma. curię ſtatum pertinentes, ut breuius potero, attingam. in omnibus me rectius ſentientium iudicio ſumittens.

Quæro igitur primo. Quomodo finiatur legatio? Reſp. quatuor modis.
3 † Primo, quando datus eſt legatus ad certum tempus finito tẽpore &c. Secũdo, quãdo reuocatur. Tertio quã do moritur. Quarto, quando egreditur legationem animo non reuertendi. glo. in c. præſenti. hoc titulo, in 6. Hoſt. in ſum. eo. titulo §. finitur. ex quibus oriuntur multa dubia, quę inſequentibus. qq. explicabuntur.

Secundo ergo quæro. An legatus posſit renuntiare legationi, & dicendum non poſſe?
4 † quando a Papa iniungitur legatio: quia
5 non poteſt quis imperium a ſe abdicare. † Spec. in. §. nunc oſtendendum. hoc titulo. Collect. in c. excommunicatis. in fin. eo. titulo. & Io. And. & Domi. in c. præſenti. eo. titulo, in 6. Ideo illud quod dicitur, legationem extingui, quando quis egreditur prouinciam animo non reuertendi, intelligitur eo caſu, quo potuit per licentiam Papę, ut ibidem declarant, doct.

Tertio quæro. An Papa deputando ſecundum legatum in prouincia, uideatur reuoca-
6 re primum? † Sol. uidetur dicendum, legatum non eſſe reuocatum: quia per dationem ſe-
7 cundi tutoris non reuocatur primus. † l. 2. C. de teſt. tut. ergo nec etiam per dationem ſecundi legati. Item, de hoc eſt quaſi tex. expreſſus, in c. uolentes. hoc titulo. ubi Abb. hoc notat, dicens eſſe de mẽte aliorum doctorum, ex quo in illo tex. conſtat, quòd per aduentum legati de latere non extinguitur auctoritas le-
8 gati nati. † hanc opin. tenet gloſ. in c. nõ autẽ. 7. q. 1. Spec. in. §. finitur, hoc titulo. Domi. & & Philip. in c. licet. de offic. ordin. Vic. in 6. in glo. fi.

Dicentes ſecus eſſe in Vicario epi: quia faci
9 unt idẽ tribunal. † c. j. eo. tit. & li. in hoc tamen de Vicario, contrariũ diſſentiunt. Abb. in c. uolentes. & Card. in c. ſua. de offi. Vica. quia nihil repugnat eſſe plures ordinarios, qui errata cor
10 rigant. † l. i. ff. de offic. conſ. ubi quilibet conſul

sul exercet iurisdictionem suam insolidum. ad hoc c. prudentiam. de offi. deleg. cle. & si principalis. de resc.

In contrariam sententiam inclinauit Cald. in c. sua. per l. si quis cum. §. ultimo. ff. de procur. c. non iniuste. cod. titulo. Et ad c. uolentes. respon. ꝙ procedit in legato diuersæ speciei. hanc responsionem impugnat Abb. dicens, ꝙ si non tollit legatum minoris auctoritatis, nec etiam tollet, eum qui est maioris.

Opin. tamen Cald. sequitur And. Sic. in c. uolentes. ponderando tex. in l. meminisse. ff. de offic. proconf. in quantum dicitur unus proconsulatus. Item: quia pluralitas principatuũ
11 mala, † per philosophum. xii. metaphys. Ad hanc partem pro, & contra, facit decis. Rot. 265. in no.

Et ad. l. i. de offic. cons. respon. And. Sicul. illud esse: quia iurisdictio consulum est uolun-
12 taria, † secundum Spec. in titu. de feu.

Ad rationem. c. prudentiam. respon. habere locum, quando omnes iudices sunt loco
13 unius. †

Sed An. Sicu. non respondet ad c. uolentes. ubi est fundata intentio communis opin.

Nec. l. meminisse stringit: quia licet sit unus proconsul: tamen possunt etiam esse plures ad faciliorem exitum causarum. d. l. i. & quando ibi dicitur esse utile, quòd unus præponatur intelligitur ad minus: quia si plures, tanto melius. l. 2. C. de testam.

Et quod dicitur de uno principe, dic quòd si essent centum legati, Papa esset unus.

14 Placet tamen opi. Cald. † per text. in d. l. si quis cum. §. ulti. cum ratione, quam assignat Abb. in c. uolẽtes. Impedirent enim se per mutuũ concursum: & ecclesiæ utilitas minus pro
15 curaret. cum cõmunio sit mater discordię. † l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 3.

Item: quia legati sunt onerosi episcopis. ad. cle. 2. de off. ordi. ideo non creditur, Papã uoluisse duplicare onus. ad c. mandatum. de resc.

Hanc opi. probat. c. uolentes. tum in ratione, tum in dicto. nam si cessat officium legati nati: quia esset dedecus ap. se. ut sint duo &c. secundum ueriorem rationem: tanto magis in casu nostro, ubi æqualiter tenerent eundem locum. In dicto autem probat: quia per aduentum secũdi dilegati, cessat officium primi ut ibi.

Ratio autem, quare in totum non extinguit iurisdictio eius legati, est quia competit dignitati, non personę: quę dignitas non moritur. c. quoniam Abbas. de offic. deleg.

Ad id, quod dicitur de multiplicitate tutorum, dic quòd expedit pupillo: propter fideius
16 sores, quos pręstant. † ad ea, quæ leguntur insti. de satisd. tut. §. & si.

Fallit tamen hoc, si secundus legatus nondum esset ingressus pronunciã. d. l. meminisse. in principio.

Quarto quæro. Hadrianus sextus reuocat facultates cõcessas a prędecessoribus suis quibuscunque nuncijs: an cẽseantur reuocatę fa-
17 cultates legatorum de latere? † Respo. eas nõ esse reuocatas: quia generalis sermo non comprehendit legatos de latere ob excellentiam
18 gradus eorum. † c. j. hoc titu. in 6. ad hoc iura uulgaria, quòd quæ speciali. nomine &c. l. Itẽ apud labeonem. ff. de iniur.

Et quanuis legati sint etiam nuncii, tamen
19 speciali nomine de latere nuncupantur. † unde ex consuetudine nominandi hos nuntios, alios legatos de latere: arguitur quòd intentio reuocantis facultates nunciorum, non fuit re-
20 uocare facultates legatorum de latere. † l. certe. §. fi. ff. de præcar. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. pub. l. seruis urbanis. ff de leg. 3. in princ.

Quinto quæro. Quid si legatus efficiatur
21 furiosus: an sit finita legatio? † Sol. non est finita, sed reuocabitur ob furoris contingentiã: quamuis aliud sit in Episcopo, cui datur co-
22 adiutor. † c. grandi. de sup. negli. prælat. in 6. ad hæc tex. in l. qui furere. ff. de stat. homi. ubi propter furorem, non amittitur, neque iurisdictio neque dominium.

Sexto quęro. An, legato redeunte, ad urbem ut intersit electioni Roma. Pont. legatio ex-
23 piret. † Sol. non expirat: quia animo redeundi. ad. l. fi. ff. de offic. proconf. quæ procedit quãdo deponeret insignia in urbe animo non. re deundi. Doct. in c. pręsenti. hoc titulo dixi supra.

Septimo quæro. An quando legatus fit Pa-
24 pa, extinguatur legatio? † Sol. extinguitur: cũ intermittentem, & missum debeat esse diffe-
25 rentia. † c. per uestras. de iure patrona. facit in simili, quòd dicimus seruitutem extingui, quã
26 do res, quæ seruiebat, efficitur nostra. † l. si quis. c. del. ff. de serui. ruf. prædi.

Octauo quæro. An uacante sede Apo legatus possit uti facultatibus suis: & an censea-
27 tur reuocatus? † Sol. non censetur reuocatus, sed permanet etiam mortuo Papa, quando da-
28 tus ad beneplacitum sed. Ap. † quæ non mo-
29 ritur mortuo Papa. † c. legatos. hoc titulo in 6. quod intelligitur generaliter de omnibus legatis. ut ibi doct. secus si esset deputatus ad beneplacitum Papę. c. si gratiosa. de rescr. eod. lib.

Sed dubitatur, an sint reuocatæ facultates, quæ concessæ sunt ultra ordinariam potestatem. Et dubium facit: quia ratio quare non
30 reuocatur legatus, est: quia ordinarius. † d. c.

legatos. Sed legatus in his, quæ competunt ex speciali facultate, non est ordinarius
31 sed delegatus. † Archi. in c. j. de offic. ordi. in 6. Feli. in c. licet. eo. titu. in ant. in. 3. col.

Ad prædicta facit. glo. in c. literis. de resc. & in c. dilectus. de fil. præsby. quæ dicunt gesta per legatum ex speciali mandato uideri gesta
32 per Papam. † quod non est ita in his quæ facit iure legationis. ad hoc glos. in c. frater noster: in fi. xvi. q. i. in fi. & in c. si quis uestrũ. 2. q. 6. Spec. hoc titulo. §. nunc dicendum. uers. igitur.

Contrarium tamen credo uerum, ex eo ꝙ
33 auctoritas legatorum pendet a tenore literarũ facultatũ suarum, † ut dicit Ant. in c. Quod translationem. Vnde cum in literis simul exprimantur omnes facultates, & sub una concessione emanent, simul stant, & cadunt. c. trãslato. de constitu.

Præterea. Vicarius episcopi dicitur ordinarius, & facere iure ordinario omnia commissa per Episcopum, etiam si essent de his, quæ
34 requirunt speciale mandatum. † Domi. in c. licet. col. 3. de offi. uic.

Item maior est ratio, quòd mortuo Papa, legatus possit etiam requirentia speciale mandatum: quàm uiuo Papa: quia non existente Roman. Pont. non potest aliter consuli partibus. ad hæc cons. Anch. 409. col. 3. uer. alterius etiam. pro quo facit: quia in locis remotis, ubi Papa facile consuli non potest, legatus potest
35 multa, quæ non posset in locis uicinis. † ut per doct. in c. antiqua. de priuile. & dixi aliàs supra.

Facit præterea rõ: quòd cum illæ literæ dent iurisdictionẽ uniuersalem, postquam incępit eis uti in uno, censetur perpetuata iuris-
36 dictio in omnibus. † ad no. in c. pastoralis. de offi. deleg.

Hanc partem uidetur sequi Ant. post Ioã. An. in c. ex tua. uers. quæro an concessa. de fil. præsby. ubi dicit facultatem concessa uni per modum gratiæ, permanere etiam mortuo Pa-
37 pa. † de quo p Feli. in c. licet. in princ. de offic. deleg. & per Domi. in c. 2. col. 2. de præben.

Non obstat quòd uideatur facere ut delegatus in specialiter commis. quia loquitur quãdo àliqua res seorsum committitur. Vel etiam si esset delegatus ad uniuersitatem causarum, non expirat iurisdictio, si incępit uti in uno. ex his infertur ad. q. de qua per Spec. in. §. finitur.

Nono quæro. Papa fecit. N. legatũ ad partes ultramarinas, & ad Franciam pro faciendo cruce signatos in consistorio: sed erant tantum expeditę literę pro regno Franciæ, ubi iam incęperat facere cruce signatos. moritur. Papa. quæritur an sit reuocata legatio ultra
38 marina? † Dicendum non esse reuocatam, ut concludit Ioan. And. in c. cum ex literis. Spec. in §. finitur. hoc titulo. ratio: quia legatio Fran
39 ciæ est præparatoria ad transmarinam. † unde res non dicitur integra.

Oportebit tamen expedire literas transmarinas: sed forsan credetur sine literis, si sit lega-
40 tus Cardinalis, † propter ea, quæ dixi supra, loco suo.

Decimo quæro. Quid si moriatur Papa antequam legatus intret prouinciam? Sol. si erat egressus urbem, res non dicitur integra. ideo
41 non expirat. † Ioã. And. & alij in c. 2. hoc titulo, in ui. aut non erat egressus urbem, & res est integra. ideo expirat. ad utrunque c. in causis. de offi. deleg. & secundum hanc distinct. saluatur opi. Spec. in d. §. finitur. ubi tenuit ex-
42 pirare antequam prouinciam ingrediatur. † & Collect. in c. excommunicatis. eo. titulo.

Vndecimo quæro. An Domini Cardinales possint reuocare legatos de latere, uacan-
43 te sede? † Dicendum non posse. glo. fi. in c. legatos. Io. An. in c. i. de schism. in 6. doct. in cle. ne Romani. & in c. tum ex literis. de in integ. resti.

Fallit, quando esset urgens causa reuocandi. Spec. in §. finitur. hoc titulo Host. in c. tum ex literis. glo. in c. 2. hoc titu. in 6.

Hanc tamen limitationem impugnat Ioã. An. in Addit. in §. finitur. & Gondis. in tract. de potest. Cardina. q. 6. col. 3. in principio, propter tex. in cle. Ne Romani. & in c. legatos. in distincte loquentes.

Ego tamen sequor opin. Spec. cum Cardinales ẽt in casibus uetitis, quando iminet urgens necessitas, possint se immiscere aliis,
44 ad ellectionem non pertinentibus. † c. ubi periculum. de elect. in 6. quæ potestas non est reuocata, p clem. ne Romani. aut quãuis aliàs dispositionem. cum iurium correctio. &c. c. cum expediat. de elect. eo. li. Nam possent, stante necessitate, Domini Cardinales inuitũ cogere ad legationem suscipiendam pro necessi
45 tate † uniuersali sed. ap. ut tenent omnes in clem. ne Romani. & probatur: quia si iminente necessitate non possent cogere, parum prodesset posse facere. c. præterea. de off. deleg. & hoc quo ad inferiores in dubiũ. Quo ad Cardinales, ualde dubito: quia par in parẽ &c. c. innotuit. de elect. &: quia omnes debent interesse negotio electionis. & uix potest esse tanta necessitas legati Cardinalis mittendi, ut electio non sit maioris ponderib. tamen si omnes Cardinales in id conuenirent, & iudicarent, causam urgentem oporteret acceptare. quoniã q̃n in

in mera periculũ eſt,receditur a regulis iuris. ergo etiam ad eam deferẽdam:quia par ratio. ſed poſtquàm occurrit loqui de Cardinalibus uacante ſede,ponam aliquas.qq. ſuper quibus aliàs interrogatus ſum.

Duodecimo igitur quæro. An domini cardinales, uacante ſede, poſſint creare legatos, & dare illis iuriſdictionem in ſubditos eccleſiæ: & auctoritatem conferendi benefi-
46 cia? † Et uidetur dicendum poſſe: quia ſi creantur legati Cardinales per eos, uera erit propoſitio. iſte eſt legatus & Cardinalis.ergo uera alia.ergo poterit conferre beneficia. c. j. hoc titulo in ſexto.Nam ſpeciale priuilegium
47 legatorum cardinalium, eſt collatio, † ut ibi. Facit: quia cui conceditur unum, conceduntur & quę ſequuntur. c. Oratio. ff. de ſponſal.

Nec uidetur obſtare,quòd domini cardinales non poſſint conferre: ergo nec conferendi auctoritatem dare.c.quod autẽ. de iure patro.quoniam facultas iſta non deſcendit a dante,ſed ab ipſa lege priuilegiãte Cardinalem legatum.Et hęc opin.placuit Paul.in cle. ne romani.

Placuit tamen opi.cõtraria: quam ſequitur Car.in d. cle. ne romani. & communiter alii. Nam hoc eſſet attemptare ea quæ ad Roman. Pont.d.cle.ne romani. Nec ſequitur:faciunt cardinales legatum.ergo ille legatus poteſt ea quę alij legati a Rom.Pont. miſſi. Nam & uacante ſede epiſcopali,capitulum facit Vica-
48 rium:†non tamen habet uicarius auctorita-
49 tem conferendi:†quam non habet ipſum capitulum,cum non poſſit capitulum transferre plus iuris quàm habeat. c.Nemo pót. de re gu.iu.in 6.Nec uenit hoc ex neceſſaria conſequentia,niſi quando mittunt a latere Domini Papæ.In caſu noſtro tales legati dicuntur magis nuntii ſed.apoſt.quàm legati.ut ibidem exponit Card.in §.irritum.q.14.

Et ſic euitatur.c.j.hoc titulo in 6. quia loquitur de legatis miſsis a Papa. quod patet ibi quando dicit:ſiue a nobis miſſi fuerint: ſiue ſuarum prætextu eccleſiarum legationis honore funguntur.loquitur igitur de legatis miſſis a Papa,& de natis. inquantum poſtea uult cardinales fungi hac prerogatiua conferendi, intelligitur de miſſis a ſe,non ab aliis, ut reſpon.conueniat interrogationi. l. ſi defenſor. §.qui interrogatus.ff.de interro. act. Nam de legatis natis non poteſt intelligi quod dicitur de cardinalibus,legatione fungentibus, ut ibi apud omnes conſtat.

An autem legati huiuſmodi poſſint petere
50 procurationem. † iuxta c. cum inſtantia. de cenſib.non determino.facit tamen quod poſſint: quia ibi fit ſolum mentio de ſede apoſt. non de Papa.

Decimotertio quæro. An poſſint interim
51 Cardinales alium Cardinalẽ facere. † Crediderunt nonnulli poſſe. Si. n. creant Papã, cur non Cardinalem,quod eſt minus.quod uiſum eſt placere Hug.in c.nullus.79.diſt.

Sed hoc falſum:quoniam per cõſtitutionẽ cle.ne romani,arctata eſt poteſtas Cardinaliũ uacante ſede,ut uni electionis negotio incum
52 bant.†unde nõ oportet intrare materiam:an uacante ſede,Cardinales habeant poteſtatem. de quo diſputatur in gl. c.nullus. nam p illam cõſtit.adẽpta.Vnde,cũ creare Cardinales ſit extra negotium electionis hoc nõ poterũt. & ad hoc tenẽt Hoſt.Io.And.Ant.& alii in c. licet. gl.& alii in cle.ne romani. & ſi erunt pautiores,concludantur,donec eligant, ut dicit Hoſtien.

Quartodecimo quęro.An uacãte ſede, Cardinales poſſint adiungere aliquem camerario eccleſiæ Rom.uel arcium cuſtodibus,ut pariter bona Ro.ecc.adminiſtrent,& arces cuſto-
53 diant?†Quæſtio iſta & aliæ, quæ ſequuntur, uenerunt in facto, quando uacauit ſedes per obitum fęlicis Recordatur Leonis x.

Hęc q.uidetur deciſa per tex.in d.cle.ne romani.in §.eo tamen prouiſo. ibi.ualeat tamen idem cetus ad tempus uac.huiuſmodi pro numero deficientium,uel ampliori,etiam quantum ad pœnitentiarios,ſi hoc eidem cetui &c. Nam quando dicit:uel ampliori, etiam quo ad pœnitentiarios. innuit ꝙ in aliis non poteſt ampliari numerus:ſed in pœnitentiariis ſpecialiter ſtatuitur propter ſalutem animarum. ergo non poſſunt adiungere aliquem camerario:tanto minus aliis officialibus,quorũ creatio eſt ſibi interdicta: quia in habentibus ſim
54 bolum,facilior eſt tranſitus. † l. in rem. §. item quæcunque.ff.de rei uendi. facit ad hoc generalis reg.illius cle.quæ uetat Cardinalibus omnia.

Exiſtimo tamen, quòd ſi manifeſta neceſſitas incumberet: ut quia Camerarius dilapidaret, uel Caſtellanus eſſet ſuſpectus, ne arcem proderet, litera Cardinales prouidere poſſent, per text. in dict. c. Vbi periculum. Immo ſi eſſet lex, quæ hoc prohiberet, non ualeret argument. in l. ex facto. §. j. ff. ad Trebellia. de uulga. & pupp.c. fin. de ſentent. excommu. in 6. c. Suggeſtum. de deci. lex enim quæ ducit ad iniquum non ualet, ut ibi. & faciunt tradita per Felyn. in c. 1. colum. 14. uerſ. Fallit quarto. de conſtitu. & Barbatia in Rubr. C. qui admit. Quando tractant materiam:an liceat recedere a iure ex cauſa.

Quinto decimo quæritur. An uacante ſede: appellari poſſit ad dominos Cardinales?

55 les? † Barto. in l. ubi absunt. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. tenuit Papalem iurisdictionem remanere in dominis Cardinali
56 bus, † sicut in aliis capitulis: ideo posse appellari. hoc uidetur sentire Anchara. in tractа. Schis. & Roma. in Repe. Rub. ff. de arbitr. col. 15. uer. sed pone. Contrarium tamen est uerum, propter tex. in clem. Ne Romani. nam ut acceleretur negotium electionis, iura noluerunt Cardinales se impedire de aliis ad iurisdictionem spectantibus, nisi quatenus exprimitur. de hoc Barbatia late, consil. primo. col. 22. in primo uol. & est de mente omnium, in cle. Ne romani.

Ad decisionem Anch. dic habere locũ quando uacat sedes ap. propter Schisma: quoniam tunc incertum quis sit Papa.

Decimoquinto quæro. Quid si Cardinales aliquando fecissent aliqua contra illam constitutionem: an acquirant ius faciendi idem in futurum? Solu. Vacante sede non currit præscri-
57 ptio. † gl. in l. si præses. C. quomodo & quãdo. iu. Rot. dec. 332. in no. præsertim in casu nostro, ubi est decretum irritans.

Attamen, si domini Cardinales allegarent & probarent cursum tanti temporis, de cuius initio non extaret memoria, illud esset obser-
58 uandum. † quia præsumeretur hoc sibi a Roman. Ponti. indultum fuisse priuilegium. ad l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aquę quoti. & ęstiu. hoc tamen casu debet allegari priuilegium. l. seruitutes. la grande. ff. de seruit. & probari ꝙ sit communis opin. talis priuilegii. Io. An. in c. cum apostolica. de his quæ fi. a prælа. si. con. cap.

Decimosexto quæro. An uacante sede, Cardinales possint confirmare episcopos electos?
59 † Et dicendum non posse. quod uidetur expeditum in clem. ne romani. & in c. ubi periculum.

At dubium est: an uacante sede, Archiepiscopi possint confirmare electos in episco-
60 pos? de hac re. †

Petrus Papa fecit elegans consilium, quod est inter tractа. Guidonis Papæ. fol. xxxj. ubi longa uerborum serie conatur ostendere cõfirmationem episcoporum spectare ad Archiepis. uacante sede: neque expectandam esse Roman. Pont. electionem. quod satis tolerari potest, cum & & legatus ex legationis officio id possit. c. si abbatem. de elec. in 6. quę intelligo de non exemptis: quo uero ad exẽptos speciale est in legato de latere.

Obstat huic decisioni, quòd per regulas & constitutiones Roman. Pontifi. quo ad ecclesias episcopales, sunt ligatę manus inferiorum: ergo etiam mortuo Pont. Roman. Et si expiraret reg. affectio causata excludet Archiepis. quia semel affectum &c. in extrauag. Pau. de qua ego late dixi supra, li. 3. in illa q.

An extrau. Pau. habeat locum in beneficiis
61 aliter reseruatis. †

Quia tamen ibi tenui illam affectionem nõ durare in aliis casibus, sequor opi. Petri: quam etiam sequitur commentator Reg. 2.

Nam licet hodie Rom. Ecc. uideatur præscri
62 psisse ius consecrationis & confirmationis. † ad no. in c. si in aliquo, ubi Archi. & Mod. 51. dist. Henri. in c. nec episcopi. de tempo. ordin. Goff. Host. in summ. co. ti. tamen, quando sedes uacat, non est prohibitio in non exemptis ut latè concludit in prælleg. consi. pro quo facit Decisio Franc. in extrau. iniuctæ. de elect. quando dicit pœnas illius legis non habere locum in assummente administrationem, literis non expeditis, quando sedes uacat, eo ꝙ ecclesiæ damnosum sit expectare.

Nec obstat ꝙ hoc inhibitum sit Cardinalibus, fortius legatis & archiepiscopis: quia alia est ratio prohibendi Cardinalibus, ut accelerent electionem Rom. Ponti. igitur secus in aliis.

Decimoseptimo quæro. An dum uacat sedes ap. Auditores Rotæ possint procedere sal-
63 tem in causis inceptis? † De dominis auditoribus Rotę dicit Spec. in tit. de offic. ordin. ꝙ habent delegatam in decidendo, ordinariam in procedendo, ex quo a Rom. Pont. sunt genera
64 liter deputati ad audiendum causas. † Gl. uero in cle. Auditor. de Resc. secuta Archi. in c. experientiæ. 11. q. 1. dicit ꝙ in curia rom. nullus habet iurisdictionem ordinariam, nisi Papa.
65 † quod est causa, quare eo mortuo, omnia officia cessent, exceptis quibusdam, quæ specialiter
66 conseruant. † in cle. Ne Romani. in uer. expirare. de elect. ꝙ uidetur sequi. Rom. Dec. 306. in no. quando dicit eos habere strictiorem iurisdictionẽ, quàm cæteri delegati. propter qđ uidetur sentire eos simpliciter delegatos.

Communior tamen opi. est, quæ Spec. se-
67 quitur. † de quo per gl. in c. solent. de senten. excomm. in 6. cum illa commissio, quæ fit per uicecancellariũ, sit potius distributio, quàm cõmissio: cum iurisdictio sit penes eos habitu: propter quod coram illis non procedit disposi
68 tio. † c. 1. de rescr. in 6. ut ibi firmat Domi. hãc opi. tenet Rot. Deci. 341. 362. 428. & 429. in no. habent tamen delegatam in sententiando, vt ibi dicitur.

Propterea, sententias suas amendari non poterunt, quamuis inoleuerit stylus, ut eas ad multos dies teneant, & sic emendent. uide Fel. in Rub. de offi. deleg. col. 3. uer. quæro utrum auditore Rotæ.

Ex quibus inferendo ad Sol. q. dicendum est

est eos posse procedere: siue dicas illos ordinarios: siue delegatum, seu mixtim.

Nam si ordinarii, res caret dubio, propter gl. in cle. Ne romani. in uer. expirare. & tex. in c. legatos. hoc titulo. Idem si delegati, propterea ꝙ morte delegantis non extinguitur iuris-
69 dictio in causis iam inceptis. † c. licet. c. gratum. de offi. deleg. c. fin. hoc titulo. Si mixti. i. ordinarii in procedendo delegati, in decidendo idem erit: tum quia in causis inceptis, sunt effecti ordinarii actu: tum quia pronuntiatio pendet a uirtute commissionis, cuius uigore agi cœptum est: & sic etiam quo ad ius pronuntiandi, res non est integra, postquàm a principio necessario influente effectus est de-
70 nominandus. † l. Damni. §. Sabini. ff. de damn. infect. & præcipue: quia domini auditores in processibus suis semper utuntur uia
71 delegata, non ordinaria. † ad doct. Bald. in l. si ut proponis. la 2. C. quomodo & quando iud. Ang. in l. si prætor. C. de offi. eius cui mã est iur. inquãtum ergo dicitur officium auditorum expirare mortuo Papa, intelligitur re inte-
72 gra. † Ant. in c. fi. de re iu. Card. in cle. ne romani.

Nec obstat, si dicatur eos desinere esse auditores Papæ: quia licet Papa non sit in actu: tamen est in potẽtia. ideo non cessant, sed dor-
73 miunt officia curiæ eo tempore. †

Sed & si etiam auditoratus in totum cassaretur: tamen nihil impedit processum causarũ inceptarum, per ea quæ tradit Bald. in l. si quis heredem. C. De instit. & substi. sub conditio. fac. circa medium. & in l. humanitatis. col. 16. C. de imp. & al. substit. in l. præpia. col. ultim. uer. extra quæro C. de fideicomm. de eo qui tempore quo factus est delegatus erat canonicus, postea amisit canonicatum.

Docto. tamen communiter dicunt obseruari, ut auditores non procedant mortuo Pa-
74 pa. id quod & nunc obseruatur. † uide Car. & Barba. in clem. auditor. de rescript. Quod credo receptum eo tempore, quando commissiones non fiebant auditoribus ut nunc. sed citabant nomine Papæ. ut refert Imo. in d. clem. Auditor. in 3. colum. uersi. secundo modo. & est deinde obseruatum generaliter: quia electiones Papæ celeriter expediebantur, & fiebant de præsentibus: itaque cum omnes essent occupati, tam in electionis futuræ preparatoriis, quàm in lætitia iam factæ, donec coronaretur, curia facile recepit ut omnes cessarent ab aliis officijs. isto autem tempore, quando iam est facta electio, & Papa est absens, propter detrimentum publicum non crederem stilum huiusmodi obseruandum.

Decimo octauo quæro. Quid de officio Vicecancellarij: an uacãte sede permaneatur?
75 † Sol. si, exceptis duobus casibus, reliqua officia cessant in illa cle. ne romani. utique hoc cessabit, quod non est de exceptis.

At: quia incidit mentio de Vicecancellario q. est patronus iustitię in Ro. Curia, & ma-
76 ior omnibus officialibus post Papam, † secũdum Car. in d. cle. Ne Romani. in 4. q. dicam de eius nomine. quare ita nuncupetur, dicam duo uerba.

Doct. in illa cle. Ne Romani. uolentes dare causam, cur magis dicatur Vicecãcellarius-
77 quàm cãcellarius, † narrãt somnia de beato Laurentio. item quia cõtentio potestatis erat inter ipsum & Papam. quæ omnia a uero absunt.

Quia ueritas rei ex antiquis Regestis colligitur, quòd a cc. annis supra, quando Cardinalis gerebat hoc officium, uocabatur cancellarius: quando inferior, Vicecancellarius. Et cum 90. annis continuis accidisset ut officiũ istud permanserit apud non Cardinales, nomen cancellarii non est auditum, sed uicecan-
78 cellarij. † quod nomen postea remansit, & eo nuncupati sunt etiam Cardinales: quemadmodum etiam fideicommissi nomen remansit eo tempore, deductum est quo ad necessitatem iuris. de quo per Imo. in c. Rainutius de testam. Quæ autem dixi, probãtur ex inspectione antiquorum Registrorum: quæ uidi opera Reuerendi D. Baptistæ Bini regentis cancellariæ: qui primus rem hanc animaduertit.

De potestate autem uicecancellarij qui etiam in commissionibus causarum transgre-
79 ditur formam iuris, † uide Dom. & Philip. in c. statutum. §. j. de rescr. in 6. doct. in cle. ne romani. & ignotum coment. in comento regularum cancell. & Gondis. qui rem hanc ampliori stilo tractat, in tract. de pot. Card. in 2. parte.

Ex præmissis inferre licet, quòd officium uicarij Papæ nedum cessat, sed omnino extinguitur, cum cesset ille Papa, cuius erat Vica-
80 rius. † Vnde correlatiuorum uno perem-
81 pto, perimitur reliquum † l. his solis. C. de reuo. donat.

Fallit tamen, si essent facti perpetui. i. ad ui-
82 tam, † sicut ego a Clemente VII. † Nam tũc
83 erit similis cubiculariis Papę auditoribus, &
84 similibus: † qui licet habeant nomen relatiuum ad Papam: tamen quia perpetui, dormiunt cum cæteris uacante sede, & deinde resurgunt.

Exigeret locus iste, ut de Vicarij officio multa dicerem, ne erga officium meum non gratus uiderer. Sed uigiliæ. R. D. Ludouici Gomertij, uiri in utraque censura consumatissimi,

tissimi, mihique non uulgari amicitia obstri-
85 stricti, † ab hoc me onere absoluunt., siquidē ille hac de re elegantem tractatulum composuit: quem uidebit, qui huiusce rei studiosus erit. leget doctissimi hominis scripta.

Decimonono quæro. An maior pars Cardinalium contradicente minore posſit ordinare ut ſcrutinium fiat ſecreto, abſque eo quòd publicetur nomen perſonæ dantis uotum:
86 † iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatam iſta q. cum his quæ ſequuntur, reuocata eſt in dubium apud Reuerendisſimos patres poſt obitum Leonis. X. quando multi Cardinales omni ſtudio contendebant efficere, ne Reuerendisſimus de Medicis eligeretur in pont. ideo proponebant nouitatem horum modorum.

Et imprimis uidetur, ordinationem huiuſmodi potuiſſe fieri: quoniam Ro. pōt. electio
87 ni nulla eſt præſcripta forma † c. licet. ubi docto. de elect. & in c. ne Romani. ergo domini Cardinales poſſunt quod uolunt obſeruare, dummodo eligant. Si Cardinales omnes hoc poſſunt: igitur & maior pars. quoniam in expediēdis, ab uniuerſitate factū, a maiori par
88 te tenet † l. quod maior. ff. Ad munic. c. Apoſtolica. 56. diſtin. Et quod dicitur de duabus partibus ex tribus in electione, & de unani-
89 mi concordia † in c. licet c. Vbi periculum. in cle. Ne romani. procedit in ſuis caſibus.. in reliquis ſeruabitur regula, quæ uult quòd factum a maiori parte, cenſeatur factum ab om
90 nibus. † l. Nam quod liquide. ff. de pen. leg. & hoc uidetur ſentire Abb. in d. c. licet. in 4. col. quando dicit quòd poſſunt religere ſcrutinio ſecreto uel publico. item per compromiſſum. ſed in eo quòd de compromiſſo dicitur, uoluit Ioan. Andr. quòd unus ſolus reſiſtere poſſet. ergo innuit Abb. quòd in caſu Scrutinii ſecreti ſecus. c. non ne. de præſump.

Reſpondi tamē interrogatus, diuersā ſententiam ueriorem. Si enim nulla eſt data forma a iure huic electioni. ergo nec ipſa maior pars, inuita minore, poterit dare aliam formam ab illa, quam antiquus uſus ab immemorabili tempore obſeruauerit. cum talis u-
91 ſus æquipolleat decretis patrum † c. cum dilectus. de conſu. l. minime. ff. de legi.

Iſte præterea electionis modus ſcandalum
92 facile excitat. † Quid ſi 130. electoribus 11. uelint procedere ſcrutinio ſecreto: nouem aperto? certe qui uolunt ferre ſuffragia, palam uetari non poterunt: quoniā nil aliud petunt canones, niſi ut libera ſint in pont. electione
93 uota. † difformis ergo erit electio. ergo ſcandali nutritiua. c. Deus qui. de uit. & honeſta. cleric.

Item, quando ſumus in actibus, ubi maior pars pǰudicat minori, ſemper intelligitur niſi minor pars rationabile aliquid adduxerit, propter quod nō expediat ſequi quod maior pars
94 intendit. † c. j. de his quæ fi. a ma. par. cap. glo. in d. cle. Ne Romani. ergo non eſt ratum quod ſit a maiori parte, quando minor ſe opponit, niſi per ſuperiorem declaretur, oppoſitionem mi
95 noris partis non obſtare. † At uacāte ſede nō datur huiuſmodi iudex: quia par in parem &c. l. Ille a quo §. tempeſtiuū. ff. ad Trebell. c. Innotuit de elect. ergo non eſt toleranda iſta mutatio, quæ poſſe afferre dilationem electioni Rom. pon. quam iura omnia celerrime expe
96 diri uoluerunt.

Quod uero ordinationi huic obiici quidꝗ iure poſſit, ex eo conſtat, quòd iura canonica uoluerunt electiones fieri ſcrutinio publicato:
97 & aliter factas ſuſpectas haberi. † c. quia propter. de elec. quoniā ut dicit lex. tenebræ ſunt aptę ad dolum fabricandum. l. j. §. de inſpiciendo. ff. de uen. inſpi. & omnis qui male agit, odit
98 lucem, † c. cum ex iniuncto. de hæreti. c. ut noſtrum. ut eccl. benef. propter ſuſpitionem igitur fraudis, minor pars contradicere poterit. præſertim in re tam periculoſa, & ubi agitur de creando paſtore uniuerſi orbis.

Iſta autem libertas dandi ſuffragia, uel conſentiēdi, ut libet, conceſſa Reuerēdisſimis Cardinalibus in caſu, quando uolunt recedere à cō muni uia, debet intelligi quando omnes in id conſentiunt, nemine contradicente, ſicque in-
99 telligendus tex. in c. licet. † quando dicit: niſi maior concordia interceſſerit. nam maior concordia ut ibi exponit. Card. dicitur quādo omnes in unam ſententiam conueniunt, & nemo
100 contradicit. † Sicut idem dicitur in electione quæ fit per compromiſſum. Ideo dicit Spe. in tit. de elec. §. j. uer. Debent autem. & in §. fi. eo. ti. uer. & no. quòd licet permittatur eligentibus eligere per inſpirationem, tamen intelli
101 gitur quando omnes ſunt concordes. † tunc enim ſuccedit reg. quod omnes tangit libr. 6.

Idem dicendum quando Cardinales uellēt ordinare ut quiſquis eligerēt a maiori parte, is eſſet Papa. nam ſi omnes in id, nemine diſcrepāte, conueniāt, ualebit electio. ut tradit Car. in d. c. licet. col. x. quoniam tex. dicit quòd debet eligi a duabus partibus ex tribus, niſi ma-
102 ior concordia interuenerit. † igitur ſi concordauerint omnes ut electus a maiori parte ſit Papa, omnes dicentur elegiſſe eum in Pa-
103 pam. †

Et eſt aduertēdum, quòd quando ius loquitur de hac maiori concordia, intelligēdum eſt nemine diſcrepante. ut no. in d. c. Vbi periculum. de elect. in 6. ubi Philip. latc. & in cle. ne

roma-

romani.& in d.c.licet.& per Alex.consi.48.in 6.uolu. Bald. in rubric. C. si quis ali. testa. prohi.

In quantum tamen dixi, omnes Cardinales posse conuenire, ut electus a maiori parte, sit Papa contrarium tenet Ant. in illo. c. licet.& Rosel.in sua monar.in 2.tract.col.3.uer. Sed hic potest dubitari. Sed præcedens communior & uerior, quando nemo discrepat. uide Alc.in c.si transitus.79. di.

Quo ad principalem.q.facit:quia ratio,cur doct in c.licet dicant dominos Cardinales posse procedere, scrutinio secreto uel publico,ut uolunt,ea est:quia scilicet electus a duabus partibus est Papa,non obstante aliqua exceptione contra personas eligentes,opponenda: quia satis est duas partes consensisse. at hæc ratio hodie nō procedit propter extra.Iul.II. quæ uult exceptionem simoniæ habere locum tam contra eligentes,quàm contra electum. igitur ut possit sciri, an quis uotum simoniace dederit, interest cuiuscūque ut uota publicentur: sicut generaliter & non ab re, est receptum in omnibus electionibus,ubi habetur ratio non solum numeri,sed zeli.c.in Genesi.c. quia propter.de elec. Si enim uota secreto dabuntur, quis poterit intelligere,an ille uel iste simoniace suffragium tulerit.

Quare decipiuntur patres, qui dicunt hac uia tolli occasionē simoniæ.quia immo aperitur. Impugnari.n.nō poterit simoniacus. ille tamē fidē obseruabit,etiam si occulta sint suffragia,quando pactiones huiusmodi respiciūt euentum pontificatus.

Nec obstat, quòd non sit præfixa forma: quia intelligitur ipsis in unam sententiam cōuenientibus,ut de compromisso dictum est.

Ex quo infertur, quòd tanto minus ualuit ordinatio super his facta extra conclaue,absentibus adhuc nonnullis ex Reuerendissimis D. quoniam præparatoria electionis debent fieri
105 in loco electionis celebrandæ, † secundum Spec.in tit.de elec.§.5.uer. Debent autem conuenire.Præparatorium enim dicitur electionis pars. ideo accessorium sequitur naturam principal.in reg.accessorium. & etiam quia in
106 tererat absentium,debebant uocari.†c. bonæ.de elect.

Vigesimo quæro. An domini Cardinales possint prorogare tempus intrandi conclaue
107 ultra x.dies a iure datos† in c. Vbi periculum? Sol. Si attendamus mentem illius decretalis.& cle.ne Romani.non possunt:quia accelerandum est ad electionē.Si tamen faciant,quocunque deinde tempore fiat electio ualebit; cum cautum sit electum a duabus partibus esse
108 se Papam,remota omni exceptione,†d.c.licet.Et maxime:quia in c. Vbi periculum.non dicit, quòd nō possint expectare ultra.x. dies: sed quòd non teneantur.& sic imponitur necessitas expectandi ad.x.dies. ulterior expectatio est uoluntatis,quod ostēdit litera. quando dicit. Absentes expectare.x.diebus tantummodo teneātur. quod resoluitur in negatiuam.i. quòd postea non teneantur.Spec.in tit. de dispos.§.7.uer.8. quæ negatiua ostendit in contrario esse libertatem & potestatem liberam. at potestas libera non stat cum necessitate. l. non quicquid.ff.de iudic.l.eius est uelle. ff. de reg.iur.not.in cle. auditor.in uer.poterit. de rescrip.

Mens tamen constitutionis est ut lapsis. x. diebus,intrent conclaue,quando in c.Vbi periculum.dicitur.Siue uenerint,siue non,ex tunc omnes in palatio conueniant.ergo conuenire debent non expectare: quia uerbum, conueniant,est modi imperatiui, quod necessitatem
109 inducit.†c.quod præcipitur 14.q. 1.ex quo infertur,ad.q.seq.

Vigesimoprimo quæro. Quid si lapsis. x. diebus maior pars uellet expectare, minor uero intrare conclaue & procedere ad electionem neglectis absentibus. qui uolent seruare legem & procedere ad electionem, sunt audiēdi:quia indultum a constitutione beneficium
110 non debet auferri.† ut in reg.Indultum. Imputent sibi qui non intrant conclaue in termino præfixo ab illa lege,contra quam ipsi dispensare nō possunt.d.cle.ne Romani. Et hoc satis ꝓbat litera illius.c.in uer. Sane si aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictū, ut supra exprimitur,non intrauerit: aut intrās absque manifesta causa exiuerit,ipso minime requisito &c.

Nec maior pars potest decretum huiusmo-
111 di dispensare, ut dictum est. † Attamen propter scandalum & scismatis periculum
112 † non consulerem id attentari a minori parte.

Vigesimosecundo quæro. An ua.se. liceat uni parti Cardinalium facere conuenticulam & uouere & iurare de non dando uocem cer-
113 tis Cardinalibus,†ac totis uiribus conari ne ex illis aliquis in pontificē eligatur.iste quoq;
114 casus euenit post obitum Leonis.† Ego cōsultus, respondi, iuramentum & conuentiones huiusmodi improbandas,eosque animad-
115 uersione dignos,qui talia molirentur.† uolunt enim dare legem.S. S. qui debet æqualiter mouere corda electorum ad unanimem cōsensum celebrandę electionis utilis & bonæ
116 pro uniuersali ecclesia.† quæ cōcordia ieiu-
117 niis & orationibus impetrari debet,†ut dicitur in c.Vbi periculum.

Ista nanque iuramenta & pacta,quantum in se est S.S.sanctum extinguunt:& procurant,ne

etiam

etiã si spiritus Sãctus uideretur electionẽ de illis, qui ab ipsis reiiciuntur, esse bonam, fieri possit, obstante eorum iuramento, contra dictum Ap. 1. ad Thessalo. c. 5. de quo in c. quæris. de conse. di. 4. uer. Item per hanc societatem. & in c. iudices. 1. q. 1. no. in c. agatosa 27. q. 1. Debent enim. S. S. acta plena libertate gaudere: non hominum cautelis arctari. c. licet. de regul. c. duę sunt. 19. q. ııl. faciunt enim isti ne conflato iam & nutrito odio aduersus certas personas possint in iudicio suo inspiratæ ueritatis tramites agnoscere. c. quatuor. 11. q. 3. c. Accusatores. 4. q. 5. tradit Spe. in titulo de elect. in principio. qui enim sanctissimæ electionis negocium tam aperta simultate ingrediuntur & ab aliena iniuria incipiunt, quomodo promerebuntur in electionis ingressu spiritus. S. gratiam? cum uix bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata prin-
118 cipio † c. principatus. cum ibi not. 1. q. 1. Et in eo quòd conuenticulas & pactiones istas seorsum ab aliis Cardinalibus faciunt, ostendunt se ædificare, non ad unionem, sed ad dissidium: qua ex re fiunt procul a spiritu. S. c. Audiuimus. 24. q. 1. eo maxime: quia totus populus ex istis scandalum accipit. a quo maxime
119 cauere debent ecclesiarum prælati † c. Nihil. de præsc. Cauendum est enim nedum a malo, sed & ab his, quæ mali speciem habent. c. cum ab omni. de uit. & hon. cleri.

Immo hæc mala sunt & cõtra bonos mores, quando arctatur quod liberum esse debet. l. pũctum quod dotali. C. de pact. ubi gloss.

Hanc q. in terminis decidit Inno. in c. bone el. 2. de elect. dicens quòd licet talia iuramenta ex iusta causa possint ualere, tamen sunt prohibita, & difficile erit ostẽdere aliquam causam, propter quam hoc faciãt. c. si quis clericorum. cum quatuor cap. præcedentibus. 11. q. 2.

Quod uero ex tali conuentione eligẽtium
120 libertas dicatur coarctari. † probat tex. in l. scilicet l. uno ff. de opt. leg. ubi qñ libera optio de seruis est legata, si unus subtrahatur, qui op
121 tari non possit, optio dicitur impedita. † facit. l. j. & per totum. ff. & C. si quis ali. testa. prohib. pro & contra facit l. cum ita legatum. ff. de condi. & demon. tamen certum est semper libertatem his conditionibus arctari: quamuis electio secundum eas facta ualeat, ut late consuluit. Bal. in rub. C. si quis ali. test. proh. Abb. in c. licet. col. pen. de elect. dicens ualere talem electionem. quia restrictio huiusmodi non adimit libertatem sicut nec consuetudo restringẽs electionem ad certum genus personarum
122 dicitur adimere libertatem electionis. † c. cũ terra. ubi. Io. An. de elect. Ad hanc partem facit illud generale, quòd non ualet iuramentum in
123 præiuditium tertij † c. sicut literis. de iure iu.

Item nec illud quod tendit in præiudicium põ
124 tificalis dignitatis, † Abb. in d. c. sicut. Item quia est contra caritatem. Abb. in c. cum uero, c. cum quidam. de iureiur. late per istos summistas. in uer. Iuramentum.

Vigesimotertio quæro. An Cardinales uolentes exire conclaue, non electo pont. possint
125 prohiberi per custodes conclauis? † resp. Si aliqui Cardinales, remanentibus aliis, uellent exire, statuta est pœna quòd uocem perdant.
126 † d. c. Vbi periculum. §. sanè. ergo cum ea sit dicta exeunti pœna, nequeunt aliter coherceri, ut ibidem tenent doct. Et ratio: quia egressus huiusmodi non præstat impedimentum
127 electioni † ex quo ius eligendi residet in his,
128 qui permanent. †

Item, si oẽs recessissent, põt. nõ electo, decisum est ꝙ tenentur conclaue reintrare, & elige
129 re. † in cle. Ne Romani. uer. porrò. Sed an possint cohiberi quando omnes exire uolunt, non est iure cautum. Dicendum tamen est
130 posse cohiberi: † quia si cogi possunt ut iterum ingrediantur: igitur tanto fortius ne exe-
131 ant: quia turpius eijcitur † &c. c. Et si Christus. de iure iur. debẽt enim Cardinales huiusmodi, dum re infecta, exeundo ecclesiam sine pastore deserunt, per seculares potestates op-
132 primi, † c. Nec licuit. in fi. 17. dist. c. petimus. 11. q. 1. Nam non potest Deo maius sacrificium offerri, quàm si ordinetur, ut hii, qui in suam & aliorum pernitiem debaccantur, competenti debeant uigore compesci. c. de liguribus 23. q. 5. in fi. & c. seq. Et hanc conc. tenet Hos. in d. c. licet. quoniam si possent quando lubet, exire, de facili eluderetur illa constitutio illius cle. exirent enim territorium, ne cogerentur ingredi.

Fallit tamen hoc, quando iusta exeundi cau
133 sa subesset † ut pestis, uel ruina iminens domus. tunnimc e exire poterunt, & alibi con-
134 claue instituere: † quoniã ex causa licet trãs-
135 gredi ius † ut per And. Sic. in rub. C. qui admitt. col. 25. Fel. in c. 1. col. 14. de constit. uers. fallit. 7.

Quòd autem dixi, quando non exeunt omnes exeuntes, nõn posse prohiberi: secundum hoc singulare exeundo, omnes possent exire, excepto uno. Quod si uerum est, tunc exoritur dubitatio: an penes unum Cardinalẽ rema
136 nentem restet ius electionis, † sicut aliàs dicimus quòd ius collegij remanet in uno.
137 † l. sicut. §. fi. ff. Quod cau. uni. & hoc quo ad facultatem eligendi etiam procedit: quia unus remanens elegit. glo. & doct. in c. gratum. de postul. prælat. Et dicendum ꝙ ille solus eliget. ut no. gl. in d. cle. ne Romani. in §. porrò. in uer. Omnes.

Sed tunc dubitatur. An iste Cardinalis poterit

138 terit se ipsum eligere? † Et dicendum quòd
non.c. per uestras. de iure pat. practica igitur erit, uel quòd eligat alium, uel quod committat uices suas alteri, q. ipsum eliget. de quo
139 Pau.de Ca.in d.l.sicut.§.in decurionibus.ff. quod cuiusque un.no.per Anan.in c.1.col.4. de sorte.& per Ang.in l.planc.ff.co. quam ta-
140 men practicam impugnat Deci.† in c.1.nu.
x.de elec. dicēs quòd ex tali circuitu quis uideretur se ipsum eligere.ut no.in d.l.plane.quod tenet Abb.in c.fi.de instit.quia illo casu conferens facit auctoritate delegantis. unde dicitur fieri à se ipso propterea inquit Deci. quòd absq; e isto circuitu, ille qui restat solus in collegio, eo ipso dicitur prælatus absque electione.Bar.in l.si tibi.§.j.ff.de opt.leg.dicens quòd si unus remaneat tantum in seculo, non erit opus ut extrahatur.& sic ille solus Cardinalis remanens erit Papa. Verum decipitur Deci.
141 † quia exemplum Bart. loquitur quando ex
pixide erāt oēs successiue extrahendi: quando unus tantum remanet, iam certus est. at in casu nostro secus: ideo tunc recurretur magis ad concilium ut ipsum approbet, sicut dicit Abb. de Papa & legato.in illo.c.fi. uel ipse eliget extra collegiū.de hoc tamen, an solus eligat, uide Deci.post Rosel.in c.licet.de elect. ubi etiam tradit quid de Cardinale, qui adhuc non gestabat pileum.

Vigesimoquarto quæro. An quando Cardinalis dedit uocem uni, & accedit alteri, dicatur recedere à primo? magna est uis.q. pone ꝙ qui dedit uocem Titio, accedat Sempronio. & ꝙ Titius deinde, accedentibus aliis, habeat.x. uoces ex xv. qui computata uoce eius, qui accessit alteri. Nam si erit sublata per accessum ad alium, non erit Papa. aliàs si remanserit, erit
142 Papa.†

Ad hæc dicendum uidetur, quòd cum uaria
143 tio in clerico sit damnata. † ele.cum illusio.
de renunt. Accessus huiusmodi fit accumulati
144 uè non priuatiue. † sicut in simili dicimus
145 de patrono clerico uariante. † c.cum autem.
ubi doct.de iur.pat.Cal.in consi.16.eo.tit.Ex uoce enim uni data, etiam si esset unica, uidetur acquisita spes per accessum qui fieri potest ab aliis.ar.in §.ex conditionali. Insti. de uerb. oblig.quæ spes auferri non potest ab eo, qui semel concessit.ita tenent Hostien.Car.Abb.& alii in c.licet. concludentes, Cardinalem posse dare uocem suam quotcunque uoluerit: & per accessum publicato scrutinio adhærere al-
146 teri, † dummodo sciant se nō recedere a pri
mo propter spem.

Et ex hoc soluitur contrarium de l. si quis cum procuratorio.§.ult.ff.de procurato. quod procedit, quādo non quęritur ius, neque in re, neque in spe.

Ex quibus infero ꝙ statutum factum per dominos Cardinales ante electionem Hadriani, quòd per accessum ad unū, uideretur recessum a primo, non ualuit nisi omnes consen-
147 sissent. † sicut de compromisso & scruti-
nio dictum est supra q.19.

At stantibus præmissis quòd Cardinalis unus in eodem scrutinio possit plures nominare, & ꝙ accessus fiat sine præiuditio uocis da-
148 tę alteri. †

Quero, quid si ex xxx. Cardinalibus.xx. conuenirent in nominando duos, ita quòd quilibet eorum haberet duas partes ex tribus, uel
149 fieret per uiam accessus: quis erit Papa? † ri
gor iuris est pro utroque. Gondiss.in tract.de excell.Cardinalium.q.5.col. x. dicit quòd pri-
150 mo nominatus obtinebit. † sed loquitur ip
se quando agitur tantum de uoce unius data duobus. Ego autē in casu dubio, existimo nul-
151 lum esse Papam. † ad l. Duo sunt Titii. de
testam.tut.in tex.de hoc in c. pen. de elect. in 6.hoc tenet Ant.Rosel.in sua mon.in 2. trac. col.xx.uer.& ex hoc infertur.

Vigesimoquinto quæro. Reuerendissimi Cardinales, seu id effecerit, execranda patrum discordia, seu diuini spiritus ministerium, qui ex malis bona elicit Reuerendissimum Dertusensem, uirum bonæ atque integræ opinionis theologum in pont.elegerunt: qui adhuc in
152 partibus Hispaniæ commoratur. † unde
tum itineris discrimine longo, tum & hiemis asperitate obstantibus, multi current dies, quibus Rom.eccl.de pastore suo incerta erit. Nā antequàm acceptet ecclesia, adhuc uacare dici
153 tur. † c.si tibi absenti.de præben.in 6. & etiā
quando acceptauerit, dum aberit, idem erit.

Quæritur ergo: an interim. D. cardinales possint ordinare officia Rom.eccl.& exercere
154 iurisdictionem? †

Et uidetur, Reuerendissimos. D. nihil horum posse attemptare, propter tex.in clem. ne romani.§.irritum. Nam ut dixi, ante acceptationem uacat adhuc sedes. Domi. in d.c. si tibi absenti.

Et si dixeris sedem non uacare, tanto minus id poterunt: quoniam multa permittūtur collegiis, uacante sede: quæ ea plena denegantur.
155 c.olim.de maio.& ob.

Præterea, si diceremus, facta electione de absente iurisdictionem esse apud cardinales, acceptatio electi non esset necessaria: quia satis ꝓuisum esset ecclesiæ. quod tamen est contra tex.in clem.ne romani.& in c. ubi periculum. Nam non elegisse, & elegisse eum, qui non ac-
156 ceptet, paria eē uidentur. † l.qui testamen-
to.ubi no.ff.de testam.l.1.in princ.C. de reg. ux. act.ratio arg.probatur ex gl.in d.cle.ne romani.quæ dicit cardinales ideo non habere iurisdi-

risdictionem mortuo Papa: quia electio non esset necessaria.

Item, ex diuersa opinione aperiretur uia fraudi.

Nam cardinales cupientes dominari, eligerent absentes, & forsan nunquàm acceptaturos, uel impeditos, ita ut ad nos uenire nō pos-
157 sent, uia fraudibus non est aperienda. † c. quanto. de diuor.

Accedit prædictis, quòd electio facta de absente antequàm acceptet, non potest dici ele-
158 ctio: † quia uerba cum effectu sunt accipiē-
159 da. † l. in criminali. ubi gl. in uer. inuito. C. de iuris. om. iu. c. relatum de cler. non resi. glo. in c. Nuper. de Bigam. Si electio non dicitur facta: ergo sumus in terminis cle. ne Romani. & hanc opin. secuti sunt plerique celebres iuri, dum in congregationibus publice disputaretur.

Contrarium uerò multi alij. quòd non esset uerisimile Deum gloriosum uoluisse relinque-
160 re ecclesiam suam sine custode, † quando pastor est absens. c. 1. de homic. tunc enim ea iminet ecclesiæ necesitas, ut non posit prouideri, nisi Domini Cardinales apponant manum. Nam alium eligere nō possunt: quia per
161 electionem est quæsitum ius electo, † ut tenent communiter doct. in c. licet. Nec potest ipse electus propter absentiam incumbere re-
162 gimini: cum absentia æquiparetur morti † c. si delegatus. ubi Philip. de offi. deleg. in 6. & ēt
163 ante acceptationem non habeat ius in re. † d. c. si tibi absenti.

Si igitur necesitas, quæ per alium suppleri non potest, iminet, dicendum erit, Reuerendisimis patribus hoc permissum esse. ne-
164 cesitas enim facit illicitum licitum. † l. Generali. C. de decur. li. 10. ubi in defectum iudicis, licet alicui capere decurionem auctoritate propria. ad hæc notatur in c. quod non est. de regul. iur. & in c. quærelam. de iure iur.

Facit dictum Petri de monte in sua monarchia. col. 11. quando dixit licere concilio intromittere se de spectantibus ad Papam, si in expectanda succesione noui pont. iminet ma-
165 gna necesitas. † de qua necesitate accu-
166 mulando multos casus, † tradit Felyn. in c. quærelam. in fin. de iure iur. & in c. cum accessissent. in 9. & 10. col. de constit.

At istis respondebatur. quòd rationes istę fuerunt cōsideratę per Cle. quia fuerūt rōnes Host. ut per Io. An. in c. unico. de Schis. in 6. quibus non obstantibus, fuit decisum contrarium.

Ad auctoritatem Petri respon. ex ea probari contrarium, dum hoc attribuitur concilio, cuius auctoritatem eo casu ampliari necesse est propter rationes Host.

Nec obstare uidetur, quòd hoc etiam certis casibus sit concessum Cardinalibus in cle. ne romani. quia illud in expresis. neque licet
167 ex specie posita inferre generis positionē. † l. neque natales. C. de probat.

Ego uero teneo omnimodam iurisdictionem atque auctoritatē hoc casu esse apud Re-
168 uerendisimos Cardinales: † tum propter rationes Host. quæ etiam militant in casu nostro: tum quia incertum est, quanto tempore sit permansura ecclesia hoc modo. Nam lōga uiarum discrimina, turbata bellis itinera, deliberatio electi ad acceptandum, possent in lon-
169 gius protrahere effectum electionis. † quo casu effectualis iurisdictio deuoluitur ad do-
170 minos Cardinales † secundum Anch. consi. 409. in pen. col.

Pro facit quia distantia locorum facit lice-
171 re quæ alias non licerent. † c. Nihil. de elect. c. cum longe. 63. dist. c. cum olim. de do. & cōtum. Oldra. in consi. 9.

Præterea, non est uerisimile Cle. quintum, quando edidit cle. ne romani. uoluisse comprehendere istum casum, neque fuisse responsurū in isto casu aliter quàm dixerim in graue præiuditium totius christianitatis. Vnde illud dicitur decisum, quod uerisimiliter legislator
172 decidisset, si de eo fuisset interrogatus. † gl. in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. & in cle. si hominem. ff. mand. in cle. 1. de sepul. l. cum in testamento. ff. de re. dub.

Ad quod facit quod dicimus, episcopum & legatum, quamuis statuere non posint contra canones. c. quod super his. de maio. & obed. tamen quando subest necesitas a canone uerisi-
173 militer non præuisa, statuere poterunt † secundum Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Abb. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic.

Item, omnes docto. in clem. ne romani. respondentes ad rationes Host. dicunt quòd ista iurisdictio competebat Dominis Cardinalibus, prout etiam refert Henri. in c. cum ex eo. in fi. de peni. & remiss. tenuisse doctores antiquos. Sed contrarium fuit determinatum per text. in clem. Ne Romani. ut essent attentiores electioni. quod probatur in uer. Iidem quoque Card. accel. prou. s. u. attentius q̄ se nequaquam de alio negotio intromittant. quæ ratio hodie cessat postquam alegerunt: igitur debet cessare dispositio. Et maxime quia clem. prædicta est exorbitans, & corre-
174 ctoria, † ut fatetur.

Henri. in loco præallegato. ad quod faciūt iura uulgaria. de restringendis correctoriis &
175 odiosis. †

Iam enim elegerunt, & ualide, ut præsupponitur. ergo non sunt in culpa. ergo iurisdictio

certo

certo casu,& certa ratione adempta non censetur adempta extra casum, & extra rationē:
176 †& sic in casu absentiæ,ubi ratio est diuersa:igitur remanebimus in dispositione iuris communis, uolentis iurisdictionem propter
177 absentiam deuolui de uno ad alium, † & licere quod aliàs non licebat.d.c.nihil.c. nullus.de tpe ordinario.in 6.q iura cū loquantur in aliis capitulis,tanto magis sequestrato casu cle.Ne. Romani. habebunt locū in Dominis Cardinalibus,qui faciunt capitulum uniuersa
178 lis ecclesiæ.† secundum Bal.in l.cum multa. C. de bono. quæ lib. & quorum negligentia esset periculosior. c.vbi periculum. Aliàs quid si Papa eēt captus ab hostibus?quid si fureret, fieret mutus,uel aliter inutilis? Ad nouam ele
179 ctionē pcedere non possunt.†an ideo interim ecclesia erit sine regimine?contra tex.in c. si. Episcopus a paganis. de sup. ne. prælato. in 6.

Immo si esset lex,quæ contrarium diceret,temperanda esset,ut ad sanum sensum reduceretur : & ut euitaretur quod iniquum atque ecclesię perniciosum est.l.scire oportet. §.aliud.ff.de excus.tut.c.si.de sent.excom.in 6. l.ex facto.ff.de uulg.& pup.Non obstat ꝙ uideatur prouisum per potestatem camerarii,& Auditis camere:quoniam licet eorū officia,eo ꝙ necessaria non expirent,tamen habent suas iurisdictiones limitatas. nec sunt idonei ad uniuersale regimen sicut cętus tot Reuerendis
180 simorum patrum.†

Ad primum,in opp.dic ꝙ sedes non uacat ex parte Cardinalium:quia quantum in se est, fecerunt quod debuerunt.

Ad secundum,dic,ꝙ sedes est plena:sed absentia id operatur propter pręmissa.

Ad tertium,negatur consequentia:quia melius consuletur per unum,quando haberi poterit.c.in apibus.7.q.1.& confunditur ista ratio pp id quod dr̄ de capitulo succedente epo.

Ad quartū,electio quo ad ipsos habuit effectum:qui uia alterius cōtrauenire nō possunt.
181 †c. si tibi absenti.de præben.in 6.

Ad quintum.fraus,& dolus nō psumit̄ in Reueren.Cardinalibus.c.nobilissimus.96.dist.c. cū in iuuentute.de psumpt.Si tn̄ Papa acceptaret,& cōstitueret locūtenentē uel legatū cū oī moda potestate Romæ,aliud dicendū esset.

Non obstat pmissis,siquis diceret,iurisdictionē nō posse cōsolidari in dn̄os Cardinales, ab
182 sente Papa,†ex eo,ꝙ ipsi nō faciunt capitulū cū Pōti. Rom.sed potius canonici Laterenēses aut.S.Petri,ut dicebat Egidius i c. nullus. cl.2. in fi.79.di.sicut nec ēt respectu uniuersalis ec
183 clesiæ cōciliū gn̄ale facit capitulū.†Qm̄ eo respectu quo Papa est primus oīum Christianorū,Dn̄i Cardinales faciūt cū eo sacrū collegiū, & eū dirigunt in regimine uniuersalis ecclesię
184 †c.p uenerabilē.qui fil.sint leg.c.j.hoc tit.in vi.cle.Ne Roma.in uer.cętus.de elec.Bal.in l. cum multa.C. de bono.quę lib.Alex.in c.in Synodo.63.di.de hoc glo. in c.Si quis ex sacerdotibus.79. dist.

Vigesimosexto quæro. An Dn̄i Cardinales deputantes legatos p eundo ad nouū electū, ut reducant in urbem, possint eisdem legatis constituere expensas de redditibus Rom.eccle
185 siæ?†Existimo posse.fit.n.hoc ad honorem electi,& utilitatē sedis ap.ergo ad Papā, & ap. se.pertinet expensarū onus.l.j.C. de cad. toll. c.Qui sentit.de reg.iur.lib.vi.Ex fructibus.n. qui sunt reseruandi futuro successori,deducenda sunt onera incūbentia. c.psenti.§.porrò.de offic.ordi.c.statutum.ubi glo.in uers.expensę. de elect.& pręsertim illę expensę,quæ fiunt p
186 utilitate electi.†c.ut ptensę.ubi glo.de elect.

Neque enim debent isti,aliàs non ituri,eūtes ut Papam honorabiliter in suā sedem deducant propriis stipendiis ire.c. Cum uenissent. de eo qui mitt.in poss.c.cum ex officii.de præscrip.

Nec etiam habenda est rō eorū, quæ domi
187 expedissent:†ad no. in c. imprimis.2.q.j.c. statutum.§.insuper.de rescr.in 6.

Ad.c.ubi periculum.§. hoc sacro.uer.prouisionis.quod uidetur obstare,dic ꝙ loquitur de appropriante sine causa.

Multa ad propositum huius.q. tradit Franc. Paui. in trac. de sed. uac. uer. sed an cap. & in 8.q.

Vigesimo octauo quero.Reuertendo ad materiam legatorum:an legatus absens participa
188 re debeat distributiones Pilei? † Et uidetur eas non subtrahendas:quoniā absunt R.p. cā. & in seruitio se.ap.unde pro præsentibus haberi debent.c.de cætero c.ex parte.c.cū dilectus. de cler. non resi. quod est uerum:quia non distribuuntur ratione interessentiæ,sed ratione
189 præsentię. †

Fallit tamen hoc,quando essemus in lega-
190 to,qui legationem affectasset. † ar.in l.Qui data.ff.ex quib.cau.ma.quod sequuntur And. Sic.& alii in c.licet. de for.comp. & Andr. Sic consi.56.& 57.in primo uol.

Fallit secundo, in consensu adhibendo in collationibus beneficiorum familiarium suorum:quia ille consensus exigitur a Cardinali-
191 quando in curia fuerit:† ut dicit Regu.30. ergo excluditur legatus,qui est extra curiam. & ita tenet gloss.in d. reg. dicens Cardinales cautos petere a Papa licentiam se absentandi
192 cum prærogatiuis pręsentium. † aliàs autem excluduntur etiam a mediis annatis episcopatuum. Ego in istis casibus existimo contrarium : quia legati debent iudicari

221 uocare priuilegia a se concessa?† uide distinctionem: an sint concessa in non subditum.

De potestate legati in mutandis ultimis uoluntatibus.

SI quærimus: an legatus possit mutare uoluntates defunctorũ in alia
222 pietatis opera,† quando nõ põt impleri ut p testatorẽ dispositum est, res nõ hẽt
223 dubiũ, ne legatũ remaneat caducũ.† ad.l.legatũ. ubi Bar.ff.de usuf.leg.nã si sint relicta cẽtũ p ædificãdo monaste. in certo loco, ubi ædificari nõ possit, cõmutabit, ẽt p epũm, ut ędifi
224 cet in alio loco.† Io.de Ligna.in cle.quia cõtingit.de relig.domi. Abb.in c.nos quidẽ.c.tua nobis.de testa. Alex.in cons.73.in 7.uol. col.j.
Sed si loquimur, quãdo legatum põt impleri, existimo nullam potestatẽ sup his cõcessam
225 Episcopo,† cum nihil magis homini debeatur, quàm, q ultima eius elogia obseruentur.
226 † l.j.C.de sacr.sanct.eccle.c.ultima uoluntas. 13.q.2.

LIBRI NONI FINIS.

LIBER DECIMVS INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *DIspensatio quid sit, primo loco proponitur.*
2 *Dispensationem iuris communis relaxationem prouide factam censeri.*
3 *Dissipationem, non dispensationem si quãdo minus prouide fieri contigerit.*
4 *Dispensandi facultatẽ legato concessam, cũ causa factam intelligi, & aliter factam de iure nõ tenere.*
5 *Dispensationẽ ad plura beneficia sine causa utilitatis, uel necessitatis ecclesiæ, aut meritorum prærogatiua factam, non ualere.*
6 *Dispensationem in casu præmisso strictè interpretari.*
7 *Dispensatio si quando in distributionem importet, seu appellationem commensuratam alicuius communis ad singula.*
8 *Dispensatio quotuplex esse intelligatur.*
9 *Dispensationem duplicem esse, hominis, scilicet alteram uerò legis.*
10 *Legem dispensare quandoque aduersus rigorem alterius legis.*
11 *Dispensatio legis, quæ nam esse intelligatur.*
12 *Regulam quàmmaxime attendi oportere, & à cuius dispositione nõ de facili recedere liceat.*
13 *Dispensationi in quã plurimis casibus locũ esse.*
14 *Auctoris in Clem. Quod circa. de elect. commentaria.*
15 *Dispensatio quæ nam æquitati cohæreat & quæ rigori, de qua ab aliquo tractatũ non apparet.*
16 *Tolerantiam, in quamplurimis casibus ex causa permitti.*
17 *Aequitas in genere suo, quæ nã esse ĩtelligatur.*
18 *Aequitatem uarijs nominibus nuncupari.*
19 *Aequitatem, iustitiæ partem censeri.*
20 *Aequitatem, naturalem rationem reputari.*
21 *Rigorem, & æquitatem uario iure censeri, cum unum sit decisio secundum regulas iuris scripti, alterum uerò facti continentiam quandam præ se ferre dicatur.*
22 *Aequitatem naturalem iustitiam quãdoque reputari.*
23 *Aequitatem altero de quinq; modis accipi consueuisse.*
24 *Aequitatem nos ad puritatem iuris primeui reducere, communi omniũ conclusione firmatur.*
25 *Aequitatis, & rigoris materiam à Mario Salamonio ad amussim pertractari.*
26 *Aequitatem iuris à bonitate non secerni manifestis documentis auctorem aliàs differuisse.*
27 *Contrariam subinde sententiam amplexum, & æquitatem quàm longe à rigore differre.*
28 *Legem omnem bonam esse, nemo est qui ambigat, pariter, & æquam reputari.*
29 *Rigoris, & æquitatis tractatum si superfluo poni contigerit.*
30 *Legem plerunque rigidam, & æquitatis terminos excedere.*
31 *Legem ad malorum coerctionem, & pacificum Reipublicæ statum inductam.*
32 *Intellectus.l.i.ff.de iustit.& iur.*
33 *Aequitatis in genere sumptæ, cuius effectus sit.*
34 *Aequitatis decisiones ex utilitate à iuris prudentibus inductas esse.*
35 *Vtilitatis causa quicquam receptum, & utile esse, idest æquum, à iure consultis usitatum.*
36 *Vtiles actiones, & utilia interdicta, unde prouenerint, & inducta sint.*

Instan-

Consti-

cet

cet canon. de elect. in 6.

229 Dispensationem super principali factam, & in eo, si quod sit consecutiuum necessarium, factam censeri.

230 Dispensatus ad duo incompatibilia, etiam à residentia dispensatum censeri, licet in uno & maiori siquidem residere teneatur.

231 Dispensatus ad presbyteratum, etiam ad inferiores ordines dispensatum censeri.

232 Dispensationem, ad species inclusas, & necessario consequentes, uel antecedentes extendi.

233 Minorē xxv. annis dispensatum ad obtinēdum ecclesiam parrochialem, & dispēsatum pariter ut non teneatur promoueri intra annum, dispensatum reputari, ratione subinserta.

234 Dispensatione subsecuta contrahendi cum consanguinea in tertio gradu, & illam pariter dispensatam censeri, & in permissa dispensatione includi, nè aliàs dispensationem elusoriam reddi contingeret.

235 Dispensatum cū illegitimo, ut possit habere episcopatum, & pariter ut presbyter esse posit, secum dispensatum censeri.

236 Dispensationem factam cum aliquo ad episcopatū promoto, ut priora beneficia retinere possit, etiam ad beneficia, si quæ sint, de iure patronatus laicorum extendi.

237 Vnita parrochiali ecclesia Monasterio, & à consequenti, cum monaco ut seruiat in illa, dispensatum censeri.

238 Iura correctoria & quantumuis exorbitantia, loquentia in casu expresso, & ad casum, qui in consequentiam alterius uenire solet, trahenda esse & trahi oportere.

239 Facultate dispensandi a Papa concessa, & famæ restituendi permissum censeri.

240 Illatio in consecutiuis, quo casu procedat.

241 Dispensatus in xxiij. an. ad presbiteratum, ad beneficium curatum dispensatum non censeri.

242 Mandatum de prouidendo alicui de præbēda, quamuis ante legitimam sacerdos is sit, de illa tamen prouidere non posse.

243 Dispensatus, ut absentia non obstante, beneficium obtinere posit, ad consecutionem fructuum dispensatum non censeri.

244 Dispensationem super affinitate, ad publicæ honestatis iustitiam non extendi, nisi in narratione affinitatis, unum aliud comprehenderet.

245 Dispensatus ad præbendam, sacrum ordinem annexum haben. ut habeat uocem in capitulo dispensatum non esse.

246 Intellectus gl. in c. statutum. in uer. canonicis. de rescri. in 6.

246 Dispensatus ut posit promoueri ad sacros ordines ante tempus, de quo in clem. ij. quòd posit dare uocem.

248 Dispensatus super pluralitate beneficiorum, super residentia utriusque dispensatum non censeri, sed unius tantum, cum in altero residere posit.

249 In alienationibus rerum minoris, ex decreto iudicis si permittatur quod est plus, quod est minus permissum non uideri.

250 Electus, & confirmatus in episcopum, habita dispensatione super prorogand a consecratione sua, ultra tempus iuris, si quando per idem tempus beneficia retinere posit, quæ tempore promotionis habebat, uel potius uacabunt cū primum elapsum erit tempus consecrationi præfixum.

251 Negligentiā consecrandi, & lapsum temporis à canone diffiniti, beneficiorum uacationem inducere.

252 Prorogatione subsecuta à superiore, utrunque cessare.

253 Prorogatum cum omnibus qualitatibus antecedentibus perdurare.

254 Remota causa, & effectum remotum censeri.

255 Dispensationem secundum terminos iuris regulandam esse.

256 Statutum in materia iuris, & excipiente unum casum, alium similem à iure æquiparatum includere.

257 Licentiā testandi concesiam episcopo, uel Cardinali, ēt ad testamentū antea factum extendi.

258 Testamētū non sumere robur nisi a die mortis.

259 Clerico de bonis proprijs testari permissum.

260 Dispensatio, siquando ampla, & fauorabilis, late etiam interpretanda.

261 Dispensationē indistincte datā ad beneficia unius diœcesis, etiam ad curata extendi.

262 Dispositionem amplam & generalem cum illegitimo factam, gratiosam uocari, & late interpretandam.

263 Dispensationem in fauorem matrimonij, late interpretari debere.

264 Dispensationem in quarto, etiā ad illum, qui est mixtus in tertio extendi.

265 Argumentum à maiori ēt in dispensatione procedere & locum sibi uindicare.

266 Dispensationem secundum amplitudinem propriæ significationis intelligendum esse.

267 A uerborum proprietate recedendum non esse, nisi de contraria mente constiterit.

268 Stricte aliquid intelligere, quando dicatur.

269 Ecclesiam locum in quo fideles ad audiendum diuinā congregantur, secundum proprium significatum intelligi.

270 Ecclesiam Cathedralem dici proprie & maxime ubi plures & principalius conuenire uidentur.

271 Diffinitio, si cui competat, & diffinitum proprie competere.

272 Dispensatus ad duas ecclesias, si ad collegiatas, uel cathedrales dispensatus intelligatur.

Termi-

re

re si nulli præiudicium inferri contingat.
322 Impetrantem beneficium in euentum priuationis, sub conditione impetrasse, cuius euentus attendi debet.
323 Morte uel renuntiatione præcedentibus, quem beneficio priuari non posse.
324 Mortem omnia crimina soluere.
325 Beneficio, quem priuari non posse, si quod amplius non habeat, cum res deuenerit ad casum, ad quem redire non poßit.
326 Futura si quæ non habeant spem certam de præsenti, sed poßint esse, & non esse, non considerari, neque attendi.
327 Tale nō dici, quod poßit esse tale, sed quod sit.
328 Vno modo uacandi expresso, alium non includi.
329 Beneficium uacaturum per priuationem impetrari posse.
330 Beneficium uacaturum per contractum matrimonii, si ille qui contraxit prius renuntiet, impetranti non deberi.
331 Præbenda si quæ debeatur, quando uacauerit per cessum, uel decessum, an debeatur etiam si per priuationem uacare contingat.
332 Lite pēdente omnia siquidem fieri posse, si quæ de proceßu non sint.
333 Electionem, collationem, & similia, etiam pendente lite, fieri permissum.
334 Renuntiationem, & translationem beneficij lite pendente in alium factam, in fraudem factam præsumi.
335 Translationem possesßionis beneficij de processu esse, licet collatio & similia de processu aliter non sint.
336 Priuilegium impetrandi lite pendente in præiudicium alterius, quo casu procedat.
337 Renuntiationē factam lite pendēte non ualere.
338 Renūntiationi ius fauere, si quando sibi male cō scius, beneficio renuntiandum duxerit.
339 Ratio ibidem aßignatur.
340 Distinctio subinseritur.
341 Beneficium uacare per priuationem, si quando sententia declaratoria subinde emanata sit.
342 Impetrantem, in euentum priuationis per renūtiationem semper eludi.
343 Principum concessiones elusorias reddi non oportere.
344 Ius impetrantis, in euentum priuationis in spe eße ad futurum euentum, & in præiudicium litis pendentiæ nil innouari posse, etiam altero colitiganti mortuo propter uitium litigiosi.
345 Ius ad rem saluum esse oportere.
346 Rescriptum in materia impetrationis huiusmodi, quòd surreptitium censeri debeat.
347 Impetratione beneficij in euentum priuationis, cōditione purificata, retrotrahi, & purā effici.
348 A primordio tituli, posterior formatur euētus
349 Crimina morte extingui quo ad criminosum & successores, non quo ad ius interea alteri quæsitum.
350 Conditionem fundatam in delicto præterito & sic omnino extituram, puram censeri, & reputari.
351 Impetrationem beneficii uiuentis, odiosam esse.
352 Qualitatem quācunque delictum grauantem in dispensatione exprimendam esse.
353 Delicti geminati in dispensatione mentionem habendam esse.
354 Dispensationem prodesse dispensato, dispensantis facultate concurrente.
355 Principis indulgentiam quamcunque, semper citra præiudicium tertij interpretandam esse.
356 Dispensatum in foro ecclesiastico, & in foro seculari non minus dispensatum reputari.
357 Dispensatio si quando de reseruatis Papæ intelligatur & sit.
358 Facultatem dispensandi, etiam extra territorium extendi, cum sit actus uoluntariæ iurisdictionis.
359 Facultatem retinendi beneficia, quorum quis erat incapax de beneficijs, aliàs canonicè obtentis intelligendam eße.
360 Papam contra canones & legem positiuam ad eius libitū dispensare, in terris imperio suo subditis, in quibus iure supremi principis exercet.
361 In his, quæ sunt iuris positiui, solam Papæ uoluntatem sufficere.
362 Principis liberalitatem pro causa dispensationis contra ius positiuum reputari, & habendam esse.
363 Papæ contra legem diuinam quandoq; dispensare permissum, interpretando scilicet, declarādo, & modificando.
364 Principis uolūtatem quo ad ius positiuum, uim legis habere.
365 Papæ si contrahendi matrimonium ad tempus ex causa dispensare permissum sit.
366 Papæ beneficia etiam ad tempus conferre posse non ambigendum.
367 Principi, si quando contra legem positiuam dispensare permissum, uel non permißum.
368 Ius positiuum, ius diuinum censeri inquantum Deus illud per ora ministrorum suorum promulgaße uidetur.
369 Ius positiuum, quo casu diuinū censeri debeat.
370 Ius diuinum proprie, quale nam eße intelligatur & sit secundum Theologorum sententiam & opinionem.
371 Pontifici contra articulos fidei dispensare non permißum.
372 Ratio assignatur.
373 Pontificem nō dispensare, si quando uniuersalē ecclesiæ statum decolorari contingeret, uel peccatum nutriri.
374 Pontifici contra ius positiuum sine causa, & si quando essemus in foro conscientiæ, dispensare non permissum.

Dispen-

375 *Dispensationem in foro fori, non in foro poli quandoque prodesse.*
376 *Reseruationem pensionis sine causa a Pontifice constitutæ, pensionarium ipsum in foro conscientiæ tutum reddere.*
377 *Papam in beneficialibus plenitudinem potestatis habere.*
378 *Papæ de beneficijs ecclesiasticis taliter dispone re permissum, ut etiam sine causa aliquem à beneficio remouere, & alteri conferre pòßit, & ualeat.*
379 *Papæ, episcopum etiam sine causa deponere permissum.*
380 *Beneficiorum redditibus, ministros altaris primo alendos esse, subinde pauperes.*
381 *Os bonis non alligari, sed totam aream liberam relinqui secundum diuinas institutiones consonum reputari.*
382 *Pontificum licentiam in distribuendis beneficijs personis indignis, etiã paulo honestioribus, sed inutilibus seruitijs ecclesiarum, christianã religionem & in opprobrium & contemptum gentium perduxisse, & clerum uniuerso mundo despectum reddidisse.*
383 *Papam, supremum Principem esse, & cuius dispensatio ad ædificationem, non ad destructionem tendere debeat.*
384 *Principem secundum leges uiuere decet, cum ex dignitate necessitatem bene uiuendi, non licentiam peccandi assecutus sit.*
385 *Papæ beneficium uni sine causa auferre nõ dato alio, non usquequaque permissum.*
386 *Papam, si quando episcopum sine causa episcopatui renuntiare induxerit, et de alio eidem prouidere teneri.*
387 *Pensionem sine causa constitutam in foro conscientiæ obtinenti non prodesse, cum alimonia pauperum & ministrorum subtrahi & exinde grauia scandala oriri contingat.*
388 *Licentiam testandi de fructibus ecclesiæ, sine cã Papæ dare non permissum, quanuis de facto cõtrarium seruet, & malè propter cõpositiones, quas Deus cum auctoribus suis perdat, si propter eas indigna concedantur.*
389 *Dispensare cum monaco in monacatu permanẽte ut habeat proprium, Papæ non permissũ.*
390 *Dispensationem Papæ contra ius gentium non operari in casu exemplificato.*
391 *Legato generaliter ex causa contra ius dispensare permissum, nisi expresse probibitum sit.*
392 *Legatum temperare seueritatem, pro ut statui imperij, excedentium multitudini prouida deliberatione pensata conuenire uiderit.*
393 *Legatum in prouincia sibi demendata uices Papæ supplere, errata corrigere, & aspera in plana conuertere.*
394 *Legato, cum eo, qui excõmunicatus celebrauerit, dummodo nõ in cõtemptũ clauium hoc fecerit, dispensare permissum.*
395 *Absolutionem ab irregularitate, si quæ ex prohibitione hominis incurratur, soli Papæ reseruatam esse.*
396 *Papam contra concilium, non nisi graui urgente causa dispensare.*
397 *Constitutionem conciliarem, clausulam derogatoriam tacite in se habere.*
398 *Constitutiones conciliares, & alias, inter se non differre.*
399 *Constitutioni conciliari difficilius derogari, eo quòd plurium consilio factum sit.*
400 *Constitutioni consiliari quandoque dispensare permissum, necessitate, uel utilitate ecclesiæ exigente.*
401 *Item & episcopos in casibus etiam expresse uetitis dispensare, utilitate, uel necessitate urgente.*
402 *Episcopo ex causa simili, ut quis possit habere dignitates, in eadem ecclesia dispensare permissum.*
403 *Episcopum simili de causa ad duo curata dispensare posse.*
404 *Et pariter ut minor 25. annorum hac de causa beneficium curatũ tenere possit & ualeat.*
405 *Ob necessitatem multa concedi, quæ alias non concederentur.*
406 *Constitutioni habenti uerbum, precise, omnino perpetuo, irreuocabiliter, eo ipso, & huiusmodi, non derogari.*
407 *Item, si uerbũ nullo modo, & nullatenus, quòd uim Decreti habere dicitur.*
408 *Verbis præcisis inferioris dispẽsationem excludi, & acta in contrarium pariter excludi.*
409 *Modernorum opinio refertur.*
410 *Verbum, nullatenus, quandoque dispensationẽ non excludere.*
411 *Accusationem sine insinuatione, nullatenus admitti.*
412 *Opinionem modernorum, qualiter uerificari contingat.*
413 *Episcopo generaliter dispensare permissum in casibus siquidem, in quibus à iure dispensatio permissa sit, etiam si episcopo specialiter non concedatur.*
414 *Episcopum dispensare in casibus, ubi dispensatio conceditur à lege, & episcopo non prohibetur.*
415 *Absolutionem secundum ius, dispensationem uerò contra ius esse.*
416 *Limitatio prima.*
417 *Limitatio altera refertur.*
418 *Verba in personaliter prolata, ad eum referri ad quem actus de iure pertinere uidetur.*
419 *Abbatis & Felini opinio refertur.*
420 *Auctoris opinio, quæ nam esse intelligatur.*
421 *Auctoris commentaria in c. 1. de consti. tut. in 6. citantur.*

422 *Constitutionem editam a Papa in Concilio, conciliarem uocari.*

423 *Episcopum contra Concilium ex causa dispensare, etiam in casu, in quo dispensatio aliter non conceditur.*

424 *Episcopo, etiam contra concilia ex causa necessitatis, uel utilitatis dispensare permissum.*

425 *Iura canonica dictantia episcopum contra iura statuere non posse, quo casu procedant.*

426 *Ex magna causa, leges transgredi permissum.*

427 *Episcopo, siquando in uim conciliaris constitutionis dispensare permissum.*

428 *Episcopo, si quando cum simoniaco dispensare permissum sit.*

429 *Prælatis inferioribus ab episcopo dispensare permissum non esse, etiam in casibus, in quibus dispensatio permissa intelligitur, nisi lex id ipsum specialiter indulserit.*

430 *Dispensationem de maioribus negotijs reputari, si quæ episcopis reseruanda ueniant.*

431 *Episcopos canonum administratores existere.*

432 *Limitatio quo ad inferiores prælatos, si quando iurisdictionem priuilegio, uel consuetudine haberent, quo casu & ea quæ ueris episcopis permissa censen.*

433 *Cardinalibus in titulis suis, & eorum subditis dispensare permissum.*

434 *Cardinalibus in suis titulis iurisdictionem episcopalem competere.*

435 *Legatis, & episcopis, nec non & omnibus curam animarum actu habentibus, contra canones pœnitentiales dispensare permissum.*

436 *Ratio assignatur.*

437 *Legatis & episcopis, omnibusque inferioribus contra statuta à se ædita etiam sine causa dispensare permissum.*

438 *Ratio ad idem subinfertur.*

439 *Neminem sua lege ligari, nisi uinculo quodam honestatis.*

440 *Potestatem legis condendæ, & contra illam dispensandi, æquiparari.*

441 *Legem in totum tollere plus esse, quàm dispensare.*

442 *Legatis & episcopis, ut in pluribus, contra ius commune dispensare, non tamen illud tollere usquequaque permissum.*

443 *Tollere minus esse, quam dispensare, cum legis reuocationi necquicquam resistere, dispensationi uero legis uinculum resistere.*

444 *Constitutioni si quæ in uim contractus, uel priuilegij transiuisset, non derogari permissum.*

445 *Dispensationem semel concessam, reuocari non posse.*

446 *Constitutioni iuratæ, per eum statuit, contrauenire permissum non esse.*

447 *Iuramentum præcise seruandum esse.*

448 *Iuramentum, naturam actus cui interponitur sortiri.*

449 *Legis naturam esse dispensationem ex causa admittere.*

450 *Iuramentum, si quando debitam dispensationẽ excluderet, iniquitatem in se contineret.*

451 *Iudici pœnam alterare permissum, si æquitas dictauerit, etiam iuramento de statutis seruandis non obstante.*

452 *Iuramentum hanc interpretationem in se recipere, nisi iusta causa subesse intelligatur.*

453 *Episcopum dispensare contra constitutiones suas, communiter receptum, non periurum efficere, & eius dispensationem non irritari.*

454 *Actum etiam spiritualem contra iuramentum quandoque ualere.*

455 *Limitatio iij. ad præmissa.*

456 *Limitatio iiij. circumfertur, si quando constitutio facta sit de consensu capituli: quoniam solus episcopus non tollit, neque etiam sine causa dispensat.*

457 *Legatis & episcopis in criminibus adulterij, & minoribus adulterio, passim dispensare permissum.*

458 *Dispensatio, in quocunque casu legato, uel episcopo permissa sit, & ad famæ restitutionem permissam censeri.*

459 *Famæ quempiam restituere, si sit de principi reseruatis.*

460 *Legato, uel episcopo, si quando cum eo, qui iam per sñiam depositus, sit dispensare permissum.*

461 *Legato & episcopo cum degradato uerbaliter dispẽsare permissum: secus uero si actualiter.*

462 *Limitatur, si quando peteretur restitutio de iure, ut quia allegaretur falsitas testium, uel quid simile.*

463 *Inferiori à Papa sententias à se, uel inferioribus suis latas retractare non permissum, nisi ex causis iuris.*

464 *Sententia lata contra aliquem, quòd caracter remaneat, & executio.*

465 *Depositus, & restitutus, si quando beneficium sine nouo consensu patronorum retinere possit.*

466 *Dispensare super criminibus maioribus adulterio, episcopo regulariter non permissum.*

467 *Limitatio. 1.*

468 *Limitatio. 2.*

469 *Episcopo pœnitentiam iniunctam a Papa ex causa urgenti relaxare permissum.*

470 *Potestati, qui ob iuramentum statuta ad unguem seruare tenetur, ex causa contra statuta alicui licentiam impartiri permissum.*

471 *Princeps, siquando de facili adiri potest consulendus est.*

472 *Legato, uel episcopo se ipsum, non etiam participes in delicto absoluere uel dispensare permissum.*

473 *Legatum, & episcopum cum simoniace ordinato dispensare posse.*

474 *Facto*

474 *Facto pprio, nec alterutri eorũ auctorare licere*
475 *Sacerdoti si parrochianam, qua cum adulteriũ commiserit, absoluere liceat.*
476 *Legatis, & epis in uotis passim dispensare pmissum, eadẽ cõmutando tactũ, nõ absolute tollẽdo.*
477 *Limitatur in tribus uero scilicet, Castitatis, ultra marini, & pro redemptione terræ sanctæ.*
478 *Legato si quando super uoto castitatis, uel simplicis incontinentiæ dispensare permissum.*
479 *Dispensationem in casu præmisso, legato, & episcopo permissam censeri.*
480 *Contrariã sñiam Butr. Cardi. & Abb. tenere.*
481 *Auctorem, opinionem specular. sequi.*
482 *Sponsalia de futuro, de facili dissolui.*
483 *Timor si quando in uoto sit considerabilis.*
484 *Voto de efficiendo sacerdotem si quando dispẽsare permissum.*
485 *Votum sacerdotij, uotum continentiæ non includere, cum tantummodo uouerit se de continentia uotum facturum.*
486 *Episcopo cum aliquo quominus fiat sacerdos, dispensare permissum.*
487 *Dispensationem semel factã, etiam re integra, morte dispensantis non reuocare.*
488 *Dispensatione præambula defectum in dispensato fuisse, probari.*
489 *Supplicationem Principi porrectam, uiam ad probandum contrarium non auertere.*
490 *Dispẽsationẽ, literis nõ expeditis, nõ suffragare*
491 *Gratiam ex sola signatura Principis perfici, remissiue dictum.*
492 *Beneficiorum pluralitatem de iure improbari.*
493 *Relictum sub spe ueniæ, grauius reputari.*
494 *Gratiam solo uerbo Papæ perfici.*
495 *Auctoris opinio refertur.*
496 *Datæ tẽpus in rescriptis gratiosis attendendũ.*
497 *Finis, qui trahit necessariã cõsequentiã, à principio adueniẽs, oĩa media ad se trahit, & ualidat.*
498 *Regula Cãcellariæ Apostolicæ de literis expediẽdis si procedat, & locũ sibi uindicet in perinde ualere, & alijs reualidatorijs cõfirmatorijs.*
499 *Gratia si quando suffragetur, literis non expeditis, remissiuẽ.*
500 *Scriptura si quando requiratur adesse gratiæ, & num per testes probari possit.*
501 *Dispensationem factam ab eo, cui facultas dispensandi non competit, nullam censeri, nullumque ius dispensato tribuere.*
502 *Limitatur in casu, si quando dispensationem ab eo, qui cõi opi. reputabatur talis, fieri cõtigeret.*

LIBER DECIMVS.

DIspensationis tractatulũ uelut appendicem ad totũ uolumen hoc ultimo libro dabimus, secuti institutum Spec. Hostien. & aliorũ, q̃ postq̃ de legato egerũt, materiã hãc studiose complexi sunt, diuerso tamen stilo, & breuiori uia, q̃ ab ullo ante nos factitatũ sit. Primo igit̃ a diffinitione exordiẽs, quæro, q̃d sit dispẽsatio? † Sol.

Dispensatio est iuris communis relaxatio
2 prouide facta, † quæ aliàs uulnus appellatur. c. ipsa pietas. §. item si inquiunt. 23. q. 4.

Dixi puide: q̃a aliàs nõ est dispẽsatio, sed dis
3 sipatio, † secũdũ Io. And. Ant. Abb. in c. de multa. de præben. Spec. hoc titu. in prin. qui ẽt ponit aliàs diffinitiones: quare dicimus.

Dispẽsationẽ legato, uel inferiori cõcessam
3 semp intelligi cũ cã, & aliter factã nõ ualere, † Abb. ĩ c. dudũ. il. ij. de elec. c. cũ ad monasteriũ. ĩ 6. col. de statu reg: unde dicit Tho. 2. 2. q. 97. art. 4. quẽ sequunt̃ canonistę in c. de multa. q̃ si q̃s dispensat̃ ad plura beneficia sine cã utilitatis, uel necessitatis ecclesiæ, aut prærogatiuę
5 meritorũ, dispensatio nõ ualebit: quia tunc nõ esset prouida relaxatio. de quo late Collectaneus in c. p uenerabilẽ. qui fil. sint leg. & in c. fi. in fin. de pœnit. & remis. dicam infra concl. 13. uers. fallit tertiò.

6 Et hęc, capiẽdo dispẽsationẽ stricto mõ. † aliàs sonat distributionẽ, seu applicationẽ cõmensu
7 ratã alicuius cõis ad singula. † Tho. ead. q. 97. art. 4. & q. 88. art. x. dicã infra latius.

Quæro secũdo, quotuplex sit dispẽsatio? † Sol.
9 duplex. una hoĩs, altera legis. † nã & lex dispẽsat
10 aduersus rigorẽ alterius legis. † c. ij. de tornea. c. & si Christus. de iur. iur. in fi. c. j. de re. pmu.
11 Quæro tertio, quid sit legis dispẽsatio? † Rñ. est puida relaxatio rigoris, antiq̃ dispositionis p legẽ facta: nã a regula iuris non recedit̃, nisi
12 ex cã, † ut patet discurrẽdo oẽm materiã legũ, inducẽtiũ aliq̃d nouiter cõtra antiqua iura. ad hũc tractatũ attinẽt legis limitatoriæ, seu exceptorię fictiones, & ẽt priuilegia ĩ corpore iur. clausa, & oẽs casus, quos æq̃tate suadente, p̃tores, uel ẽt impatores, de iure ciuili, Põti. de iur. canonico, alr̃ sanxerũt, q̃ rigor iuris exposcat.

De lege limitatoria, correctoria, abunde di
14 xi in commento clem. quod circa. de elect. †

De ea, quæ per æquitatem inducitur dispen
satione, neq; ego, neque alii, quos uiderim, spe
15 cialiter tractauere, † q̃uis semp in ore omniũ uersetur. Aliud de æquitate canonica, aliud de rigore: quare omissis reliquis ad hoc dispensationis genus pertinẽtibus, de hac canonica æq̃tate paucula quędam pstringã: quoniã, ut dicit tex. in c. Abbate sane. de re. iu. in fi. nonnulla p utilitate cõi ex æquitatis mansuetudine tole-

rari noscuntur,& est illa tolerantia, quã semp
16 uidebis fieri p Papã ex cãt ut in.c.nisi.de pbe.
17 Quæro,quid sit æquitas in genere?† Respõ.
Spec.hoc tit.§.j.dixit q erat mediũ inter rigo-
rẽ,& misericordiã. Host.in c.fi.de trãs.dixit q
erat iustitia dulcore misericordiæ temperata.
hunc sequitur.Io.And.in c.magnæ.de uot.
Anto.in dicto.c.fi.dixit,æquitatẽ mõ appel
18 lari misericordiã,mõ iustitiam.†c. disciplina
40.distin.l. nulla.ff. de leg. cui astipulatur.B.
Tho.2.2.q.80.arti.1.dicens æquitatẽ esse par
19 tem iustitiæ.†Immo quandoque ęquitas dr
20 naturalis rõ.†l.j.ff. quod quisque iur.l. bona
fides.ff.depos.l.j.ff.si quis test.lib.esse ius.fue.
Bart.in l.j.in fi.C.de leg. dixit q rigor erat
decisio secundũ regulas iuris scriptas: æquitas
uero dicebatur quædam facti cõuenientia,seu
21 conueniens quoddã.†l.nulla.ff.de leg.quãdo
dicit:nulla ratio iuris, aut æquitatis benigni-
tas facit.l.si fuerit.ff.de leg.j.l.j.C.de leg.c.fi.
de transf.c.in literis.c.super.de restit.spoliat.c.
super literis.de rescr.c.ut constitueret.50.dist.
Bal.in c.pastoralis.de cau.poss.& propri.di-
22 xit q æquitas erat naturalis iustitia.†& in tit.
de allod.uers.non æquitas.asserit quinque mo
23 dis accipi æquitatem.†nã aliquando dr huma
nitas.l.Barbarius.ff.de off.præs.l. cum auus.ff.
de cond.& demonst.uide eundẽ hoc multipli
citer declarantẽ in l.j.ff.de iust.& iur. ubi diffi
nit æqtatẽ esse applicationem aĩ,seu iudiciũ.
Conclusio tamen omniũ est,q æquitas re-
24 ducit nos ad puritatem iuris primæui.l.j.ff.
de pact.l.3.ff.de min.Abb.in c. ex parte.de trã
sact.& in c.j.de re.iu.dixi in repet.c.j.de re.per
mut.& in hac materia æquitatis ,& rigoris ui-
de multa q elegãter scripsit Marius Salomo.
25 †in l.i.ff.de iusti.& iur.ubi,& quod nos aliàs
studiose differimus,æqtatẽ iuris a bonitate nõ
26 secerni,manifestis docet argumentis.†Nunc
tamen in mentẽ subit quantũ huic assertioni
obuiet q passim de æqtate p iuris utriusq; ma
gistros dicunt:& qtũ uelint ęqtatẽ a rigore dif
27 ferre,†ut in l.placuit.C.de iud. & in l.i.ff. de
iusti.& iur. Nã oĩs lex est bona. de hoc nemo
28 dubitat.†ergo est et æqua,ſm hãc positionẽ.
ergo æqtas,& rigor in eodẽ.ille igit tractatus
29 de rigore,& æquitate supfluus.†cur ergo nõ
dicimus aliud bonũ,aliud æquũ.l. hac lege.C.
de pac.cõuent.ut lex plerunq; sit rigida,exce-
30 dens terminos ęqtatis.†c.ferrũ.50.di.cũ mul
tis aliis,de qbus p Spec.in tit.de dispẽ.q lex est
bona ad malorũ coertionẽ,& pacificũ Reipu.
31 statum.†nõ tñ æqua.iõ in l.j.ff. de iust.& iur.
qñ dr ars boni,& ęq.intelligat q iuris cõsultus
sit,qñ bonũ, & qñ æquũ sequi oporteat.i. qñ
ad rigorẽ,& quando ad ęquitatẽ sit accõmodã
32 da iuris interptatio.†capiendo tamẽ æquita-
33 tẽ in genere,oĩs lex erit æqua,& bona:† qa et

in rigore est æqtas boni publici. sed qões hu-
iusmodi psequi nõ intendimus. uide in pfatis
locis,& seqre qd lubet.unũ tñ non te ptereat,
æqtatis decisiones ex utilitate inductas a iuris
34 prudentibus,†quãdo utile existimauerũt qd
piã cõtra iuris rigorẽ induci. inde sæpius iure
consulti dicunt utilitatis cã quidq receptũ. &
35 utile est.i.æquũ.†l.j.§.si ego.ff.si pars hæred.
pet.ex hoc fonte psiscũt oẽs actiones uti-
36 les,& interdicta utilia.†
37 Quinto,qro qd sit æquitas canonica?† Rñ.
est ius,aliquid singulariter disponẽs, aduersus
cõem iuris regulã dictante particulari rõne,se
cundũ finẽ legis,& Euãgelii. Dixi ius:qm æq-
tas est iustitiæ pars,ut dictũ est,& lex æqua in
ducta aduersus rigorẽ,& ponit ius loco gene-
ris,singulr disponens,respectu uniuersalis re-
gulæ,q quã inducit ęqtas,dũ sua uniuersali di
spõne cõplectit casus,quos æquũ est nõ com
phendi.c.sępe.de rest.spol.doct.in l.placuit.C.
de iudi.dicentes æquitatem,exceptionem, re-
gulam,rigorem, quod tamen aliter declaraui
in repet.dicti.c.j.de re.permut.in vi.
Particulari rõe:quia casus qui excipiuntur
a regula , excipiuntur ob rationẽ aliis casibus
38 minus communem,†attenta qualitate rerũ,
& locorum.l.bona fides.§.incurrit.ff.depos.
Secundũ finẽ legis,& Euangelii,qd ppriẽ
39 apud nos ius naturale dr.†c.ius naturale.j.di.
dixi aũt secundũ finẽ istorũ : qm ius canonicũ
hẽt istas leges,& cõsequenter bonũ aĩę finẽ,&
scopũ,in quẽ dirigit intẽtionẽ suã.c. ut anima
rũ,de cõsti.in vi.p Host.in prohe.decr.iõ dici-
mus q de æquitate canonica pactũ nudũ obli
gat:qa fini aĩę cõuenit,iuxta illud & q pcedũt
40 de labiis meis,nõ faciam irrita.†c.j. de pact.c.
et si Christus.de iure.iur.& iuramentum obli-
gat impuberem,& mulierem:quia dictum est:
uouete &c c.magne.de uot.ex quo infero, q
illa æquitas,q est secũdũ leges ciuiles,deuians
a fine canonico,nõ põt dici æqtas canonica:
nã etsi ęquũ,optimũque sit ciuili iure usuras
dari,solutas nõ repeti.l.j.l. quamuis.C.de usu.
l.j.ff.eo.tamen de iure canonico , neque bo-
41 num,neq; æquũ:† quia bono animę,& dicto
42 Euangelii obuiat.†c.cũ tu.c.cõsuluit.de usu.
At cõtra pmissa op oẽ ius canonicũ est æquũ
43 † secundũ illã æqtatẽ, q cõcordat bono aĩæ:
quia aliàs nõ ualeret.c.erit aũt lex. 4. dist.ergo
supfluo tradunt,q dicunt de æquitate,& rigo-
44 re. Sol.æquũ multipliciter capit,†secũdũ Bal.
in d.uer.nõ æquitas.uel dic oẽ ius esse ęquum
æquitate generali.quæ cũ cessat in casu rema-
net rigor,aduersus quem procedit noua æqui-
tas,segregans casum a generali ordinatione,ut
declaraui in d.c.j.de re.permut.in vi.
Quero sexto,quibus regulis utendum sit in
45 materia æquitatis?† Sol.dantur reg. Sex.

Regula

Regula prima. Vbi rigor, & ęquitas rĕperiū
tur scripta, uel non scripta, æquitas præualet ri
46 gori: † quia in pari casu, æquitas præponitur.
dicta.l.placuit.doct.in c. fi. de transf. declaraui
in eadem repetitione latius.
Vnde infero, ꝙ si reperiantur due leges cō-
trarię, neq; cōstet utra aliā corrigat, illa præua
47 lebit, quæ ęquitati magis erit cōsona. † Doct.
in l.placuit, & in c.fi. De trāsact. Itē infero, ꝙ
Si una glo. uel doct. in diuersis locis cōtra-
ria scripserit, in iudicando illā opin. sequemur,
48 q̄ magis ęq̄tati cōueniet. † Aret. in cons. 164.
Diligenter, & mature discusis: col. 7. ꝓ quo gl.
in l.si cum exceptione.§.sed & si quis.ff.quod
me.cau. unde, Rota quæ semp æquitatē hanc
49 ueneratur, † solita est canonizare dictū parti
cularis doct. neglecta opinione cōi, quando di
50 ctum uř æquius. † Item doctor in legendo
hærebit illi opin. seu intellectui, qui sapiat æq.
51 tatem, sicut iudex in iudicando. † clem. fin.§.
interrogabit. de uer. sign. l. qđ si ephesi. ff. de
eo qđ cert. loc. Bal. in l. inter filios. p illā gl. C.
fam. hęrcis. & intellige ꝙ iudex debet ꝓcedere
secundū æquitatē informatā a iure naturali,
52 non a sua fantasia. † unde dicit Bal. in l. hac le
ge. C. de sent. ꝙ in iudice debēt esse duplex sal.
53 sal conscientię, & sal scientiæ. † quia cōscien-
tia, sine scientia est insipida: scientia sine con-
54 scientia est diabolica. † idem dicit Ang. in di-
sput. quæ incipit. Duo ad inuicem litigātes. pe
ritorum enim consilijs res agendę sunt. glo. in
clem. i. in fi. de concess. præben.
Item, in arbitrariis præponet æquitatem ri-
gori, etiam quando æquitas non esset scripta.
55 † Ant. in c. i. in vi. col. de constit.
Fallit tamē in cāis Iudæorum, & paganorū,
in quibus secundū rigorem ꝓceditur, omissa
56 æquitate ēt scripta. † Ang. & Imo. in l. si insu
lam. ff. de uerb. obli. Roma. in rub. de arb. in 2.
col. Vide tamen Feli. in c. multorum. in fin. de
Iude. aliter dicentem.
Regula secunda. Quando ius ciuile fundat
decisiones suas in subtilitates, æquitas canoni
ca, ueritate apparente, subtilitatē reiicit, & qđ
æquū est determinat. Exēplum. subtilitas iuris
ciuilis reiicit libellū, quando inepte ꝓponitur
actio, secundū formas iuris: æquitas tamen ca
nonica admittit, dūmodo aliàs de ueritate cō-
57 stet. † c. dilecti. de iud. c. cū tibi. c. cum oēs. de
test. c. i. de dol. & cont. d. c. sæpe. itaq; si statutū
diceret ꝓcedendū esse secundū rigorē iuris, nō
58 ualeret. † Abb. in c. dilecti. in ii. col. de iud. c.
qđ sup his. de maior. & obedien. Quod in ter-
ris ecclesiæ generaliter est uerū: in terris autē
Imperii, distingue: aut æquitas canonica indu-
citur rōne peccati, uel turpitudinis, & nō pōt
induci cōtrariū in aliquo foro: aut uero induci
tur ob cōmodū partis, & statuta sua ligabunt
59 laicos, † p reg. cōem, de qua ī c. ecclesia sanctę
Mariæ. de cōstit. & in c. nouit. de iud. & in c. cū
esses. de testa. aliàs statuta præfigentia instātiā
cāis, & limitantia modos agendi, nō ualerent.
60 ęquū. n. est ut populorū statuta obseruent. l. †
oēs populi. ff. de iust. & iur. ad hoc glo. in reg.
possessor. in vi. Ioa. An. & Domi. in c. Abba. de
reg. iur. eo. lib. Host. Ant. in c. si duobus. de ap-
pel. late p Feli. in c. in causis. in 1. col. de test.
Fallit tamen in cāis miserabiliū ꝑsonarum,
61 ubi indistincte seruanda est ęq̄tas canonica. †
Abb. & Imo. in c. clerici. de iud. Feli. ubi supra.
Regula tertia. Qn̄ ius canonicū cōtinet rigo
rē in genere, ius uero ciuile ęq̄tatē in specie,
æquitas ciuilis obseruanda est in foro canoni
62 co. † Archi. in c. qđ a patribus 75. distin. Bal.
in c. ego. n. in 2. col. de iur. iur. qđ intelligo ue
rū, capiendo ęquitatē ꝓ exceptione, & rigorē
ꝓ reg. ut supra, nō est. n. incōueniens, ut rigor
63 canonū tēperetur a benignitate ciuili. † c. si
in adiutoriū. x. distinct. c. i. de nou. oper. nunc.
& tunc pōt dici canonica ęq̄tas: q̄a de mēte ca
nonū ꝓcedit: sed si rigor canonū esset exꝑssus,
in specie. secus dicēdū. arg. in cle. dudū. de iud.
Fallit, ubi rigor armaretur aduersus peccatū:
qm̄ nisi ęquitas ciuilis reducat ad rōnem non
peccati, nō seruabitur: qn̄ aūt sic reduceretur,
obseruaret ēt in foro canonico. exēplū ī l. cura
bit. C. de act. emp. ubi doct. & p hęc terminatur
illa q̄stio: an ius ciuile limitatoriū ꝓcedat de
iur. canon. de quo ī tract. extēsionū latius dixi.
Regula quarta. Aeqtas scripta in specie, ex
tēditur ad similes casus habētes rigorē scriptū
64 in genere ad oppositū. † ꝓbatur in l. si māda
to.§. quoties. ff. mand. l. cū res. C. si aliena res.
pig. dat. sit. l. 3. C. de don. q̄ sub mo. l. si ego.§.
si res. ff. de iure dot. quā reg. no. q̄a facit ad de-
cisionē multorū casuū, q̄do quęritur: an lex li-
65 mitatoria extendatur, † ut dixi in eodē tract.
ad quod est materia. l. non possunt. ff. de leg.
Vnum tamen semp obseruandū duces, ꝙ q̄
tuncunq; subsit ęquitas, quādo lex specialiter
determinauit casum, nō licet ob ęquitatē con
66 trariā, a legis decisione recedere. † l. ꝓspexit.
ff. qui. & a qui. Roma. in cons. 205. moderni in
c. ex parte. il ii. de off. deleg. & Ro. in cons. 147.
qn̄ dicit, Arbitros quibus datū est cām secūdū
æquitatem terminare, nō posse decidere con
67 tra casum iuris, etiam rigoris plenum. †
Regula quinta. Aequitas quæ dictauit aliq̄d
specialiter statui contra rigorem, in fauorem
certarum personarum non debet extendi, sed
restringi ab ea parte, qua induceretur præiudi
cium tertii. l. nec auus. C. de eman. liber. c. quā
uis: de rescri. in vi. Egid. decis. 177.
Regula sexta. In casibus decidendis in foro
68 mercatorum seruanda est semper ęquitas. †
Bart. in l. si fideiussor.§. quædam. ff. mand. &

in l.quintus.co.ti.Bal.ī l.ſi ꝓ ca ī ul.col.C.co. Qđ intellige de illa æquitate,quæ reiicit ſubtilitates,& ſolẽnitates iuris: nõ de illa q̃ cõcernit ueritatem negotij: qm̃ tũc ſeruãda iura,& æquitas aduerſus legem ſcriptã improbatur.†
69 Bal.in d l ſi pro ca.in ul.col. Vnde Bar. ī d. l. Quĩtus.dicit ꝙ i foro mercatorũ nõ admittiť exceptio pacti non ueſtiti ꝑſtipulationẽ, uel
70 aliter:† nec ẽt admittitur exceptio ꝓſcriptio-
71 nis,quæ cũ mala fide.†de quo uide Deci.in c. ex parte.el 2.de off.deleg.ubi examinat.

Qũo ꝓcedẽdũ ſit,quãdo alicui ſcribitur ut
72 ꝓcedat ſecũdũ æquitatẽ.†adde Ro.cõſ. 149. in c.Concluſionem primam.& Abb. in conſi. 91.Quo ad primam col.pen.in 1.uol.

Septimo quæro,qui ſint iſti caſus,in quibus ꝓcediť de æquitate canonica? Sol. Innumeri ſunt,quos colligere laborioſum magis,q̃ ſubti
73 le eẽt:†quoſdã tamẽ obiter adnotatos, ẽt aliã æquitatem quandoque reſpicientes, ponam.

Primus caſus,licet actiones ſint proponẽdę nominatim de iure ciuili:tamẽ æquitas canonica ĩduxit,ut ſufficeret ita factũ ꝓponere, ut ex eo poſſet elici actio,& ſequi cõdẽnatio,uel
74 abſolutio†c.dilecti de iud.Et qa iſte caſus requireret altã indaginẽ,ad uidẽdũ, an ſit in hoc inter ius ciuile,& canonicũ, dr̃ia: remitto me ad ea quæ ibi tradunt ſcribentes.

Secũdus caſus,ꝙ quãdo cã generalis eſt expreſſa in libello,ius uel cã ſuperueniẽs, ante q̃ ſit cõclusũ,ꝓdeſt actori,&ſecũdũ illud põt fer
75 ri ſnĩa.†Io.An.Anch.& Domi.ĩ c.Abbate ſanè.in uer.ꝓfatus.de re.iu.Dicentes hoc procedere in terris ecc.non in terris imperii. Quod eſt uerũ per ea quæ dicta ſunt in 1.reg.

Rõ aũt huius æquitatis eſt: quia cã agẽdi expreſſa ĩ genere nõ cõcludiť certo loco,aut tpe. unde quãdocũque adſit cã ante cõcluſionem,
76 ęquitas dicat ut ſecũdũ illã ferať ſnĩa,†q̃q̃ pe tr.in l.1.C.de alie.iud. exclamat contra iſtam diſtinctionem,non licet nobis recedere a deciſione tex.in d.§ præfatus.

Tertius.ęquitas canonica nõ curat ſi exceptio litis finitę ꝓponať ĩ uim dilatorię,uł perẽ
77 ptorię.†Phi.i c.1. in 4.col.delit.cõteſt.in 6.

Quartus,opi.cõis,q̃ habet ꝙ clericus poſſit recõuenĩri corã layco,de qua ꝑ doc.in c.uerũ. de for.cõpe.& in c.certũ de iud. ꝓcedit ab æq̃
78 tate canonica,non a rigore iuris,†ſecũdũ Albe.in auct.& conſequẽter.in pe.col.C.de iudi. ꝑ modernos in c.at ſi clerici. col. 14.de iudi.

Quintus.& põt idem dici in cã depoſiti,ubi clericus ſpecialiter ſubijcitur laico,quando ip-
79 ſe iudex laicus depoſuit apud eum, †ſecũdum Bal.in l. acceptam.C.de uſur.

Sextus.q̃uis de defectu mandati poſſit opponi quãdocũq;, ẽt poſt litẽ cõteſtatam,tamẽ
80 de ęquitate canonica ſecus.†Ant.in repe.c.cũ m.in 8.col.uerſ.Aut opponitur.de conſtit.

Septimus.officiũ iudicis ex ęquitate canonica,ẽt poſt biẽniũ, ꝓponiť loco deficiẽtis actio
81 nis.†Bar.& Bal.in l.in cõtractibus.in princ. C.de non nu.pe.Alc.in l.planc.ff.de pet.hære.

Ex eadẽ ęquitate,exceptio nõ numeratę pe
82 cunię cõpetit ultra bienniũ.†Henr. in c.ſi diligenti.in 3.diſtin.col.4.de præſc.de quo tamẽ uide Abb.in c.fi.de ſolu.ad fi.

Inſtãtia iudicij de ęquitate canonica trãſit
83 in ſucceſſorem uitioſũ.†abb.in c. quia in 3. col.uerſ. quæro quid ſi inſtantia.de iud.

Qđ poſitiones negatiuæ,uł affirmatiuæ admittãtur,ut pars cogatur reſpondere,ſecundũ ea quę habẽtur in c.1 de cõfeſ.ꝓcedit ab ęquitate canonica:cum aliàs probationes non ſint
84 producendę de domo rei†Io.And.in c. 2.de confeſ.Phil.in d.c.j.

Itẽ, ꝙ reus cogat actorem edere inſtr̃a ſua ad fundandam exceptionem,procedit ex ęquitate.l.&quę.C.de eden.ſecundum unam lect. de qua ibi gloſſ.& doct.

Articuli,qui sũt de iure dãtis,ẽt poſt terminũ admittuntur ex æquitate canonica.Rot.deci. 104.in no.inci.Oẽs domini.& in dec. 30. eo. uol.quæ dicit hoc non procedere in cauſa cri-
85 minali,†quamuis multi contra.

Item,ſimiliter teſtes,qui iurauerũt in termino,examinari poſſunt poſt terminum proba-
86 tionis.†Biſg.in tit.de teſt.dec.1.

Itẽ, tolerãtur teſtes examinati ꝑ iudicẽ re-
87 miſſorię, poſt tps ꝓfixũ.†Rot.dec.587.ĩ ant.

Qñ teſtis inhabilis admittiť ad teſtificãdũ, æqtas canonica nõ patiť iudicẽ ꝓcedere rigo-
88 roſe†Abb.ĩ c.ꝑ tuas,el.1.circa mediũ,de ſim.

Ex ęquitate canonica datur tertium fatale.
89 † Peruſ.in c.ex ratione.col.xv. uerſ. ſecundo caſu. de appel.

Item,propter eandem, ignoranti nõ currit tempus ad petendum apoſtolos,niſi a die ap-
90 pellationis,†Rot.dec.29.
91 Item,dãtur apoſtoli ſumptibus petẽtis. †gl. in cle.Quanuis.in uerſ.oblatos.de appel.

Appellatur a ſnĩa lata per contradictas ex eadem æquitate, licet appellans fuerit uerus
92 contumax.† Rot.dec.137.in no.

Qui egit contra unum correum,qui nõ eſt
93 ſoluendo, ex eadem aget contra alium† Bar. in l.3.§.2.in 2.col.C.de duo.re.

Diſpoſitio cle. Auditor.de reſc.ex fonte ęqui
94 tatis procedit,†quanuis Imo.ibi in 4.5.& 6. col.hoc ualde diſputet.

Qđ poſt cõcluſionẽ in cã poſſint inſtr̃a &
95 lrę ꝑduci,eſt ęquitatis opus.†Rot.dec.165. in fi.in no. q̃uis ęquitas illa,ſit ęquitas Rotę.

Exceptionem dilatoriam ex æquitate canonica admittit iudex poſt omnes terminos datos ad proponendum dilatorias, quãdo habet

cas

96 eas paratas,& absque dilatione proponit.†Egid.dec.745.col.4.

Quòd moriente uno ex colligantibus,beneficiū alteri conferri non posſit, donec lis ſit
97 finita,deſcendit ab hac æquitate†c.fi. ut lite pend.in 6.ut ibi per Io.And.& Archid.

Idem eſt de eo qui non obediuit iudici, mādanti aliquem poni in poſſeſsionem: quia propter æquitatem nō mulctabitur, dummodo ca
98 ueat infra annum de ſoluendo. †gl.& tex.in c.1.de dol.& cont.

Item ꝙ petens reſtōnem in beneficialibus, teneatur colorare titulum,procedit ex æquita
99 te.†Alex.in c.1.col.8.poſt medium.Rot.dec. in no.39.

Licet de rigore iuris,non intentetur poſſeſſorium ſuper annuis præſtationibus: tamen ſe
100 cus de æquitate.† Abb. in c. peruenit. in 1. col.de cenſi.

Ex æquitate iſta toleratur teſtimoniū,quan
101 do notarius dicit, depoſuit ut alius. †Fel.in c.cum in tua.in 2.col.de teſt.

Propter hanc æquitatem, inquiſitor hæreticę prauitatis non communicat proceſsus ordinario,niſi in fine,& econtra,licet de rigore ſit
102 oppoſitum†in extrau.Bened. XI. quæ incipit.Ex eo quòd prædicta. in tit.de hære.

Publiciana ex æquitate canonica,competit
103 etiā ante traditionem.†Ant.in c. ex literis. in pen.col.uer.aduerte tamen.de conſti.

Idē dicimus de libello ad extimationem rei
104 uenditę,& nōdum traditę.†Egid.dec.285. quamuis ipſe contra.

Obligatio perſonalis ſecundum iſtam æqui
105 tatem tranſit in hæredes.† Bald. in l.furti. C.de furt.

De æquitate iſta,mala fides defuncti nōnocet hæredi in præſcribendo,qn̄ uellet incipere
106 præſcriptionē a ſe,†q̄uis rigor ſit in oppoſitū.l.cū heres ff.de diuer.& tēp.pſc.Din.in reg. poſſeſſor.de re.iu.in 6. Dicens æquitatem canonicam non pati ut uitium unius perſonæ
107 tranſeat in alium.†

Hāc tamē opi.quę multos habet ſectatores,
108 cōiter damnāt doct.†ut p Fel.in c.ſi diligenti.in 5.col.de præſcr.Iaſ.in l.pomponius. §. cū quis.in ult.col.ff.de acqui. poſſ. & apoſtilla ad Bart.in d.l. cum hæres.

Saluatur tamen opin.Dyn.in præſc.30. uel
109 40.ann.†ut per Iaſ.& Alc.in d.§. cum quis. Bal.in l.cū qui §.qui in hac.ff.de publ. & in l.ſi ego.§.partas.in fin.ff.eo.Corn. conſ.16. in 3. col.in 2.uol.& in conſi.277.in 4.col.in 4.uol. quamuis in conſi.66.in 2.uol.uideatur tenere contrarium.Idem tenet Ant.poſt glo.in c.ſi diligenti.in 4.col.uerſ.quæro, an mala fides. de præſcr.ut eum citat miles in ſuo reper.uer.præſcribere non poteſt hæres,quanuis Abb.ibi. & Iaſ.in d.l.Pōponius.uideātur tenere cōtrariū.

Item ſubſtinetur opi. Din.quando hæres habet titulum ab alio,quàm a defuncta.Iaſ.& Fely.ubi ſupra.& Alc.conſi.39.in 2.uol.

Itē ſubſtinetur ſecūdū Fel.ibi,qn̄ aliquis adiuiſſet hæreditatem cum beneficio inuentarij, ſuper quo nullam adducit bonam rationem.uide Pau.de Caſt.conſ.265.in 2. parte.

Hæres ex hac æquitate tenetur pro delicto
110 defuncti†ad exonerandum animam eius,ſi facultates patiantur.c.in literis.de rapt.Anch. in reg.poſſeſſor.col.8.in fin.

Item ab hac æquitate ꝓcedit, ut p̄ſcriptio cū mala fide ēt xxx.uel xl.annorum,nō proſit.
111 †Qm̄ talis præſcrip tio eſt iniquiſsimū præ
112 ſidium. †Auct.ut ecc.Ro.§. habeat itaque. aliàs præſcriptio cū bona fide ualet ēt in foro
113 conſcientiæ.†Inno.in c.cura.de iure pa.Fel. in c.ex parte.de offi.deleg.

Itē,licet ſecūdū rigorē nō acquiratur abſenti §.ſiquis alteri.inſti.de inu.ſtipul.ſecus tñ de
114 æquitate canonica.†c.quoties ubi gl. in uer. & per te.1. q.7.gl.in c.q̄q̄.i uer.poſſit acquirere.de uſur.Vnde proceſſit forſan deciſio c.ſi ti
115 bi abſenti.de pręb.in 6.Qđ tamē uŕ declarādū ut poſſit agi ꝑ uiā denūtiationis euāgelicę, nō ꝙ dēt actio directa,ſcđm Ant.qui hoc late attingit in ſalut.prohemij decr.in pen.col. Idē tamen in c.ſi cautio in ij.col.de fid.inſtr. vŕ indiſtincte tenere,quòd per confeſsionē partis
116 acquiritur abſenti.†uide Ro.dec.249.in no. Miles in reper. in uer.abſenti ſi fiat donatio, Fel.in d.c.ſi cautio.uide Egid.deci. 742.i uer. 2.concl.ubi dicit Ro.concluſiſſe ꝙ abſenti ac
117 quiratur ſine intermedio epīæ,uel nuntij.†

Excommunicatus ex hac æquitate admitti
118 tur ad compenſandum.†Abb.poſt gl.in c.cū inter.in fin.de excep.

Pactum nudum de æquitate canonica ꝓdu
119 cit actionē†c.1.de pact.& ibi latè per doct. ex quo infertur quòd ſi ſtatutum diceret quòd deberet procedi ſm̄ æquitatē, ut eſt in foro mercatorum,poſſet agi ex pacto nudo ēt interris imperii.ſecundum Bal.Nouel.in rep.rubr. de uer.obli.col. pen. & Bart.in l. fideiuſſor. §. q̄dā.& in l.quintus.ff.man.& Saly.& Bal.in l.ſi ꝓ ea.C.man.Vnde dicimus ꝙ ſi cōpromiſſum ſit factum,ut poſſint arbitri ſcđm æquitatē ꝓnūtiare,poterūt cōdēnare eū,qui ꝓmiſit ex pa
120 cto nudo.†Ro.in rub.de arb.in 2.col.

Idē quoq; dicimus de cōtractu innominato ꝙ licet ante implementum non pariat actionē de iure ciuili:tamē ſecus erit de æquitate cano
121 nica.† Bal.in l.cū quis. in 1. C. de iu.& fac. ign.Alc.in l.ſi pecuniam.ff. de condit. ob cau. quamuis Rom.ibidem teneat contrarium:cōi
122 ter tamen eſt,ꝙ pariat actionem:†de quo ꝑ Monſer.in rub.de uer.obli.in 4.col.

Obligatione, quãuis incertã Canonicã æquitas non reijcit, sed in boni uiri arbitrium con-
123 fert.†Feli.in c.cum iuramento. de homic. & in c.j.de pact.Abb.post Ant.in c. ex parte. de censi.
124 Omnes contractus hodie sunt bonæfidei.† & ideo omnis cõtractus, cui dolus dat causam,
125 est nullus.†Bal.in c.1.de plus pet.Bart.Cepol.in repet.c.cum uenerabilis. de excep.

Quanuis promittens factum alienum non obligetur.l. stipulatio ista habere licere.ff. de uer.obl.Ant.in c.ex literis.el ij.de spon.c.sicut ex literis eo.titu. Quoniã si in stipulationibus ęquitas induxit, ut qui promittit factum alie-
126 num, obliget se facturum, & curaturum.† l.quoties quis.ff.de uerb.obl. tãto fortius hoc inducet ius canonicum in materijs ad se spectantibus.Alex.& alii in d.l. stipulatio ista habere licere.uide Corset.in rubr.de iure. iur. in 14.& 17.priuil.

Ex quo infero quòd ubicunque ęquitas prętoria aliquid inducit in certo genere contractuum, illud indistincte obtinebit de æquitate
127 canonico:†quoniam ius ciuile indubio acceptatur ex ea parte, qua continet æquitatem,
128 non ex ea qua rigorem.†c. dilecti.de iudic. in c.sæpe.de restit.spol.

De rigore iuris si quis liberauit quempiam inuitum a carcere, soluendo pro eo, non habet actionem ad repetendum quod soluit.l.fin.C. de neg.gest.tamen de ęquitate contrarium est
129 uerum.†secundum Io. An.& Phil.in c.cum c.de for.competen.in vj. propter simile quod dicitur de impensa funeris in l.at si quis.§. idẽ labeo.ff.de relig.& sumpt.fun. Aduertat tamẽ iudex, quia ego expertus sum quandoq; inimicos carcerati prosilire in hoc genus libertatis, ut inde nanciscantur occasionẽ, afficiendi carceratum maiori iniuria: uel quia uident ipsum statim liberandum aliquo iocundo aduentu. uel iuuandum cessionis beneficio: in dubio tamen creditur charitas, & datur repetitio: quia iste est unus de casibus, quando beneficiũ con
130 fertur in inuitum.†ut declarat Pau.de Cast. in l.soluendo.ff.de neg.gest.glo. in summ.83. dist.ad hoc c.ipsa pietas.23.q.4.qui emendat. 45.distin.not.Bar.in l.si stichus.in prin.ff. de pecul.Bal.in l.fin.in ij.col. uers.sed ponamus. ff.de neg.gest.

Item, licet stricto iure, adueniente die solutionis, pœna debeatur, tamen mora purgari po
131 test,†doct.in c. potuit de locat.Bart. & alii in l.si insulam.ff.de uerb. obl.

Dubitari tamen solet: quid quando adest iu
132 ramẽtum: an purgari posit?†Pau.de Cast. & multi alii, quos refert Alexã. in l.si quis maior C.de trans.tenuerunt moram purgari non posse in pœnis commissis: communior tamen opin.ꝙ non admittatur huiusmodi purgatio,
133 †ut per multa fundamenta astruit Roman. cons.427.& in sing.444.incipien. iuramentũ excludit facultatem.Matasl.in no.50.Alexan. cons.157.in ij.uol.& in cons.76.in 5.uol.col. pen.
134 Fallit tamen in foro pœnitentiali.†glo. in c.apud misericordem 32.q.1. quam ita intelligit Rom. in præall.cons.

Fallit secundo in exceptione non numeratę pecuniæ, quæ semper iuramento non obstã
135 te, opponitur.† Alex.in d.l. si quis maior.

Fallit tertio, in iudiciis.uide moder.repetẽtes in d.l.si quis maior.in 23.no.

Pęna non committitur in totum si partim
136 est solutum, & partim nõ solutum debitũ.† c.suam.de pęni. & ideo si ex pluribus hæredibus unus cessat a solutione, cæteri qui soluerunt, non cadunt in commissum de æquitate canonica, quanuis de rigore contra, ut per Ias. in l.2.q.17.uers.tertio limita.C. de iur. emph.

Eadem æquitate attenta, proprietarius te-
127 netur relocare primo conductori.† Pau. de Cast.consi.32.in prin.in j.uol.

Item locator, qui in casu concesso expulit conductorem ante tempus, tenetur ex æquitate, ista prouidere conductori de alia domo,
138 †ut inquit Imo.in glo.fi.de loc.

Item donatio facta alicui pro successoribus
139 absque stipulatione ualet, ex æquitate† tantum.l.quoties.C.de don. quæ sub mo.

Item propter eandem æquitatem, sufficit re
140 linquere filio legitimam quocunq; titulo.† de quo tamen late Phil.in c. si pater. col.17. uers.quare pro ueritate.de testa. in vi. Barb.in c.in præsentia.in 6.col.de probat.

Item usurarius hac de causa recuperat famã
141 amissam, restitutione facta.†Anan.in c.quã periculosum in ultima çol.de usur.

Substinetur testamentum nutu factum ex
142 æquitate canonica.†Abb.in c. cum tibi. in ii.col.de testa.q tamẽ uidet̃ loq̃ ad pias cãs.

Alimenta spuriis ex simili æquitate legant̃,
143 †Abb.in c.cum haberet.qui cle. uel uouen.

Ex ęquitate toleratur actus gestus a præla
144 to illegitimo.† de quo Bar. in l. Barbarius in 7.col.uer.sed q̃d dicemus de offi.pręf. p̃to.

De rigore iuris legatus nõ unit ecclesias: se
145 cus de ęq̃tate:†Abb.in c.fi.de cõfir.uti.uel inut.dixi in materia unionis.

Duo intitulari non possunt in una ecclesia:
146 de æquitate tamẽ possunt.†glo.in c.tuę fraternitatis.de præben. in fi.

Eadem inductũ est, ut per expectationẽ secundi beneficii uacaturi, non posit haberi il-
147 lud, q̃d est de nouo creatũ.†glo.fi.in c.fi.de rescr.uide tamẽ ibi Pau. Zenzel.Io.de ligna.tenẽtes cõtrariũ, & Imol.hoc disputãtẽ in 8.col.

Ab

Ab hoc fonte procedit decisio.c.si tibi con
148 cesso.de præben. in vi.†
Item decisio c.sup gratia.de off. dele. in vi.
149 †secūdū Lau.de Ridol.q.127.in tract.usur.
Item,ꝙ quando ecclesia reedificatur,primi
150 patroni consensus requiratur.†Host.Card.
& alii in c.Quoniam.de iur.patro.
Corpora exhumata,lite pendente, nō resti
151 tuuntur ex hac æquitate.†Rot.dec.8.54 in
ant. Phil. in c. cum dilecti. in ij. col. de appell.
Henr.in c.cum uenissent.de instit.
Terram ad culturam redactam, nullo præ-
cedente pacto,concedi posse in emphiteosim,
152 æquitatis opus est.†Imo.in c.ad nares.in fi.
de reb.eccle.non alien.
Item alienans partē de rigore iuriscivilis,ca
dit a tota emphiteosi: secus de æquitate cano-
153 nica.†Ias.in l.fi.col.43.uers.xiii.q. quanuis
Soci.in l.4.§.Cato.&.col.9.ff.de uerb.obl. di-
cat idem esse de iure ciuili.
Item,licet de rigore iuris hæres hēat actio-
154 nem in qualibet gleba.†l.i.§.quinimo.ff. si
pars hę.pet.l.si inter me.ff.de ex.cerei.iud.ta-
men ex æquitate,si ego cohæres possideā. hæ-
reditatē ēt extraneo prius tua petetur ab eo.
d.l.i.§.si ego.quod intellige qn̄ pro indiuiso:
secus si possideret pro diuiso: quoniā tunc ēt
a cohærede petetur dimidia dimidiæ.d.l.i.§.i.
ubi Alber.late distinguit.sed tunc sn̄ia Pegasi
q̄ uidetur ꝓcedere ex æq̄tate secūdū cōmunio
rē intellectum, ꝓcedet de rigore. quod uerius
existimo:qm̄ tunc nil habet ultra partē suam.
Quæro octauo.Quid est dispensatio homi
155 nis?†Sol.est iuris communis relaxatio facta
cum causa ab eo,qui habet auctoritatem hoc
156 faciendi.†glo.in c.pro tempore.i.q.vii.
Iuris communis relaxatio loco generis, &
cōprehendit ēt dispensationem legis quæ ad-
uersus cōmunes regulas emanat.Reliqua quæ
sequuntur ideo dicta: quia dispensatio fuit in-
157 uenta,† secundum Thom. & alios, ut ipsa
esset pars iustitiæ distributiuæ. Nam cum le-
gislator faciat legem communem,omnes com
prehendentem.l.7.ff.de legi. & eueniant mul-
tæ causæ, propter quas naturalis ratio, & illa
intrinseca ueritas facti non animaduersa, ne-
que considerata à legislatore, suadet factum
illud non debere comprehendi sub illa gene-
rali determinatione. Lex uoluit esse unū, qui
secundum terminos iustitiæ dispensaret ad-
uersus tenorem legis. & hic est princeps, qui
158 est uiua rō,& lex animata,† ut dicit Impera-
tor.in Auct.de hæred.& falc. hæc enim est illa
uirtus principi concessa, quam philosophus
in.5.Ethic.Epicheiam uocat, qua re omnis di-
spensatio reducitur ad causam iuris: aliàs est
159 dissipatio:†de quo ꝑ Tho.2.2.q.8.art. 1.Et
160 dispensator est iuris interpres, † secundum
eundem.facit glo.in.c. interfectores. 33.q.2.
per Spec.hoc tit.in princ.Io.And.in.c.de mul
ta.de præben. Archid. qui eleganter loquitur
in.c.cōsequēs.xj.dist. & post eū Dom. & Ale.
Et ideo dispensatio etiam per Papam facta:
quando non subest causa,si prohibitio erat fa
cta causa boni publici, ut ī dubio præsumitur.
c.erit autem lex.4.distin.non prodest dispen-
161 sato quo ad Deū.†Io.an.Et Abb.in c.dudū.
de elec.& ī c.de multa,& ī c.q uero.col.24. de
ꝓb.Tho.2. 2.q.27.Hēri.ī 2.quol. q.16. & 17.
Nā ut dicit Bern.in Epistola ad Adā monacū,
nunq̄d desinit esse malū,q̄a Papa concessit? &
in li.2.de cōsideratione ad Eugeniū. Vos ꝓba
tis hēre plenitudinē potestatis,sed iustitiæ ple
nitudinē nō approbatis,nōne īdecens est tibi
162 uolūtate ꝑ rōne uti?†& in Epistola ab Ro
ber.de eo q̄ peccat dispēsatus.Quid tibi q̄spiā
frustra blanditur de dispensatione apostolica?
Et iō dicit Specul.hoc titu.§.qualiter aūt. in
prin.ꝙ si is q̄ ꝑlatus est,debitori dn̄ico culpas
impune dimittet,nō mediocriter deū offendet
ꝙ debita cęlestis regis,& Dn̄i,sua ꝑsumptione
163 resoluit.†accedunt multa de q̄bus supra,qn̄
tractatū est de potestate legati circa pluralit a
tē bn̄ficiorū,& dicā infra cōcl.13.uer.fallit.2.
At tunc dubitat̄ nunq̄d interꝑtatio,&dispē
164 satio idē sit.†uide Tho. quol.4.q.18. dicētē
165 dispēsationē tūc esse iuris cōis relaxationē,†
qn̄ indifferēter sup eo dispēsat,qđ pōt esse bo
nū,& malū:qn̄ uero illud cōtra qđ dispēsat̄,est
absolute bonū,malū in aliquo casu dr̄ interꝑta
tio.inest.n.casus īterꝑtatus sine ministerio ali
cuius auctoritatis:dispēsatio uero nō inest, ni
si ꝑ ministeriū habētis auctoritatē: īterꝑtatio
166 tn̄ iuris multipliciter accipit̄,†ut late ꝑ Feli.
in c.sup q̄nū.de offi.dele.& Deci.ī c.i.col.8.
de postu.pla.&nos diximus in tractatu extēsio
nū, quā īterꝑtatio tādē reducit̄ ad duo necessa
riā,& cōtigētē,q̄uis Fel.& Deci.cōstituāt plu
ra mēbra.uidete in locis ꝑalle. q̄do uoles mate
riā hāc uider̄, illud unū ꝑcipue obseruato,ꝙ cō
suetudo ꝑ interꝑtationē suā dispēsat aduersus
rigorē legis,& ea dispēsatio est de mente iuris,
nec req̄rit cōsuetudinē ꝑscriptā. Ant.de But.
in c.fi.in 5.car.de cōsue.Alex.in cons.107.col.
pen. in 2.uolu.Areti.consi.xi.col. pen. & in c.
cū.m. de constit.Deci. ubi supra.
Quæro nono. Quotuplex dispensatio hoīs?
Sol.triplex secundū ueriores sn̄ias,debita, con
167 cessa,& ꝑmissa,†ut tradit Spec.ubi supra.ob-
scure tamē oīa declarans glo. in c. ut cōstitue-
ret̄. 50.distin.& in c. Dominus noster 56. di-
stin.& in c.dispensationes j.q.7.
Debita dici pōt dispēsatio, quæ ex legitima
causa peti pōt a superiore ꝑ offm̄ iudicis,si nō
ꝑ actionē,& si denegat̄, pōt recurrere ad aliū
168 superiorē,q̄ eū cogat,† cū hoc nō sit mera
gratia

169 gratia,ſed iuſtitię executio.†gl.in c.exigunt
1.q.7.& in c.domino ſancto. 50.diſt.Arch. in
d.c.cõſtituerẽt.& in c.licet canon. de elect. in
6. Dicens talem diſpenſationem eſſe ius, pro
ut eſt in diſpenſato.

Cauſæ autem huius debitæ ſunt illæ, quæ
exprimuntur in iure,ut propter ſtragem uitan
dam. dicto c.ut conſtitueretur. Item propter
ſcandalum,propter pacem.Spec.ubi ſupra.hęc
eſt illa quæ uere dicitur,& eſt iuris interpreta
tio,ut ſupra.

Conceſſa uero,quæ ex cauſa dari poteſt, &
170 negari,†& hæc ad naturam priuilegij decli
nat,& eſt illa,quam lex indulgentiam uocat.

Permiſſa uero,quæ ex principis diſsimula-
171 tione habetur, † & uocari debet tolerantia
principis aduerſus legem ſcriptam: quia ſcien
do,& patiendo illa non obſeruari, uidetur di-
ſpenſare, ne uideatur uelle illaqueare animas
contrauenientium,ut late per Abb. in c. quia
circa.de conſangu.& affin. quod tamen intelli
ge, quando Papa uult tolerare: ſecus ſi de fa-
cto toleraret non reſiſtendo. Abb.in c.niſi. in
3.col.In glo.ex iuſsione.de præben. Quod eſt
uerum,quando tolerat ea, quæ prohibentur a
iure poſitiuo:ſecus ſi a iure diuino,ut in deciſ.
Bern.de conſ.dec.2.

Illud autem,quod de diſpenſatione prohibi
tiua tradit Spec.non placet,cum tollat, non in
ducat diſpenſationem.arg.in l. legata inutili-
ter.ff.de adim.leg.

Vel ſi magis placeret,poſſes dicere:alia eſt
iuſtitiæ:alia gratiæ:alia mixta. Iuſtitiæ eſt illa
debita de qua ſuprà. Gratiæ eſt q̃ cõtinet me-
rum priuilegium & meram principis liberali-
tatẽ.Mixta,quæ inititur,partim iuſtitiæ,&par
172 tim gratiæ,† ut quando ob merita diſpenſe-
tur cum aliquo,qui tamen,neque officium iu
dicis imploratũ neque aliud remedium com-
peteret ad diſpenſationem faciendam,niſi etiã
concurreret diſpenſantis liberalitas. Ad hãc
diuiſionem faciunt quæ in ſimili tradunt Bar.
& alii in l.2.in princ.ff.de uer.obli.quando di
uidunt ſtip.dicentes quaſdam in dando,quaſ-
173 dam in faciendo,quaſdam mixtas. †per l.ue
teris.C.de contrah.& committ.ſtip.& quæ de
actionibus dicuntur in §.item mixto.Sub hac
diuiſione uenit principis tolerantia, quæ mix
ta dici poteſt.In qua tamẽ aduerte ꝙ tũc prin
ceps dicitur diſpenſare ex tolerantia : quando
174 utitur uerbo, toleramus†ſecus quando ſim
pliciter tacet Abb.in c.niſi.col.3.de præbend.
de hoc tamen,quando tolerantia principis ope
175 retur ut lex non obliget,†uide Alc.in c.in
iſtis.§.leges.4.diſt.qui inter cætera ſecutus Io
an.And.& Domi.in c.ſi de beneficio.de præ-
ben in 6.dicit ꝙ tolerantia principis non pro
176 deſt contra legem habentem decretum.†

Decimo quæro. Quę ſint cauſæ diſpenſan
di?Sol.multæ. Tẽpus c.neceſſaria. c. pro reme
dio.1.q.7.c.fraternitatis.34.diſt. quando dici
tur defectum noſtri temporis.ubi non ſolum
merita,ſed corpora defecerunt. non pati diſtri
ctionis antiquæ manere cenſuram. Item utili-
tas,& neceſsitas.c.tali.c.didici.j.q.j.c. ipſa pie
tas.24.q.4. Item, ſcandalum,& multitudo.c.
ut conſtitueretur. 50. diſt. Item & aliæ multæ
cauſæ, quas non facile erit enumerare, ſed ar-
bitrium erit iudicantis:perſonarum etiam me
rita,in his multum ſibi uendicant.c.de multa.
de præben.quamuis hæc cauſa ad communem
177 utilitatem referatur.†

Vndecimo quæro. Quæ ſit differẽtia inter
diſpenſationem, priuilegium, reſcriptum,
178 mandatũ, & beneficium?†Sol.Diſpenſatio
eſt relaxatio iuris,ſed cũ cauſa, quaſi quędam
interpretatio,quamuis non proprie.Priuilegiũ
eſt directe contra ius & iuris rationem.de hoc
& aliis,quia non ſunt ſpeculationis noſtræ, ui
de Iaſ.in l.3.in 5.col.de conſti.prin. And. Sic.
& alios in rub.de reſcrip.

Duodecimo quæro. Quomodo interpretã
dę ſint diſpenſationes?& qui,& in quibus caſi
179 bus diſpenſare poſsint?†Sol.quia enumera
re ſingulariter eas, eſſet implere membranas
inutiliter:pro uniuerſali introductione mate
riæ,ponam aliquas cõcluſiones, ex quibus u-
nuſquiſque poterit,quotcunque euenerint ca
ſus,decidere.

Prima concluſio.facultas diſpenſandi con-
180 ceſſa alicui a principe,eſt late interpretãda,
prout conſiſtit in perſona habentis eã.c.olim.
de uerb.ſig.Io.An.& Abb.in c.fi.de ſim. Old.
in conſi.152.dicens conſtitutionem. Execra-
181 bilis,non tollere facultatem diſpenſandi: †
quia illa eſt fauorabilis.Egid.dec.425. Dom.
& Imo.in c.1.de fil.presb.Domi.in c.fi.in 2.
col.uer.quid ſi eſſet conceſſa diſpenſatio.de re
ſer.Alc.in l.ſi ita ſcriptũ.§.j.ff.de libe.& poſth.
Et fit tunc extenſio ad conſecutiua, etiam ſe-
parabilia,ſecundum Domi.in c. nos conſuetu
dinem. in 3.col.12.diſt. Qui dicit,quòd ſi

Papa dat alicui facultatẽ, ut ꝓmoueat depo *Vide Gen-*
ſitos ad dignitatem, cenſetur etiam dediſſe ut *diſ.fol. 24.*
182 reſtituat,†motus ꝑ gl.fi.in c.hi qui.15.q.ul *per totũ om*
ti.Quamuis Io.And.in d.c.fi.de Symo.aliter ui *nino.*
deatur intelligere illam glo. et ſecundum iſtã
concluſionẽ intelligit dictũ Bar.in l.2.in prin.
183 ff.de uerb.obl.†quando dicit,ꝙ in poteſta-
te legitimandi,fit larga interpretatio.de quo ꝑ
Dec.in conſ.76.in 1.uol.& per Soci. in conſi.
3.in 3.uol.& Doct.in d.l.2.& ideo extenditur
ẽt ad feuda, quando habet uerba generalia.
184 †ut per Soci.& Dec.ubi ſupra.ad hoc conſ.
Cald.19.in tit.de reg.q̃n dicit ꝙ habẽs faculta
tem abſoluendi monacos excõicatos a canoni-
bus,

bus,poterit et absoluere excõicatos per statu
185 ta ordinis.†Et gl.in cle.1.in uer.sacerdotiũ.
de offic. uic. quæ dicit ꝙ facultas dispensandi
data epis per c.cum ex eo.de elect.extenditur.
186 ad uicarias perpetuas.†& hanc concl.ornat
Feli.in c.postulasti.in uer.4 limita.de rescrip.
Et facit dictũ Spe in tit.de dispẽ.epi.uer. 163.
&uer.Itẽ his igitur.quãdo dicit facultatẽ dispẽ
sandi cõcessam ab uno canone epo,extendi ad
187 similia.† & Abb. in c. tuę in fine de cle.nõ
residẽ. qui dicit facultatẽ dispẽsandi cõcessam
epo cũ habente beneficium curatum ut eat ad
188 studiũ,extendi ad beneficia nõ curata †pp
maioritatem rõnis.facit ad hæc gl.in c. cum il
lorum.de sent.exc.no.per Io.An.in c.procura-
tiones.de cens.facit.c.per uenerabilem.qui fi.
sint legit.

Huic conclusioni refragari uidetur dictum
Host.quem sequitur Abb.in c.2. de cle.pugn.
in duell. quãdo dicit facultatem dispensandi
super beneficijs cõcessam epo,intelligi de sim
189 plicibus beneficiis.†Sed eorum opi.non est
uera p pmissa.& eã ibi impugnat Ana.& Pau.
Lap.& Dom.in c.dudum.de præb.in 6.Dicen
tes in tali facultate comprehendi et curata.Fe
ly.in c.licet.de off. dele.in prin.dicens ptãtẽ di
spẽsandi cõcessam alicui,non expirare mortuo
190 Papa†cum facultas illa sit late interpretãda:
191 †& hoc nisi sit ad beneplacitum ipsius Pa-
192 pæ.†ut ibi per eum.

Fallit primo:nisi cõsuetudo introduxisse cer
193 tã interpretationem materiæ:† q̃a cõsuetu-
194 do est attendenda,ne scandalũ suboriatur†c.
quod dilectio.de consang.& affi.Rom. in l.2.
in xx.col.de uerb.obli.Fel.in d.c.postulasti. ꝙ
nota:quia facit pro usu facultatum legatorum
ut restringãtur,uel amplientur, secundum ꝙ
195 communiter consueuerunt illas exercere.†

Fallit secundo,quando facultas esset inter
196 pretanda in prejudicium tertii:† ut q̃a for-
san absorberet iurisdictionẽ alicuius: nam tũc
197 strictissime intelligitur.† cum precedens
concl.intelligatur quo ad piudicium concedẽ
tis Hãc limitationem tradunt oẽs in d.c.olim
& in c.cum dilecti.de donat.facit.l. impuberi.
ff. de administratio. tutor. per quam ita di-
cit Bar.in l.idemq;.in princ.ff.qui pot. in pig.
habe.hanc limit.sequitur Ant.in c.per uenera
bilem.in xx.col.qui fil.sint leg. Domi. in d. c.
dudum.in.4.col.dicens ꝙ facultas conferendi
beneficia data alicui a Papa,inquãtum compre
hẽdit reseruata,est late interpretanda,ut com-
prehendat etiam curata: quasi dicat contrariũ
est,quãdo facultas esset de cõferẽdo nõ reser-
uata,propter præiudicium,quod infertur ordi
198 nario.† pro quo facit decisio communis in
clem. 2.de offic.or.& quod tradit Soc.cõ.260.
col.xj.in 2.uol.ex quo infero unum, quòd

Facultas quæ datur legato de cõferendo be
neficia reseruata,est magis ampliãda,quàm il-
la,quæ datur de cõferendo alia non reseruata.
199 †Quia in reseruatis fit præiudicium soli Pa
200 pę.†quod facit ad deci.eorum,de quibus du
bitaui supra,lib.3.q.16.

Fallit tertio,quãdo in facultate exprimeren-
tur nomina dispensandorũ:quoniã cũ tunc ui-
deatur data facultas respectu personæ dispen
201 sandæ,fit stricta interpretatio † sicut in ipsa
dispẽsatione,ut late prosequitur Abb.in d.c.fi
na.de simo.qui cum ista dist.saluat dictũ Bart.
in l.2.ff.de uerb.obl.communiter reprobatum
202 a doctor.†in c.per uenerabilem.qui fil. sint
leg.quando dixit ꝙ habens ptãtem dispensan
legato,Episcopo,in his quæ illis de iure com-
petunt: quoniam facultas illa non est aliter
probanda.
Conclusio octaua.Omnis indulgentia prin
cipis semper interpretanda est,ne præiudiciũ
355 afferat tertio.†l.2.§.si quis a principe.ff.ne
quid in loc.pub.c.ut super.de off.deleg.dixi su
pra in 2.conclu.
Conclusio nona.Dispensatus in foro eccle-
siastico,regulariter censetur dispensatus in fo
356 ro ciuili. †uide Abb.in c.2.de Scisma.
Conclusio decima.Non sequitur ex canone
apparet Papam dispẽsasse: ergo dispensatio est
reseruata Papæ:quoniam oportet ut Papa spe-
357 cialiter reseruet, uel sit de arduis.†c.nuper.
de sent.excom.glo.in c.j. de fili. præsbyt.in 6.
Conclusio undecima. Habens auctoritatẽ
dispensandi,dispẽsat etiam extra territorium:
358 quia est actus uoluntariæ iurisdictionis.†
Collect.in c.at si clerici.in fi.de iud.Doct.in c.
nouit.hoc titulo.
Conclusio duodecima.Dispensatio ut quis
possit retinere beneficia,quorum aliàs erat in-
capax, intelligitur de beneficiis aliàs canoni-
359 ce.obtẽtis†c.dudũ el.2.§.insuper. de elect.
c.si gratiose in fi.& ibi no.de rescrip.in vi.c.
non potest. de præben. eo. lib. sicut dicimus
de innouatione priuilegii.c.inter dilectos.de
fid.instr.
Conclusio tertia decima.Papa dispensat ad
libitum contra canones, & legem positiuam.
360 †c.proposuit de concess. præbend. Abb. &
alii in c. at si clerici.§.de adulteriis.& hoc tam
contra legem ciuilem , quàm canonicam in
terris imperio suo subditis: quoniam in his
exercet iura supremi principis.c. per uenera-
bilem.qui fil. sint legit.c.nouit. de iud. in his
enim quæ sunt iuris positiui,sufficit sola uo-
361 luntas Papæ.† Innoc.in c. cum ad mona-
sterium.circa medium.de stat. mon. quem se-
quitur Spec.in hoc titulo.§.nunc breuiter.ad
fin.uers.xv. & Card.in repet.c. perpendimus.
in 8.col. de senten.excommu.Abbas in c.fra-
ternitatis.de scism.& dicit Anto.in c.1.de con
sti.quòd ipsa liberalitas principis est pro cau-
362 sa dispensationis , contra ius positiuum, †
Alexan.in c.per uenerabilem in 1.col.
Item dispensat Papa contra legem diui-
nam,eam interpretando,& declarando, & mo
363 dificando. † c. præsul.2.q.4.c. in omni. de
Testi.c.ex parte.c. a nobis. de deci.c.j.c. salu-
biter.de usu.Rõ aũt quo ad ius positiuum est:
364 quia uoluntas principis habet uim legis.†
§.sed quod principi.instit.de iur. nat. gent. &
ciui. Quo uero ad ius diuinum,est,quòd cum
dispensatio sit ex causa, quæ facit illam debi-
tam;non enim uerisimile fit, Deum glorio-
sum uoluisse ita arctam legem populo suo da-
re,quin subsistente causa posit per Vicarium
suum moderari,secundum Theol. ubi supra.
& Abb.in d.c.proposuit. Ex quo infertur ad.
q.disputatam per Ioan.And. in reg. Actus le-
gitimi.an Papa possit ex causa dispensare , ut
365 matrimonium contrahatur ad tempus. †
& de materia uide Doct. in §. de adulteriis,
& in c.Cum olim.de Cleri.coniug. Ancha. in
c.j.de constit.Car.& Imo. in cle.j. de consan.
& affin.De beneficiis autem, quòd illa confer
366 re posit ad tempus,nemo dubitat.† c. pa-
storalis.7.q.j.
At,secundum prędicta uidetur,quòd etiam
contra legem positiuam non possit dispensa-
367 re,nisi declarando,& interpretando: † quia
ius positiuum est ius diuinum , in quantum
Deus illud promulgat per ora ministrorũ suo-
368 rum.†c.suspectos.3.q.5.l.fi.C.de præscrip.
long.temp.c.quo iure.8.distinct.
Sed respondeo, quòd quanuis large omne
369 ius positiuum dicatur diuinum , † tamen
proprie dicitur illud,quod est in scripturis di-
370 uinis reuelatum.†glos. in c.2. de priuile.in
vi.Tho.

vj. Tho. 2.2.q.70.art.2. in fin. & magis propriè dicitur illud, quod ex diuinis scripturis hodie obtinet secundum Thom. in 4. quol.q.14. nam multa scripta sunt in lege Dei antiqua, quæ hodie non obtinent, ut cerimonialia, & iudicialia.c. translato.de const.c.j. de purifi. post.par.habetur.5. distinct. in princ. intelligitur ergo superior differentia de iure diuino propriè sumpto.

Fallit tamen primo præcedens conclusio, quando uellet dispensare contra articulos fi-
371 dei: † quoniam statim redderetur suspectus de fide, & consequenter quo ad auctoritatem
372 desineret esse Papa. † glos. in c. si Papa. 40. distinct.

Fallit secundo, quando ex eius dispensatione decoloraretur uniuersalis status ecclesiæ,
373 uel nutriretur peccatum. † c. memor sum. 24.q.1.c. nihil.7.q.1. glos. & Abb. in d.c. proposuit. & ibidem Henr. Host. in c. a nobis. de deci. Aegid. in cons. 28. in 5. col. uers. tertium motiuum.

Fallit tertio, quando uellet dispensare contra ius positiuum sine causa, & essemus in fo-
374 ro conscientiæ: † quoniam licet talis dispensatio prosit in foro fori, non prodest in foro
375 poli. † Goffr. Bern. Host. in c. non est de uot. Abb. in repet. c. extirpandæ. §. quia uero. col. 18. in fi. de præben. Abb. Ioan. An. Innoc. in c. de multa. eo. titu. & quæ dixi supra q. 8. uers. & ideo dispensatio: uide tamen Fely. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in c. ad audientiam. de rescri. in 5. col. uers. sed si non apparet. declarantem istam limit. procedere, quando lex positiua esset fundata in aliqua ratione descendente a iure diuino, uel a dictamine rationis naturalis: quia tunc non ualet dispensatio sine causa in foro conscientiæ. aliàs autem in his quæ sunt meri iuris positiui, sola uoluntas principis est pro causa.

Ex quibus infert, quòd si Papa constituit pensionem pro aliquo sine causa, ille est tutus
376 in foro conscientiæ, † cum nulla lex naturalis uel diuina hoc uetet. pro quo facit: quia Papa in beneficialibus habet plenitudinem po-
377 testatis. † c. 2. princi. de præben. in vi. clem. 1. in fin. ut lit. pend. propter quæ iura dicit Ant. in c. constitutus. de re. dom. quòd de beneficiis ecclesiasticis potest Papa, ut uult, disponere etiam sine causa remouendo unum à
378 beneficio. † & ideo glos. in c. per principalem. 9.q.3. dicit Papam posse deponere Epi-
379 scopum sine causa. † quã glo. sequitur Abb. in c. translato. de constit. Innoc. in c. ad supplicationem. in fin. de renunc. Card. in clem. 1. in ult. not. ut lit. pend.

Ista est materia ualde profunda: quia est agere de potestate clauium. de qua tractare nunc non intendo.

Redditus beneficiorum sunt reperti, ut inde alantur ministri altaris, & postea pauperes.
380 † c. qui res ecclesiæ. de reb. eccle. non alien. c. de rebus. c. quatuor. 12.q.1. c. aurũ. 12.q.2. dignum est, & secundum diuinas institutiones consonum, ut non alligetur os bouis tri-
381 turantis, sed tota area relinquatur libera. † c. cum secundum. de præben. quomodo ergo erit tutus apud Deum, qui a superiore immodesto, & non boni patris, sed dissipatoris uicem gerente redditus illos, qui pauperibus, & ministris debentur, sine causa obtinuerit. Quomodo ille qui multos titulos personę suę indignè aggregabitur? an Papa potest facere de malo non malum? nonne pontificum licentia in distribuendis beneficiis, personis indignis & etiã Paulo honestioribus, sed inutilibus seruitiis ecclesiarum Christianam religionem in opprobrium, & cõtemptum gentium perduxit, & clerum uniuerso mundo despe-
382 ctum reddidit. † dicamus ergo, quòd licet Papa sit supremus princeps, dispensatio tamen eius debet esse ad ædificationem, non ad
383 destructionem, † secundum Apostolum, cũ deceat principem uiuere secundum leges. l. digna uox. C. de leg. & ex dignitate sit assecutus necessitatem bene uiuendi, non licentiam pec-
384 candi. † ut in §. j. 40. distinct. Non enim potest Papa aliquid inter Christianos unde scandalum oriatur, secundum Host. & Innoc. in c. ex parte. de uerbo. signif. unde refert Vinc. in Spec. historiali lib. xxv. c. 79. quòd cum Papa mandasset Dustano Cantuarien. Episcopo ut dispensaret cum Comite anglicano super retentione consanguineæ, restitit in faciem, & noluit dispensare, quin ipsum comitem excõmunicauit, nec absoluere uoluit, donec illam dimiserit. & dicit Bald. in c. i. §. ad hoc. in 7. q. Papa non potest auferre beneficium uni sine causa, quin saltẽ det aliud. Abb. in c. i. de cler. ægrot. dicens Papam non posse priuare aliquẽ
385 beneficio suo sine causa: † quia hoc esset turbare statum uniuersalis ecclesiæ. & Inno. in c. nisi cum pridem de renunc. dicit, q̃ si Papa cogit Episcopum renunciare episcopatui sine cã
386 debet illi de bono cambio prouidere. † de quo late per Feli. in c. quæ in ecclesiarũ. col. 16. de constit. & glo. in c. per principalẽ. cum sim. loquitur in foro iudiciali: immo etiam, secundum Abb. in disput. incip. Episcopus quidam rectori. col. 14. & in c. si. de confir. uti. uel inut. illa glo. est absolute falsa. quod et seq̃tur Card. in cons. 141. quare ego aperte teneo, q̃ in foro cõscientiæ, pensio sine causa constituta pro aliquo: quia subtrahitur alimonia pauperum

& ministrorum, non prosit obtinenti: & ma
xime: quia iste indiscretę pensiones sunt cau
387 sa mille malorum. † sed de his hactenus.
de materia tamen uide gloss. & Abb. in dict. c.
proposuit. & Henr. in d. §. de adulteriis. Augu.
de Anc. in suo amplo tractatu de potestate Pa-
pæ. & ad decisionem quæstionis conuenit de-
terminatio Abb. in c. cum esses. in antepen. co
lum. de test. cum suis rationibus, quando con
cludit Papam non posse dare licentiam clerico
testandi de fructibus ecclesiarum sine causa:
quanuis de facto male obseruetur propter
compositiones, quas Deus cum auctoribus
suis perdat, si propter eas indignà concedun-
388 tur. †
Fallit quarto, quando uellet dispẽsare cum
monacho, ut haberet proprium ipso manente
389 in monachatu. † cap. cum ad monasterium.
de stat. regul. intelligendo tamen ut ibi per
Host. & alios.
Fallit quinto, quando uellet dispensare cõ
390 tra ius gentium. † ut si dispensaret cum
aliquo infante ut emitteret professionẽ in reli
gione ualidam. Nam cum ex iure naturali &
gentium non possit talis obligari, dispensatio
Papa non operabitur. Batto. in l. in pupillari.
ff. de uulga. & pupilla. ubi uideto Arc. qui rem
hanc disputat in 3. col.
Conclusio quartadecima. Legatus genera-
liter ex causa dispensat contra ius, nisi sit ex-
391 presse prohibitum. † cap. quod translatio-
nem. ubi Docto. communiter: quanuis Spec.
in §. nunc ostendendum. & Collect. in c. sicut
unire. uideantur admodũ titubare. ad hæc gl. in
c. quę de causa. 2. q. 4. & in c. dilectus. de fil. prę
sby. & præsertim legati dispensant in omni-
bus casibus, ubi dispensant episcopi, archiepi-
scopi, & Patriarchæ, ut dixi supra lib 2. Et hoc
de legato maxime procedit in criminibus etiã
adulterio maioribus: quoniam ut dicit text.
in c. fina. de tran. legatus temperat seueritatẽ,
prout statui imperii, excedẽtium multitudini,
392 prouida deliberatione pensata, conuenire
uiderit. † & dicitur in extrauag. Ioan. 22. super
gẽtes, quòd in prouincia demandata supplent
uices Papæ: errata corrigunt: aspera in plana
393 conuertunt &c. † de quo aliàs supra.
Ideo uoluit Host. in c. clerici. de cleric. ex-
comm. mini. ꝙ legatus possit dispensare cũ
eo, qui excommnnicatus celebrauit: dum ta-
men non in contemptum clauium hoc fece-
394 rit. † & quanuis Ioan. And. dicat hoc esse
uerum magis de consuetudine quàm de iure:
tamen ego existimo esse uerum etiam de iure
propter præmissam reg. ex quo non reperitur
uetitũ: immo quasi permissum. arg. c. latores.
c. illud. de cler. excomm. minist. Et speciale est
in irregularitate, quæ incurritur ex prohibitio
395 ne hominis, ut Papa solus absoluat † c. is qui.
de senten. excommu. in 6. ergo contrarium in
aliis. & hoc etiam tenet Collect. in d. c. Clerici.
quanuis Abb. ibi distinguat, ut dixi supra, de
pote. leg. in absoluendo ab excommunic. q. 9.
non placet distinctio, propter præmissa.
Fallit primo, quando constitutio esset con-
ciliaris: quia contra concilium non dispensat,
396 nisi graui urgente causa † Anan. in c. sicut
olim. de accus. Abb. in c. non magno. in fin. ne
cler. uel mon. & in c. dilectus. de præben. Ant.
in consi. 67. Spec. hoc tit. §. nunc tractemus.
de quo uide Fel. in c. 1. de const. gl. in c. Cum di
lecti. de cle. & in cle. 1. co. ti.
Et ratio: quia constitutio cõcilii dicitur ha-
397 bere tacite claus. derogatoriam, † secundum
Arch. in c. 1. in uer. Noscatur. de cõst. in 6. quẽ
oẽs sequuntur. quanuis Inn. in c. pen. de ca
pel. monac. uideatur tenere contrarium. quã
do dicit inter constitutiones concilii & alias,
398 nõ esse differentiam. † quod satis placet Fe
ly. in c. nonnulli. in 5. col. de resc. propter illum
tex. ibi, quando hoc specialiter introducitur. &
hoc ego existimo uerum, quanuis constitutio-
ni conciliari difficilius derogetur, eo quòd plu
399 rium consilio facta sit † ad c. prudentiam. de
off. de leg. quod tamen in effectu idem est.
Quam limitationem declara, ut procedat
quando uellet dispensare ex causa meritorum.
secus quando ob necessitatem, uel utilitatem
400 ecclesię: † quoniam, stantibus istis duobus,
etiam episcopi dispensant in casibus expresse
401 uetitis. † Arch. in c. 1. de const. li. 6. dicens
episcopum ex causa simili dispensare posse, ut
quis habeat duas dignitates in eadem ecclesia.
402 † Io. in c. sanctorum. 70. distin. asserens epi
scopum simili de causa posse dispẽsare ad duo
403 curata. † Et Rot. dec. 29. in ant. quæ permit-
tit dispensationem, ut minor 25. ann. hac de
404 causa teneat beneficium curatum. † Idem fir
mant Abb. Ant. & Hostien. in c. de multa. Ab-
ba. moder. in c. extirpandę. §. quia uero. uersic.
quintum examinandum de pręb. Io. de Lig. in
d. §. adulteriis. Et hęc est uera declaratio, ut la-
te probaui supra li. 5. sub illa. Rubr. An lega-
tus possit plura beneficia uni conferre. Et ꝙ
etiam episcopus ex magna causa dispenset con
tra concilium, tenet Fely. allegando multa in
c. 1. in 4. col. uersi. fateor tamen. de sponsal. &
per eundem Fely. quando ob necessitate mul-
405 ta cõceduntur, † uide in c. cum accessissent.
col. 9. & x. de const.
Fallit secundo, quando constitutio haberet
uerbum præcise, uidelicet, ut omnino, perpe-
406 tuo, irreuocabiliter, eo ipso, & huiusmodi, †
secundum glo. in c. cupientes. §. cęterum. uers.
perpe-

perpetuo de elect.in 6. Cardi. in clem. 2. §. si uero.in prima quæstione de uit. & honc. cle. Abb.& Io.de Ana.in c.2.de rapt.loquentes de uerbo,irrefragabiliter.c.sanctorum.de præscr. c.2.de consuetu.c.1.de iur. cal. c. statutum. in prin.de rescript.in 6. & de uerbo,nullo modo gloss.in clementin.2. in uersicul. concedatur. & in uer.nullo modo.de æta.& qualit.Imo.in c.2. in 6. col.uersi. circa quartum.de testam. Et de uerbo,nullatenus, quod habet uim de-
407 creti, † uide gloss.in auct.si qua mulier. C.ad Velleia.Ista enim uerba precisa uidentur excludere dispensationem inferioris,& ex
408 cludere acta in contrarium. †
409 Contrarium tamen tenent moderni† in d. §.de adulteriis.dicentes quòd in materia aliàs permissa episcopo, ista uerba non operantur nisi dispositionem iuris communis,ut sit sensus,quòd de iure nullo modo fieri possit.non ideo tamen excluditur dispensatio,quæ fit super his,quæ aliàs de iure sunt impossibilia. Domi.in c.gratia.in glo.pen.de rescr.in 6.Innoc.in c.pastoralis.de cau.poss.& propr.quod uidetur tenere Abb.in c.in quibusdam. ad fi. de pen.ibi nullatenus admittatur, nisi secum fuerit misericorditer dispensatum. ecce quòd uerbum,nullatenus non excludit dispensatio-
410 nem.† ad hoc text.in c.si quis presbiter. 7. q.1.ibi omnino ab officio deponi debere,nec aliquando spem restitutionis habere decerni mus.si enim uerbum, omnino,exclusisset dispensationem,frustra adijceretur:nec aliquando spē dispensationis &c. Ad hoc uidetur melior tex.in c.qualiter & quando.el 2. de accusa. quando dicit accusationem nullatenus ad-
411 mitti sine insinuatione:† & tamen constat quòd postea si admittatur,ualet.

Ista tamen non urgent:quia lex,ultra,procedit in casibus superioribus.

Sed opi.modernorum potest uerificari in
412 causa necessitatis,uel utilitatis,† ut dixi in superiori limit.

Conclusio quintadecima. Episcopus generaliter dispensat in casibus,ubi a iure permittitur dispensatio, etiam si episcopo speciali-
413 ter non concedatur.† Innoc.in c. dilectus. de temp.ordin. Abb.in d.§.de adulterijs.Exēplum.si lex uetet aliquid fieri nisi cum eo dispensetur. Idem Abb. in c.officij.de elect.& in c.fin.in fin. de apost.& in c.non magno. in 1. col. in fin. ne cler. uel mona. & in c. ueniant.qui fil.sint leg. Et idem quando lex permittit dispensationem pontifici: quia intelligitur de episcopo.c.1.de ordin. ab episcopo qui episcopat. renunc.Idem quoque dicendum, quādo lex aliquid simpliciter prohibet, & dispensationem neque uetat neque permittit.tunc enim dispensabit episcopus. Abb. in c.innotuit.in prima col.de elect.Intelligendo tamen quando est similitudo inter illum casum & alium,super quo permittitur dispensatio:quoniam in ea proceditur a sim. Spec. in tit.de dispens.Episcopi:uer.163.in uers.Item his igitur. quamuis Abbas in c. Ioannes. de clericis coniuga.uideatur tenere contra: tamen ipse Abb.in c. tuæ.de cleri. non resid. in fin.tenet quòd ualet arg.a maiori. Aduerte tamen circa istam conclusionem, quæ uult quòd episcopus possit dispensare in casibus, ubi dispensatio conceditur a lege,& non pro-
414 hibet episcopo.† Quia Imo.in c.post trans. quem refert & sequitur Anan. in c. de simoniaca.& in c.per tuas.de simon.dicit eam non probari ex c. nuper de sent. excom. quod communiter allegatur: quia loquitur in abso-
415 lutione,quæ est secundum ius. † conclu. loquitur in dispensatione quæ est contra ius. de quo per Alexan.in c.qui studet col.3. 1. q. 1.Sed tamen conclusio est uera: quia quando subest causa,dispensatio non est contra mentē iuris ut dictum est.

Fallit primo, quando dispensatio esset expresse negata, uel etiam non concessa, neque
416 negata, sed pœna est reseruata Papæ: † quoniam tunc ille solus dispensat,qui ligat. Host.& Ant.in c.2.de bigam.

Fallit secundo in constitutione conciliari: quoniam licet illa permittat dispensationem in genere, tamen episcopus uel legatus non
417 poterit dispensare.†gl.in c. cum dilecti.de elect.Tunc enim uerba,quæ dispensationem permittunt,sunt referenda ad Papam, uel aliū habentem auctoritatem ab eo:non ad episcopum.Ant.& Aret.in d.§.de adulteriis. Quoniam uerba impersonaliter prolata referuntur ad eum,ad quem de iure actus pertinet.
418 † l. si seruus legatus.§.si margaritam. ff. de leg.1.

Contrarium tamen sequuntur Abb. & Fe.
419 ly.†ibidem:quoniam talis permissiō nihil operaretur,ex quo Papa aliàs generaliter dispensat.

Sed respondet Aret.quòd hæc permissio operatur ut in dispensationibus papæ, satis sit apponere generalem clausulam, non obstante, cum alias esset derogandum in specie Archi. in c.1.de const.in 6. Bal.in l.humanum.C. de leg.Et cum ista responsione transit Deci. in §.de adulteriis.sequendo opi.Aret.
420 Tu sequere opin.Abb.quoniam si dispensatio permittitur,& episcopus illa non priuatur,nemo dicet episcopum hoc non posse.argu.c.nuper.de sen.excomm.Et pro hac opin. est tex.in c. super quibusdam. iuncta glo. de pen.Vbi constitutio est conciliaris,ut colligitur ex suprascriptione:& tamen gl.uult quòd

episco-

episcopus dispensare possit. Ad idem tex. iun ctà gl. in c. quisquis. in uer. fuit. de elect. Ad hæc respondet Phil. ex suprascriptione huiusmodi non probari nisi quod constit. esset Papalis facta in concilio per ea quæ tradit Abb. in c. 1. de pact. de quo latius per ipsum Decium. in c. 1. de iudic.

Verum ista sua differentia est quædam calumnia, ut aliàs latè declaraui in c. 1. de const.
421 in 6. † cum confundatur maxime per text. in c. 1. de relig. domi. in 6. iuncto c. fin. eo tit. in ant. per quem constat constitutionem editam a Papa in concilio, uocari conciliarem:
422 † Et apertius per tex. in c. cum in officiis. iũcto c. relatum el ij. de testam. in suprascriptione c. cum in officijs dicitur ex concilio lateranen. & tamen in c. relatum. Papa dicit: quia statuimus in lateranensi concilio.

Sed habemus iura clara, neglectis istis subtilitatibus, ubi episcopus dispensat contra cõcilium ex causa, etiam ubi dispensatio non cõ
423 ceditur, † ut est tex. in c. uacante iuncto c. maioribus. de præb. & tenet Rot. dec. 262. in no. prope medium, dicens quòd episcopus ex causa necessitatis uel utilitatis dispensat con-
424 tra concilia. †

Ad hanc partem est tex. in l. si quis filio exhæredato. §. hij autem, in fin. ff. de iniust. rup. & irri. test. l. fin. uer. nec tamen. C. de mod. mult. Et in l. si hominẽ. ff. mand. per quem dicit Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. quòd iura canonica dicentia episcopum non posse sta-
425 tuere contra iura, † intelliguntur nisi ex magna causa. quod etiam sequitur Abb. in d. c. at si clerici. §. de adulteriis, & in c. studuisti. de offic. deleg. Ex magna enim causa legis
426 transgredi licet † secundum Innocen. in c. 1. de constitu. cuius dictum ornant moderni Papien. in l. j. in 2. col. C. de prec. imper. offer. & quòd ubi constitutio conciliaris permittit
427 dispensationem, episcopus dispẽset, † tenet Abb. & Anto. in c. quisquis. de elec. & Felin. in c. Nonnulli in 4. col. de resc. de materia tamen uide Alexan. in d. c. qui studet. ubi late prosequitur. An episcopus dispenset cum si-
428 moniaco, † qui uidetur dicere quòd regula præcedens non sit uera.

Conclusio sexta decima. Prælati inferiores episcopo non dispensant, etiam in casibus ubi dispensatio permittitur, nisi lex eis spe-
429 cialiter indulgeat. † Innocen. in c. fi. de eo qui fur. ord. recep. Abb. in c. fin. de cler. pug. in duel. & in c. fin. in 4. & 5. col. de postu. prælat. in c. cũ ad monasteriũ. in 2. col. de stat. monac. ratio autem: quia dispensatio est de maioribus negotiis. c. dixi. 1. q. 1. quæ sunt reser-
430 uanda episcopis. † c. sicut unire. de excess. prælat. c. perlectis. xxv. dist. sunt. n. episcopi
431 canonũ administratores. † 21. dist. in prin.

Fallit, quando inferior haberet iurisdictionem episcopalem, priuilegio, uel etiam consuetudine, qui tunc possunt ea quæ ueri epi-
432 scopi. † Innoc. in c. statuimus. de maior. & obed. glo. in clem. prima, de reb. eccl. non alie. Abb. in c. significasti. de ele. & in c. 1. de uot.

Quare, Reuerendissimi Cardinales in titulis suis, & eorum subditis dispensare pote-
433 runt † per ea quæ habentur in c. his quæ. de maior. & obed. Et Card. in clem. Ne romani de elect. ubi habetur quòd habent iurisdictio-
434 nem episcopalem in suis titulis. †

Conclusio decima septima. Contra canones pœnitentiales dispensant nedum legati, & episcopi, sed omnes habentes curam
435 animarum actu: † quia pœnitentiæ hodie
436 sunt arbitrariæ † c. omnes 47. distinct. c. mensuram. de pœnit. distin. 1. Guil. in clem. 1. de priuil. Adde tamen Henr. in d. §. de adulteriis. distingentem inter peccatum.

Conclusio decima octaua: Legati, episcopi, & omnes inferiores dispensare possunt contra statuta a se edita, etiam sine causa:
437 † quia si sola uoluntas est causa uiuificans
438 ipsam legem, † ut in §. quod principi. instit. de iur. nat. gent. & ciu. Ita etiam contraria uoluntas erit causa modificans. argum. c. 1. de regu. iu. Nemo enim a sua lege ligatur, nisi uin-
439 culo honestatis. † l. digna uox. C. de leg. Hanc conclusionem ponit Inno. in c. cum ad monasterium. de stat. regul. Ioan. And. in reg. generi, & in reg. cui licet. dicens hanc opin. non habere contradictorem. Ant. & Abb. in d. §. de adulteriis. in 4. col. Abb. in c. proposuit. de concess. præbẽ. Rom. in consi. 325. in pen. col. Marianus in c. ad audientiam. in fin. uers. in quo articulo. de homic. Aequiparans indistincte potestatem legis condendæ, & dispen
440 sandi contra illam. † Immo tãto fortius poterit dispensare: quia potest illam in totum tollere, cum plus sit tollere legem, quàm di-
441 spensare. † Cum episcopi & legati, in multis dispensent contra ius commune, & tamen
442 illud tollere non possunt. † clem. ne Romani. de elect. gloss. in clem. 2. in fin. de rescrip. Et hæc est ratio Anto. & modernorum in §. de adulteriis. & Andr. Sic. in c. cum omnes. de constit.

Propter auctoritates tantorũ patrũ in foro iudiciali hoc obseruaretur: sed in foro animæ nescio quid dicam, præsupposito quòd illa constitutio sit ad bonum publicum cõiter acceptata non ne uidebitur episcopus acceptator personarum. non ne per indirectum aperietur uia ut lex remaneat personalis, & episcopus non sit pastor communis, contra c. sit rector 47. dist. & cum non possit nisi cum ratio-

ne

ne statuere, ut per omnes in c. quod super his. de maio. & obe. ergo nec legem tollere, ut omnis res. &c. c. 1. de reg. iu.

Nō obstat ꝙ episcopus possit tollere: quia minus est tollere, quàm dispensare, cum legis reuocationi non resistebat aliquid. Dispensationi resistat uinculum legis, ꝙ per hoc nō tol
443 litur. †sequere tamen primam opi. quę ubique seruatur, ut dicit Io. An. in reg. cui licet. de reg. iu. in 6.

Fallit primo, quando constitutio transiuisset in uim contractus, uel priuilegii. †Rom. consi. 326. Cardi. in cons. 130. Quare dicimus qđ dispensationem semel factam, reuocare
445 non poteſt. †Gl. & ibi Domin. in c. cum ex eo. in uer. septennium. de elect. in 6. quam magnifacit Rom. consi. 517. hoc tenet Oldr. cōs. 203. factum tale. in 3. dubio.

Fallit secundo, quando constitutio esset iurata per eum qui statuit: quia stante iuramen-
446 to, non potest contrauenire. † c. dilecto. de præb. cum iuramentum sit præcise seruandum
447 †c. cum contingat c. ad nostram. de iur. iur. & ibi doct. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de his qui not. infam. hanc limitationem firmant Ant. & Abb. in d. §. de adulteriis.

Hoc tamen declararem, nisi ex causa uellet dispensare: quoniam iuramentum sortitur na-
448 turam actus, cui interponitur†. l. fina. C. de nume. pec. natura enim legis est ut admittat
449 dispensationem ex causa†c. ut constitueretur. 50. dist.

Item: quia iuramentum contineret iniquitatem, si excluderet debitam dispensationem.
450 † Vnde dicit Bal. in l. & si seuerior. in 2. col. C. de his qui not. infam. quòd non obstante iuramento de seruandis statutis, iudex poterit alterare pœnam, quando æquitas dictauerit:
451 †quia iuramētum interpretatur, nisi subsit
452 causa iusta, †ut per eundem i. l. clari. C. de fideic. & hanc declarationem sequitur Aretin. in §. de adulteriis.

Præterea, etiam si causa non esset in dispensando, ex quo communiter receptū sit ut episcopus dispenset contra constitutiones suas, hoc casu dispensando non efficietur periurus:
453 tamen dispensatio non irritabitur, † cum actus etiam spiritualis contra iuramentum teneat Io. An. & alii in c. dilecto. de præben. &
454 in reg. Mutatur. de reg. iu. in 6.†

Fallit tertio, quando constitutio esset recepta moribus utentium. Ita quòd ex indiscreta dispensatione oriretur notorium scandalum
455 in populo. † Quoniam tunc nec etiam Papa posset in foro conscientiæ. c. nihil. de præscript.

Fallit quarto, quando cōstitutio esset facta de consensu capituli: quoniam solus episcopus non tollit, neque etiam dispensat sine causa.
456 †Doct. in c. cum omnes. de constit.

Conclusio decima nona. In criminibus adulterii, & minoribus adulterio episcopi & legati
457 passim dispensant† §. de adulteriis. ubi doct. Io. And. in c. fin. de temp. ordin. Et ideo dispensat cum eo, qui propter crimen usuræ suspēsus est. no. in c. præterea. de usur.

Fallit, quando lex expresse prohiberet dispēsationem, ut ibi per doct.

Et aduertendum semper, quòd in omni casu, ubi legato uel episcopo conceditur dispensa
458 tio, conceditur etiam ad famam restitutio, † ut tradit miles in uer. legatus. in uers. p e. Abb. in c. Cum te. de re iudi. & in §. de adulteriis quã uis. Inno. & alij communiter in d. c. Cum te. uideantur innuere contrarium, tanquam restitue
459 re famæ, sit de reseruatis principi. † Sed unū uenit in consequentiam alterius.

Sed dubium est. An episcopus uel legatus dispensent cum eo, qui est iam depositus per
460 sententiam? † Spe. hoc tit. §. nunc ostendendum. uer. 9. tandem concludit quòd cum degradato uerbaliter possint dispensare. secus si
461 actualiter, †nisi peteretur restitutio de iure: ut quia allegaretur falsitas testium, uel quid si
462 mile. †Idem tenēt Collec. & Abb. in d. §. De adulteriis. Et hæc est mera ueritas saltem in legato. gl. in c. ideo 2. q. 6. Nec placet opi. Gondis. in eo. tract. fo. 26. col. 3. uolentis nullum inferiores a Papa posse retractare sētētias a se, uel
463 inferioribus latas, nisi ex causis iuris, †ut ibi late per eum. Nam quantumcunque sit lata sententia contra aliquem, remanet caracter,
464 & executio, nisi esset impedita, ista impedimenti huius amotio non reperitur uetita legato: igitur &c.

An autem depositus & restitutus possit retinere beneficium sine nouo consensu patro-
465 norum, † uide Gondis. eo. fol. col. 4.

Conclusio uigesima. Episcopi non dispensant regulariter super criminibus maioribus
466 adulterio. †gl. & doct. in §. de adulteriis. Roman. consi. 325.
467 Fallit primo, †quando lex in genere permitteret dispensationem, per ea quæ dixi supra. ad hoc c. 2. de cler. pugn. in duel. & c. 1. ubi per Inno. de corp. uitia. Et per Spec. in tit. de dispen. episcopi uer. 8.
468 Fallit secundo, † quando subesset causa necessitatis, per ea quæ dixi supra concl. 14. hanc limit. tenet Abb. in §. de adulteriis Andr. Sic. in c. 1. de constit. Rom. in sing. Sed an possit episcopus dispēsare. fo. 14. & in consi. 325. incl. quo ad primum, Alex. in l. ex duobus. §. fi. ff. de uulg. & pup.

Nam necessitas adueniens nō est cōsiderata a legislatore. unde uidetur tacite permisisse

episco-

episcopo per.l.si hominem.ff.man.de quo late
Fely.in c. quod super his.in .1.fall.de maio. &
obed.ubi ornat.l.si hominem. Vide etiam eun
dem in c.1.col.14.uersi.fallit 7. de constit. &
Barba.in consi.1.col.15.in 3.uol.Ias.in l.1.C.
de praeci.imper.offer.
Adde pręmissis gl.in c.latorem.33.q.2.di-
centem episcopum posse ex causa urgenti rela
469 xare pœnitentiam iniunctam a papa. † &
Bald.in Rub.C. qui admit.dicentem ꝙ pote-
stas,qui tenetur ob iuramentum ad unguem
seruare statuta,potest ex causa dare licentiam
470 alicui contra statuta.†
Aduerte tamen,quòd quando princeps de
facili posset adiri,cessat hęc ratio in episcopo:
471 quoniam consulendus est tunc princeps.†
ut declarat Abbas in c.dilecti.el 2.col.2.de ap
pell.Rom.in l.si uero.§.de uiro.ff.sol.mat. per
tex.in l.Diuus.la ultima.ff.de falsis.Fely. in d.
c. quod super his Deci. in §. de adulteriis.
col.8.tunc enim uidetur cessare necessitas ex
parte episcopi. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua
quot.& ęsti.
Cóclusio uigesima prima. Neque seipsum,
neque participes in delicto potest legatus uel
472 episcopus absoluere,aut dispensare† ut si le
gatus accepisset pecuniam ab ordinando, licet
aliàs posset cum simoniace ordinato dispensa
473 re.†Glo.in c.præsentium.2.q.6.Hosti.in c.
1.de suppl.neg.præl.Esset enim hoc facto pro
474 prio auctoritatem dare:quod nõ licet. †cle.
si una.de reb.eccl.non alien.l.j.ff. de auct. tut.
Quod facit ad quæstionem:
An sacerdos posit absoluere parrochianam,
475 cum qua comisit adulterium. †
Et hæc procedunt,quando episcopus uel le
gatus delinqueret in actu ipso. secus si delin-
queret indiscrete dispensando: quia propter
hoc non adimitur discreta dispensatio.gl.in c.
sanctorum.70.dist.
Conclusio uigesimasecunda. Legati & epi-
scopi in uotis passim dispensant, illa ex causa
476 commutando,nõ autem absolute tollẽdo,†
exceptis uoto castitatis & ultramarino, pro re
477 demptione terræ sanctæ,†ut dictum est li.
2.& tradit Abb.in rubr. de obser.ieiu. Et Cor
set.in sing.in uer.dispensatio.
Sed quæritur:an legatus ex causa posit di-
spensare super uoto castitatis,seu continentię
478 simplici:†ut quia uideat iuuenem, quæ hãc
uouit,non posse continere?Sol. Spec. in tit. de
dispens.§.dicendum restat.uersi. 130. quẽ ibi
sequitur Ioan. Andr. in additio. tenuit epi-
scopum posse dispensare: quia hoc casu per-
47 mittitur dispensatio † c. ueniens. qui fil.
sint legitim.& hoc ut fornicationis periculum
euitetur.
Cótrarium uero tenent Ant. Card.& Abb.
480 † in d.c.ueniens, dicentes illum text. loqui
in casu speciali,quando mulier fecisset uotum
ne haberet primum maritum, quem timebat.
Et quia dubitabatur de continentia mulieris,
Et hanc opin.sequuntur communiter summi
stæ,& præcipue frater Syluester in sua summa
§. uotum 4. uer. 4. quæritur. Dicens quòd
nec etiam in casu illius capituli permittitur di
spensatio episcopo: quia illud quod ibi fecit,
fuit ex concessione apostolica. Sed in hoc deci
pitur ille pater: quia tunc decretalis illa esset
superflua,& frustra membranas occuparet, cõ
tra ea quæ habentur in prohemio sexti, & de-
cret.Pro opin.communi uidetur esse text. in c.
rursus.eo.tit.quando uotum simplex & solem
ne æquiparantur.
481 Ego tamen sequor opin. Spec. † Quoniam
ista uota simplicia æquiparantur sponsalibus
482 de futuro,quæ facile dissoluũtur,†in d.c.rur
sus. Vnde quemadmodum ex causa rationabili
ista sponsalia de futuro etiam iurata auctorita
te ordinaria dissoluuntur c. ex literis.de spons.
ita & ista.
Præterea non cauillando tex.in c. ueniens.
probatur dictum Spec.Nam ibi Papa dicit es-
se tutius, ut post fidem datam & uotum sim-
pliciter oblatum,matrimonium contrahat,quã
fornicationis reatum incurrat. si enim solum
periculum adulterij præstat rationabilem cau-
sam ut dispensetur,quando uotum simplex cõ
tinentiæ & fides de futuro alteri data obstant:
tãto fortius, si solum uotum simplex obstaret,
cũ funiculus duplex. &c. 1.de tre.& pac. Nec
483 in uoto considerabilis est timor,†quem præ
tendit Abb.quia illa narratio facti non inducit
aliam rationem, quæ exprimatur a Papa, &
in qua se fundat Papa, qui in decidendo præ-
supponit uotum ualuisse, quando uult impo
ni pœnitentiam de uoto uiolato, & fide men
tita, quod non esset, si timor consideraretur:
item quia Papa considerat,quòd uotũ erat sim
plex,nam si timor esset in cõsideratione,idem
esset de solemni.
Et hæc pars est æqua ad occurrendum leui
tatibus muliercularum & adoloscentulorum.
Quid autem dicendum, quando quis uo-
484 uisset effici sacerdos? † Solu.uidetur, quod
non posit dispensare: quia qui uouet esse sa-
cerdos,uouet castitatem in consequentiam.c.
cum olim.de cle.non resid.c.de his.28.distinc.
Contrarium tamen credo:quia licet uouerit ef
fici clericus,non tamen est uotum de præsen-
ti illius castitatis implicitæ: quia de pręsenti
non ordinatur. Vnde cum uotum sacerdotii
non includat uotum continentiæ, nisi per sta
tutum ecclesię ad id arctantis clericos occiden
tales.d.c. cum olim.& c. de his.qui uouit fieri
sacerdos,non uouit continentiam,sed uouit se
facta

485 factūrum uotum de continētia,† nec etiam expresse, quare simile est promissioni de contrahendo.

Item, non prohibebitur episcopus ex causa
486 dispensare cum aliquo, ut nō fiat sacerdos,† licet in consequentiam absoluatur a castitate: & maxime quia ut dixi supra, in simplici uoto castitatis dispensat, & in hac dispensatione habetur respectus ad modum, ut euitetur regul. cum quid. Nam potest episcopus ex causa istum uouentem prohibere a sacerdotio. Cur non ex causa dispensare, quod non ita in castitate per se promissa. & hoc casu cui denegabitur sacerdotium, auferetur etiam onus castitatis annexum. c. 1. de constit.

Conclusio uigesimatertia. Dispensatio semel facta etiam re integra, non reuocatur per
487 mortem dispensantis.† cap. ex tua. de fili. presby.

Conclusio uigesimaquarta. Dispēsatio præambula probat defectum fuisse in dispensato.
488 † l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. decem. ff. de uerb. oblig.

Fallit tamen, quando contrarium probaretur: quia supplicatio porrecta principi, non præcludit uiam ad probandum contrarium.
489 †l. rura. ubi Barto. & Alexand. C. de omn. ag. deser. lib. 11. c. accedens. de conuersatio.
490 coniug.

Conclusio uigesimaquinta. Dispensatio, literis non expeditis, non suffragatur. ista concl. est contra ius commune, cum gratia perficiatur ex sola signatura principis, ut a-
491 liàs dixi supra in sexto libro. §. pen. † tamen ex reg. cancell. 53. quæ confirmatur per omnes pontifices, inducta est præsens conclusio.

Sed in eius intelligentia dubitatur. Dispēsatur titius ad tria incompatibilia, quæ ante literarum expeditionem assequitur. mox aliquibus elapsis mensibus, expedit literas dispensationis. quæritur, an inciderit in pœnam extraua. execrabilis.

Causa uertitur in auditorio Rot. aliquibus uisum est ipsum incidisse in pœnam.

Nam qui assequitur plura beneficia incompatibilia sine dispensatione canonica, incidit in illam extrau. & in pœnam. c. de multa. iste autem est talis, quando literæ non sunt expeditæ propter illam reg. ex qua apparet dispensationem non esse canonicam, nisi literis expeditis.

Facit, quia ista pluralitas est a iure damna-
492 ta,† & non defenditur, nisi dispensatio adsit tempore assecutionis, quomodo tempore gratia, uelut informis non suffragabatur: ergo &c. Aliàs secundum aliquos facile eluderetur illa reg. si expeditio sequens traheretur ad ea, quæ medio tempore perperam acta sunt. immo nūquàm haberet locum: quia semper quando aliquis oppugnaretur ex regula, haberet promptum remedium expeditionis literarum.

Ad hoc pon. quia grauius delinquit qui sub
493 spe uenię delinquit† c. illud. de cle. exco. mi. c. quando quis. de cons. dist. 4. Sed qui assequitur ista beneficia ante expeditionē literarū assequitur sub spe futuræ dispensationis faciendæ per execut. literarū. ergo grauius peccat quàm ille, qui simpliciter aliter non dispensatur. ergo ex isto delicto ita nascitur nouum impedimētum ut executor deinde dispensare nō possit ob impedimentum superueniens. ar. l. quia in eum casum. ff. ad leg. aquil. ad hāc partem faciunt multa, quæ dicta sunt in præallegata. q. de pensione.

Item, allegatur ad hanc partem, quòd Reg. illa seruiat de uento, si liceret quādocunque expedire literas, & ex ea iuuari quo ad præterita. In hoc tamen maior pars dominorū tenuit contrarium: tum quia regula illa exorbitat a iure comumuni, cū in solo uerbo Papæ perficia-
494 tur gratia.† tum quia illa reg. loquitur tantum in hiis dispensationibus, quæ solent limitari per cancell. ut patet ex prohemio eius, ex quo deprehenditur intentio regulæ. l. fi. ff. de hære. instit. Et ideo unus ex dominis ponderauit reg. quando dicit. Nulla talis dispensatio cuiquàm suffragetur. uerbum igitur, talis, restringit se ad dispensationes expressas in prohemio regu. quæ limitari solent. & hoc etiam sensit commentator illius reg.
495 Ego etiam teneo hanc opin.† licet multi exclamarent eē dānosam Cancell. quam sequi uidetur Soci. in consi. 41. in 3. uol. Nam siue certi fuerint comeditores regulæ ex ratione ibi expressa, siue ex alia, quod honestantis causa tacuerint, utroque modo satisfactum est reg. quādo literæ expeditæ reperiuntur tempore, quo res deducitur ad conrrouersiam.

Nam dicit reg. quòd nulli suffragetur antequàm literę expeditæ sint. ergo postquàm literæ expeditæ sunt, suffragantur.

Sed uidendum a quo tempore suffragātur. necesse est dicere a tempore datæ: quia in re-
396 scriptis gratiosis attenditur tēpus datæ † ut late per Fely. in c. eam te. de resc. c. si eo tempore. eo. ti. in 6. aliàs si attenderemus tēpus expeditionis, sequeretur quòd qui prior expediret literas, esset potior in beneficio, & aliis gratiis consequendis: quod absurdum est.

Item, negari non potest, quin dispensatus ante expeditionem literarum, non dicatur habere statum habilitatis quo ad substantiam ipsius dispensationis, licet pendeat eius liberum exercitium ab expeditione literarum: igitur ualiditas collationis interim factæ est in pendenti:

denti: quia taliter dispensatus, licet non plene habilis: tamen nec etiã inhabilis. expeditis ergo literis, purificatur illa conditio, sub qua retinebat beneficia. l. final. ff. si ex noxa. caus. ag. per quem text. ita arguit Socinus in proposito nostro: & adducit quædam alia similia de cessionario: & facit ad hanc rem textus in l. potior. §. uideamus. ff. qui peti in pig. hab. Nam finis, qui trahit necessariam consequentiam à principio adueniens, omnia media ad se trahit, an ualidat.
497 † l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec.

Adde cons. Dom. 108. super primo dubio, ubi, an reg. de literis expediendis habeat locum in perinde ualere, & alijs reualidatoriis
498 confirmatorijs &c. † De materia istá, q̃ lite-
499 ris non expeditis, non suffragatur gratia, †
uide comentum reg. 25. & Miles. in repert. in uer. Gratia, & de materia: an ad esse gratiæ requiratur scriptura: & an per testes probari
500 possit, † uide Archi. Io. An. & Domi. in prohem. 6. & Bal. in l. si qua per calumniam. col. 3. C. de epis. & cle. & in l. humanum. in fi. C. de legi. & in l. fi. C. de comm. seru. man. & in l. fi. col. 2. C. sent. rescri. non poss. & in l. falsus col. 9. C. de furt. & per Anto. Coc. qui multos aggerit. in c. cum olim. de priuileg.

Vigesimasexta cõcl. Dispẽsatio facta ab eo, qui non habet facultatẽ dispẽsandi, est nulla, &
501 nullum tribuit ius dispensato. † c. ad nostrã. de consuet. in reg. Ea quæ, de reg. iu. in 6.

Fallit, quando dispensatio procederet ab eo qui communi opinione existimabatur talis, ut
502 posset dispensare. † ad hoc est tractatus, l. Barbarius. Quem lector omnino uideat.

F I N I S.